

R. 8089

Ba

CONCIONVM
DE PRAECIPVIS
SANCTORVM FESTIS, A

FESTO BEATISSIMAE MARIAE

Magdalenæ, vsque ad finem anni

TOMVS POSTERIOR.

AUCTORE R. P. F. LVDOVICO GRANATENSI,

Beate Theologie Professore, ordinis Sancti Dominici.

Mirabilis DEVS in SANCTIS suis. Pfal. 47.

Cum viro sancto assiduus esto, quemcumq; obseruaueris
amentem Dominum. Ecclesiastici 37.



CVM PRIVIL. HISPAN.
Salmanicæ apud heredes Mathie Gastij.

M. D. LXXXI.



R. 8089 B2

CONCIONVM
DE PRAECIPVIS
SANCTORVM FESTIS, A

FESTO BEATISSIMAE MARIAE

Magdalena, v[er]sque ad finem anni

TOMVS POSTERIOR.

AVTORE R. P. F. LVDOVICO GRANATENSI,
Sacrae Theologiae Professore, ordinis Sancti Dominici.

Mirabilis DEVS in SANCTIS suis. Psal. 47.

Cum viro sancto assiduus esto, quemcunq[ue] obseruaueris
timentem Dominum. Ecclesiastici 37.



CVM PRIVILEGIO HISPA.
Salmanticae apud haeredes Mathiae Gastij.

M. D. LXXXI.

DE PRINCIPALIS

DE PRINCIPALIS

DE PRINCIPALIS

DE PRINCIPALIS

DE PRINCIPALIS

DE PRINCIPALIS

DE PRINCIPALIS

DE PRINCIPALIS

DE PRINCIPALIS



Faint text at the bottom of the illustration, possibly a title or description.


IN FEESTO BEA-

TAE MARIAE MAGDALENAE

CONCIO PRIMA:

In qua lectio Euangelica explanatur.

THE. Lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Lucae 7.



ARISTOTELIS sententia est, non omnes auditores ad quod vis doctrinae genis idoneos esse, sed pro dignitate doctrinae debere auditorum ingenia accommodari. Vnde colligitur, adolescentes, qui pro aetatis ratione turbulenti animi motibus exagitantur, ad eam philosophiae partem, quae de vitae ratione tractat (quam Ethicam appellat) percipiendam (quippe quae sedatum animum requirit)

minime idoneos esse. Cum igitur de mirabili peccatrice mulieris conversione & poenitentia nobis hodie dicendum sit, auditores certe requiramus verae poenitentiae studiosos, & qui se magis, quam audire parati sint. Hoc enim animo D. Gregorius ad hoc ipsum argumentum tractandum accessit, cum orationem suam sic exorsus est, Cogitant mihi de Maria poenitentia, si vero magis liber quam aliquid dicere. Cuius enim vel saxum pectus illae huius peccatrice lacrymae ad exemplum poenitentiae non emolliant. Quod si non eodem nos animo ad audiendum, quo beatus hic patet ad dicendum contenerimus, frustra insignis haec mulieris poenitentia, singularisque erga illam Domini misericordia nobis ante oculos ponetur. Vix enim tanto illo ad poenitendum exemplo commouebitur, si & tanta illa Domini misericordia ad sperandam veniam excitabimur. Quia verò hoc praestare non quidem opis nostrae, sed diuinae gratiae munus & beneficium est, ideo hanc à Patre misericordiarum, beatissima Virgini intersecutur, suppliciter imploremus.

Gregor.

Joan. 6.
Hierc. 10.

Simil.

Simil.

¶ Inter omnes humanae vitae miseriae non postremum locum obtinet illa, quod homo per se quidem labi potest in peccatum, lapsus vero surgere per se non potest, nisi singulari Dei ope atque auxilio iuuetur: sic enim Saluator ait, Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui mittit me, traxerit eum. Hieronimus quoque, Scio, inquit, Domine quod non est hominis via eius, neque viri est ut ambulet, & dirigat gressus suos. Seras quarundam portarum videmus ex arte fabricatas, ut sine clauibus quidem obserari valeat, sine illis autem aperiri nequeat: ad hunc ergo modum homo per se, sine alicuius patrocinio, ruere in crimen potest, per se tamen, sine Christi ope, & Ecclesiae clauibus, ab eo emergere nullo modo potest. Sunt auique quaedam oblongis alis, perniciosissimi que volatus, quae si casu in terram deciderint, asurgere, ac volatum resumere non possunt, quod alarum longitudo terram contingens, conatum ad volandum impedit. Id quod iustus etiam in peccatum lapsus contingit: qui quamvis in caelum sese diuini Spiritus alis attollant, in peccatum tamen lapsi, nisi Deo ope ferente, & ad gratiam excitante, nullo modo eò redire possunt, vnde corruerunt.

¶ Id autem planum fiet, si duo loca in iusti hominis lapsu consideremus: alterum, vnde cecidit, alterum, quod cadendo peruenit. Constat enim iustum cum labitur, è caelo in abyssum decidere: qui enim de cretus erat ciuis Sanctorum, & domesticus Dei, & in libro vitae conscriptus, ex hoc tunc libro deletur, & inferorum regno, quamdiu ita permanet, ascribitur. Quis ergo illum ab inferis eductum caelo restituiere valeat, nisi qui inferorum, & caelorum clausus habet? Praeterea, si peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem, (quando per illud veram animam nostram vitam Deum amittimus) quis mortuum ad vitam reuocare poterit, nisi ille, qui est vita, & resurrectio mortuorum? Si vir item iustus esse dicitur lucerna ardens & lucens; quod si de luceat, & charitate ardeat, quis ardentem hanc lucernam flagitij extinguit, nisi Spiritus sanctus, (per quem charitas Dei diffunditur in cordibus nostris) accendere poterit? Rursum, si omnis pulchritudo quae ab intus in fimbrijs aureis in mentibus fulget, eiusdem diuini spiritus opus & beneficium est, qui miris illam donorum suorum coloribus decorauit, quis amissam renouare valeat, nisi qui solus gratiam donat? ¶ Atque ut hoc ipsum apertius videamus, constat plane, neminem ex iniusto fieri iustum, nisi si peccatum super omnia detestetur, illud que supra omnia vitare constituat: haec vero duo habere nemo potest, nisi Deum diligat super omnia. Haec enim tria; dilectio

Dei

7 Dei super omnia, odium peccati, & propositum eius omni opera & studio vitandi; ita se mutuo consequuntur, ut alterum sine altero consistere nullo modo queat. At huiusmodi dilectionem, post naturae lapsum, nemo, nisi praesente Dei ope adiutus, habere potest vt D. Thomas aptissimè docet. Occurrit enim inter omnia primo loco homo ipse sibi, quem supra Deum, & supra caetera omnia diligit. Cum enim naturae lapsum audis, hominem intellige, qui rectus à Deo conditus fuerat (hoc est, ita constitutus, vt primo loco conditorem, deinde se ipsum diligeret) sic per peccatum in uersum & immutatum, vt is primo quidem loco se, deinde caetera quae ad se, hoc est, ad vitae cultum & voluptatem pertinent, amore summo prosequatur. Quae modum enim aquae, quae sicut alicuius artificio sursum agit, ea dissoluita, vi sua atque pondere ad ima relabitur: ita plane amor hominis, qui ante communem illam generis humani ruinam originalis iustitiae beneficio rectè tendebat in Deum, amissa per peccatum iustitia, ad se ipsum, hoc est, ad hominem deflectit atque curuatus fuit: vt homo iam nisi supernaturali Dei ope iuuetur, non possit non se super omnia, supraque Deum diligere. Quanta sit autem amoris huius vis vel hoc indicio licebit utrumque cognoscere; quod non raro in historijs legimus, matres (quarum erga paruulos filios tenerimus ac vehemētissimus amor est) cum fame premerentur, ipsos interemisse, vt eorum carnibus deficientem vitam sustinerent: tantus vnicuique nostrum sui ipsius amor ingeneratus est. ¶ Haec igitur tanta erga se amoris vis in causa est, vt nemo Deum supra se, sine singulari eius ope, diligere queat: sine hac verò Dei dilectione neque vera contritio, neque firmum sceleris vitandi propositum, ac proinde neque iustificatio conari potest. Qua in re apparet, vt antè diximus, verè deploranda hominis miseria; qui ad eò potens ad iniquitatem, ad eò que impotens ad pietatem & iustitiam existit. Per se enim à Deo recedere, non autem per se ad illum redire; per se in peccati barathrum ruere, non autem per se ab illo emergere valet; quemadmodum ipse per se sibi mortem inferre, non tamen illam auferre potest. ¶ Vnde cum talibus quotidie concionatores Dei iudicium, mortem, incertum vitae exitum, diuinam iustitiae severitatem, supplicia improbis constituta, praemia bonis proposita, ipsumque Dei filium in cruce pendentem, & morte sua peccati malitiam praedicantem ob oculos ponant, nihil tamè magis his tantis fulminibus commouetur, ac si nulla ratione ad ipsos pertinerent. Imo verò si coram oculis eorum innumera siue miracula, siue supplicia, siue Dei beneficia spectanda propositis, nisi specia

D. Tho.

Simil.

Simil.

Tom. ij.

A 3

lc Dei

le Dei auxilium adsit, nihil omnia ad mortuam in peccato animam excitandam profuerint. Quot enim miracula Saluator in conspectu Iudæorum edidit? quid verò ex hoc nisi crucis supplicium reportauit? Quot plagis idem Pharaonem attriuit? at post filiorum quoque interitum adhuc obstinato animo populum Deo propugnatorum tutum insectatus est. Quot beneficijs eundem populum Dominus in deserto affecit? Quid deinde? In omnibus, inquit, his peccauerunt adhuc, nec sperauerunt in salutari eius. Post hæc namque omnia, vitulum fabricati sunt, ei que diuinos honores tribuerunt. Videtis ergo sine interna Dei ope, externa omnia salutem minimè cõferre? Quæ cum dicimus, fratres, nulli salutis suæ desperationem iniicere, sed illud ostendere volumus, à quo hæc gratia petenda sit cum abest, cuius que accepta referenda cum adest. Simul etiam hac ratione peccati metum immittere vobis cupimus, à quo (si in illud fortè ruatis) nisi Deus manum porrigat, exurgere non potestis. Er quamuis certum sit, illum mihi propter infinitam bonitatem, & misericordiam suam nunquam defuturum, incertus tamen ego sum an illi vocati sim responsurus, cum liberum mihi sit repugnare, cuique hæctenus tam diu repugnauit, quam diu in scelere perlitit, & ad vocantis clamorem obturdit.

§. I.

¶ Quæret autem aliquis fortasse, quo nam modo Deus hoc tantum opus efficiat, vt homo, qui hæctenus peccati seruus, gehennæ hæres, Dei hostis, Diaboli mancipium ac domicilium erat, repente in Dei amicum, & filium, regni que cœlestis hæredem, & Spiritus sancti sarcinarium euadat, & qui vas erat contumeliæ, in vas honoris & gloriæ transferatur? Est hæc res inuestigatione quidem dignissima, neque tamen ita facilis ad intelligendum. Vnigenitus tamè Dei filius, arcanorum diuinorum interpres, aditum nobis patefecit, quo veluti per rimulam quædam hoc arcanum intueremur. Vbi enim dixisset; Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum; protinus, quemadmodum à Patre homines traherentur, subindicauit his verbis; Est scriptum in Prophetis, Erunt omnes docibiles Dei. Omnis ergo qui audit à Patre, & didicit, venit ad me. Ad cuius rei intelligentiam illud in primis statuendum est, homines, qui à Deo recedentes in peccatum lapsi sunt, in obscurissimis interni hominis tenebris & caligine versari, vt qui diuinæ gratiæ lumen, quo spiritualia atque diuina cernuntur, amiserint. Vt enim Sam-

Psal. 77.

Ioan. 6.

Simil.

pson cum primùm in Philistharum manus incidit, luminibus orbatus est: ita vbi primùm homo in potestatem hostis antiqui venit, diuinæ gratiæ lumen amittit: atque ita cæcus ad diuina contuenda relinquitur. Quam quidem rem notissimo Dauidis exemplo comprobare licet: vnus etiam ferè anni spatio cæcus iacuit in peccato, cum ad illuminandas eius tenebras Nathan Propheta missus à Deo fuit. Natus enim iam erat infans ex adulterio susceptus, cuius mortem in nefarij criminis vltionem Propheta fuit vaticinatus: vt hac ratione liqueat, quanta sit peccantis cæcitas, quæ sanctissimum alioqui virum tam diu mortifero somno sepultum tenuit, omnisque spiritualis sensus expertem effecit: à quo nisi immensa Dei misericordia excitatus fuisset, euigilare nullo modo potuisset. Quæ res profectò mihi maximè mirabilis apparet. Quid enim mirabilius, quàm virum sanctissimum, & inter Prophetas clarissimum, cui Dominus incerta & occulta sapientiæ suæ manifestarat, qui que toties admirandis Dei beneficijs à morte liberatus, & ad regiam dignitatem euectus fuerat, potuisse integro anno mysteriorum & beneficiorum, sui que ipsius oblitum permanere? Hoc igitur iudicio, in quam profundis tenebris, & obscura nocte versentur, qui peccati iugo premuntur, apertissimè colligitur: hinc Saluator ait; His qui foris sunt, omnia in parabolis fiunt; hoc est, his qui nõdum ad diuinæ gratiæ lumen admisi sunt, quæcun que de diuinis rebus audiunt, quilibet apertissima sint, parabolæ, hoc est, res obscuræ & incognitæ sunt. Siue enim illis æterna præmia, æternaque supplicia, siue Dei iudicium, siue mortis metum, siue Christi crucem, siue reddendæ rationis horam ante oculos ponas, non magis hæc tantis rebus commouentur, quàm si obscura quædam ænigmata illis proponeres. Cum igitur hæc cæcitas mentis aditum omnem ad salutem præcludat, vbi Dominus propter Christi merita, & misericordiæ suæ viscera aliquem à peccato ad iustitiam reuocare vult, has in primis tenebras ab anima pellit, lucem que doctrinæ suæ præfert, qua homo à Deo illuminatus apertè videat, quæ antea videre minimè poterat. Huius autem cœlestis doctrinæ luce ita mentem illuminat, vt omnis alia humana doctrinæ lux, huic comparata, obscuritas esse videatur. Quantum enim Dei magisterium humano magisterio præstat, tantò hæc diuina lux omnem aliam lucem antecellit. ¶ Hac ergo luce collustratus homo agnoscit primò Deum, hoc est, diuinæ maiestatis, bonitatis, misericordiæ, & iustitiæ amplitudinem: agnoscit etiam quid tot his atque tantis nominibus

iudic. 16.

2. Reg. 12.

Mar. 4.

illi creaturæ suæ debeant, quid ab illo perceperint, quo seruituræ 16
iure illi astricti sint, quale sit summam illam maiestatem toties
offendisse, toties aduersus illam rebellasse, toties sanctissimas eius
leges pro rebus nihili violasse, toties res inanes & ludicras illius
maiestati prætulisse: agnoscit deinde peccata, quæ leuissima an-
tea putabat, infiniti ponderis esse. Primum, quia contra Deum, cu-
ius est maiestas infinita; deinde, quoniam beata eius visione, quod
est infinitum bonum, hominem priuant: postremò, quòd ad in-
ferorum supplicia adigunt, quæ infinito spatio duratura sunt. Hac
igitur ratione homo periculi sui magnitudinem, vitæ turpitudinē,
animæ deformitatem, peccatorum multitudinem, & pœnarum
atrocitatem peccatis debitam agnoscit, & horret, neque satis cœ-
citatem suam mirari potest, qui tot malis circumuentus, tot quæ
monstris obsessus, tam altum dormiebat. Atque vt hoc ipsum 17
proposito exemplo clariùs perspiciatur, fingite nunc animis viatorem ali-
quem nocte intempesta extra hospitium deprehensum, qui quò no-
ctis intemperiem euadat, in specum aliquem ea nocte dormiturus in-
grediatur, qui tamen viperis, & serpentibus plenus sit, quos ipse tene-
bris impediens minimè videat. Hic igitur laboris itinere fatiga-
tus somnum securus (vt sibi quidem videtur) carpit. At si quis fortè
media nocte illuc ingrediens, facem præferat, qua totum illud an-
trum illustratur, ille quæ à somno excitatus, tot serpentibus ac vipe-
ris se vndique circumfessam videat, quo tremore concutietur, quo
metu trepidabit, quo clamore perfulsabit, qua celeritate se in fugam
præcipitem dabit, si quæ forte illi fugiendi locus pateat, relicta etiam
sarcinis quas gerebat? Indignum enim reputabit, hac de causa vel
ad momentum ibidem commorari. Talis igitur animus eorum est, 18
qui diuino lumine illustrati, peccati veram & germanam faciè intue-
tur. An non Ecclesiasticus hoc insinuat, cum ait; Quasi à facie
colubri fuge peccatum? Qui igitur hoc cœlesti lumine illustratus, à
tot se viperis, & serpentibus obsessum intuetur, quot scelera com-
mitit, quo horrore concutietur? quo dolore atque pudore afficie-
tur? quo metu diuinæ vltionis iudicium formidabit? Si enim sanctus
ille Iob, qui nullius grauioris criminis sibi conscius erat, propter le-
uia tamen & quotidiana peccata (sine quibus hæc vita nõ transigitur)
adeò acriter diuini iudicij seueritatem formidabat, vt diceret; Quis
mihi tribuat vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec
pertranseat furor tuus, &c. quid is faciet, qui peccauit super nu-
merum arenæ maris? At verò quantus inde consequatur propter
admissa

Simil.

Ecccl. 21.

Iob. 14.

19 admissa peccata dolor, illud argumento esse potest, quòd legi-
mus quosdam sic admissi sceleris conscientia perturbatos, vt præ
doloris magnitudine vitam amiserint. Vnde quidam verus pœ-
nitens, qui malè actæ vitæ crimina acerbissimo luctu defleuerat,
ita deinceps in peccati odium exarsit, & præteriti doloris memo-
ria excruciatu fuit, vt cum à Satanæ ministris ad peccandum so-
licitatus fuisset, hæc verba iureiurando interposito proferret; Pe-
riculo meo didici quàm graues & acerbos doloris aculeos sceleris
conscientia pariat, ideoque si vlla ratione fieri posset, (quod
tamen fatcor impossibile esse) vt mihi Dominus cœli terræque
opes omnes polliceretur, ea lege vt lethale aliquod crimen admit-
terem, cuius veniam polliceretur, nullo modo tamen conditio-
nem acciperem, ne in eam doloris magnitudinem incidere, quæ
20 ex admissi criminis recollectione sequutura esset. Hoc ergo modo
pœnitentiam egerunt, quos Deus in ligni gratia & auxilio ad se vo-
care dignatus est. Cuius rei locupletissimum exemplum Dauid
exhibet, qui admissi sceleris conscientia percussus, tanto animi
dolore concutiebatur, vt diceret, Lauabo per singulas noctes le-
stulum meum &c. pro quo Hieronymus ex Hebræo vertit; Natate
faciam per singulas noctes lectum meum. Pro eo verò quod nos
legimus; Turbatus est à furore oculus meus; idem clariùs ver-
tit; Caligauit præ amaritudine oculus meus. Quo significare vo-
luit, se plorando lumen oculorum penè amisisse. Quod ipse alibi
21 declarat, cum ait, Lumen oculorum meorum & ipsum non est me-
cum. Sed his, alijsque similibus exemplis prætermisiss, locuple-
tissimum hodiè exemplum in hac beata peccatrice proponit nobis
sanctus Lucas Euangelista his verbis.

§. II.

[Rogabat Iesum quidam Phariseus vt manducaret cum illo. Et ingres-
sus domum Pharisei discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccat-
rix.] Hoc verò commune peccatricis nomen tantam mulieris hu-
ius fuisse turpitudinem declarat, vt indigna esset quæ proprio no-
mine exprimeretur. Quid enim turpius, quàm prostitutione cor-
poris quæstum facere? Verùm hoc etiam nomine vsus est, vt non
huius flagitij tantum, sed omnium quoque aliorum, quæ hoc
vitium comitari solent, ream ostenderet. Duabus enim de cau-
sis à peccatis homines abstinere solent, hoc est, vel Dei metu,

vel hominum. Vtrumque autem Maria perdidit, quæ meretricia 22
turpitudini vacabat: cuius est pudorem omnem & verecundiam
prorsus exuisse. Cum ergo nec Deum timeret, nec homines reuerer-
etur, quo freno sese ab illo scelere contineret? Adde, quod cum hoc
mulierum genus quotidie cum amatoribus suis vino dapibusque se
se iniurgit, consequens est, vt libidini, & intemperantiæ, caterif-
que vitij faces subijciat, dum ardenti corpori fomenta ignium
quotidie ministrat. Adde consortia perditorum hominum, cum qui-
bus omnis earum vita transigitur, quorum prauis colloquijs, &
exemplis in dies magis ac magis deprauantur, & corrumpuntur.
Quocirca non immerito mulier hæc ab Euangelistâ, peccatrix, ap-
pellatur; non solum quod impudicam vitam, sed etiam quia mult-
is alijs flagitijs contaminatam degeret. Quam sententiam D. Gregor.
confirmat, qui hanc esse Mariam illam credit, à qua septem dæ-
monia à Domino eieccta fuisse Marcus Euangelista memorat. Sep-
tem autem dæmoniorum nomine idem Sanctus vniuersitatem
vitiolorum, quibus mens illa erat obfessa, comprehendi vult. Exagge-
rant autem sancti Euangelistæ morbi magnitudinem, vt medici pe-
nitiam atque potentiam ostendant.

Cum igitur in hoc miserando statu Maria, vitæ suæ nescia, Dei,
suique oblita, lethiferoque peccati somno consopita iaceret, sum-
mus ille rerum omnium Dominus, (cuius immensa misericordia
ad omnia pertingit, cuiusque bonitas nulla superari malitia potest)
vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gra-
tiæ suæ, peccatoribusque cunctis, quamlibet desperatis, & concla-
matis, spem salutis (si ad se reuerti vellent) monstraret, decreuit
hanc animam purgare, & in hoc fordido stabulo palatium sibi eri-
gere, & in olido cæno paradysum voluptatis, in quo ipse delicijs
suis frueretur, plantare, & ex hoc dæmonum cubili templum, in
quo requiesceret, edificare, illudque implere quod per Esaiam
longe antè prædictum fuerat; In cubilibus, in quibus prius draco-
nes habitabant, orietur viror calami, & iunci, & erit ibi semita,
& via, & via sancta vocabitur. O altitudo diuitiarum sapientiæ
& scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, &
imperuestigabiles viæ eius! Quot illo tempore scæminæ Hieroso-
lymæ erant, quæ multo minora quam Magdalena peccauerant,
& nullam tamen ex his (quod sciamus) Dominus elegit, in quam
gratiæ suæ opes effunderet, nisi eam, quam perditissimam, & tur-
pissimam esse sciebat. Cui planè iudicio simile illud est, quod
multi

Gregor.
Mar. 16.

Isaia. 33.

Roman. 11.

25 multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta; quorum nemo
mundatus ab eo est, nisi Naaman Syrus. Multæ quoque viduæ 4. Reg. 5.
erant sub Elia, quando clausum est cælum annis tribus & mensi-
bus sex, & ad nullam illarum missus est Elias nisi in Sareptam Si-
doniorum. Hæc sunt igitur Dei iudicia; ista quidem, sed stupen-
da, & occulta; quæ nobis non solum timoris, sed lætitiæ quoque
materiam præbere debent, sicut scriptum est; Et exultauerunt si-
lia Iudæ propter iudicia tua Domine. Quare exultauerunt? Quia
cum pietas & misericordia tua, Domine, tam latè pateat, vt ad alie-
nigenas etiam, & perditissimos, ac profligatissimos homines por-
rigatur, fatis hoc iudicio declaras, qualis erga pios & amicos fu-
turus sis, qui talis erga improbos exitis, & quibus donis tibi ob-
sequentes, & te quærentes ornabis, qui talibus rebelles & non quæ-
26 rentes ornas. Opes itaque in peccatores effusa, iustorum diuitias &
felicitatem ostendunt.

Vt verò Dominus peccatricem ad se traheret, & à lethifero
illo somno excitaret, faciem illam (de qua sumus antè loquuti) in-
tra mentem eius prætulit, qua illuminata, vidit protinus horren-
da scelerum monstra, quibus vndique obfessa erat, vidit funestam
ac tetram peccati faciem, quam induerat. Quo spectaculo com-
mota, & inter spem metumque dubia (idem enim spiritus, qui
illam ad se trahebat, & vehementissimo propter scelerum con-
scientiam metu concutiebat, & inter timoris fluctus atque cali-
ginem, quandam spei lucem præferebat, ne abundantiori tristitia
absorberetur) [Vt cognouit, quod Iesus accubisset in domo Pharisæi, at-
tulit alabastrum unguenti,] certè non hos quæsitum munus in-
27 vsus. Hac igitur fiducia confirmata, ad animarum medicum,
Dominum Iesum, in Pharisæi domo discumbentem pergit. Quis
tibi, ô mulier, indicauit Dominum Iesum potestatem habere di-
mittendi peccata cum hoc diuinæ solùm potestatis sit, contra
quam peccata committuntur? Hoc enim arcanum Ioanni Ba-
ptistæ diuinitus reuelatum est; qui primus omnium, miranti-
bus discipulis, dixit; Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata
mundi. Ad hæc illa respondebit; Ille nimirum me hoc mysterium
10an. 1.
docuit, de quo scriptum est; Erunt homines docibiles Dei. Ille er-
10an. 6.
go me erudiuit, ille me trahit, & ego ab illo didici: quia verè hic est
agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Quam quidem rem post-
rema lectionis Euangelicæ verba testantur. Cum enim Do-
minus mulieri dixisset; [Remittuntur tibi peccata tua,] & qui-
dama

dam ex conuiuio dicerent; [*Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?*] 28
 Dominus ad illam dixit, [*Fides tua te saluum fecit.*] Ex quibus verbis
 liquet, peccatricem hanc ex reuelatione summi Patris hoc mylterium
 agnouisse.

Hac igitur fide instructa venit ad Dominum Iesum. Rectè fan-
 è. Sed tempus tamen, ó mulier, opportunum expectare decet, vt
 medicum conuenias omnibus arboribus procul amotis, ne conuer-
 sionem tuam mundi fabulam facias. Nullum autem tempus mi-
 nus ad lachrymas, & peccatorum confessionem opportunum, quam
 ubi conuiuium in frequentia hominum celebratur. Sicut enim musi-
 ca in luctu; ita luctus in conuiuio importuna narratio est. Expecta
 igitur paululum donec conuiuio solutur, & conuiua discedat,
 tunc lachrymis & pœnitentiæ tuæ opportunum tempus erit. Non
 possum (inquit illa) ne hoc quidem breui spatio horrendam peccati 29
 faciem sustinere: antea enim tenebris obcœcata nihil metuebam,
 quia nihil videbam, modò verò, ubi desuper infula luce, horrendam
 peccati faciem video, non magis quiescere possum, quam si contra
 me draconum, & serpentum insurgentia agmina viderem, aut in me
 dio flammaram ardentium posita essem. Itaque prudens mulier
 neque hospitum frequentiam, nec hominum iudicia, neque Phari-
 sæorum contemptum veretur. Quia enim, vt D. Gregor. ait, semet-
 ipsam grauitè erubescere intus, nihil esse credidit quod verecunda
 retur foris. Peccati enim pudor omnem alium ab animo suo pudor-
 em excutiebat. ¶ Multi cum de conuersione sua, & melioris vitæ
 proposito admonentur, alij ad Quadragesimæ tempus, alij ad quo-
 rundam (quibus se impediri dicunt) negotiorum absolutionem, alij
 ad extremam senectutem, quasi certi sint se ad illam peruenturos,
 pœnitentiæ propositum relegere solent: quia, videlicet, qualis sit
 peccati facies non perinde à cœlesti Patri didicerunt. At qui ab hoc
 magistro docti & instituti, virus & pondus peccati agnouerunt, ne
 ad momentum quidem intolerabile eius pondus sustinere possunt.
 Hinc sancta quædam anima, inter alia quæ de peccati grauitate ac
 deformitate, (quam Angelicis etiam mentibus incomprehensibilem
 esse aiebat) hoc etiam dixit: Si quis oculos haberet, quibus
 peccati deformitatem videre posset, esset que ex altera quidem par-
 te peccatum, ex altera verò Oceanus in ignem versus, præcipitem
 sese in hanc ignis abyssum daret, nec inde vnquam emergeret, si
 peccato iterum subiiciendus esset: vsque adeò intolerabile eius iu-
 gum reputabat.

Hic

30. Hoc igitur peccati horrore stupefacta Maria, conuiuio domum in-
 greditur, & stat retrò secus pedes Domini. O pudor verè pœniten-
 tis! Sciùs, fratres, nullum meretricibus verecundiæ: vel minimum in-
 esse vestigium, adeò vt Dominus ludæorum impudentiam hac simi-
 litudine amplificauerit: Frons meretricis facta est tibi, nescis erube-
 scere. Hac igitur, que omnem prorsus exuerat pudorem, tanto nunc
 pudore circumfusa est, vt nullo modo ante mansuetissimi agni con-
 spectum apparere potuerit, sed retrò illum adorsa est. O mutatio
 dexteræ excelli; quæ prius nec Deum timebat, nec homines reueren-
 dabatur, modò ne oculos quidem ad Christum attollere, nec vllum
 proferre verbum ausa est! O si hos nobis oculos Dominus contulisset,
 quibus animæ deformitatem peccatis inquinatam cerneremus,
 31. tanto pudore efficeremur, vt cum damnatis hominibus montibus di-
 ceremus, Cadite super nos; & collibus, operite nos. Cuius rei mirabi-
 le nobis exemplum præbet sanctus ille Scriba Dei Esdras, qui non
 propter sua, sed propter populi sibi commissi crimina sic afflictus
 & pudefactus fuit, vt sciderit pallium, & tunicam, & capitis sui capil-
 los, & barbam euulserit, sederitque tota die vsque ad facrificium ves-
 pèrtinum mœrens. In sacrificio verò vespèrtino surgens de afflictio-
 ne sua, scisso pallio, ac tunica, curuauit genua sua, & expandit manus
 suas ad Dominum Deum dicens; Deus meus confundor, & erubescor
 leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostras supergressæ
 sunt caput nostrum. Quibus ergo oculis, qua luce peccati faciem vi-
 debat, qui talem animum, propter aliena etiam peccata, gerebat? Simi-
 li ergo affectu Maria pudefacta accessit retrò; quoniam oculos ad
 32. Christum leuare non audebat.

Hoc ergo pudoris velamine operta, accessit retrò ad Dominum,
 accessit sacrificium pro peccatis oblatura. Lex illo tempore quædam
 sacrificiorum genera ad impetrandam peccatorum veniam indicen-
 bat, vt alius hircum pro peccato, alius aliud pro varia peccatorum cõ-
 ditione offerret. Dic ergo mihi mulier, quod sacrificium pro tot pec-
 catis paratum offers? Sacrificium, inquit, Deo spiritus contribulatus, *psal. 50.*
 cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Itaque nõ hircos,
 aut vitulos, sed me ipsam, hoc est, animam meam illi offeram, illam-
 que lamentis, acerbissimoque doloris gladio in sacrificium macta-
 bo. Aperit igitur oculorum suorum fontes, & quibus tanta inundauit
 copia lacrymarum, vt Christi Domini pedibus ablucendis sufficeret.
 Vnde tibi hoc ingens lacrymarum flumen Maria? Vnde nubes ista
 adeò

aded humore grauida, quæ tam largo lachrymarum imbri fuso non
 dum exhausta est? Fleuit quidem Petrus amarè ubi Dominum nega-
 uit, copioso quæ lachrymarum imbri peccati sui maculas deterfis; sed
 hic tamen Domini, quem negauerat, gloriam in morte viderat, illius-
 que diuinitatem in carne latentem reuelatione summi Patris agno-
 uerat, ideo nihil mirum, si tam multis lachrymis tantum piaculum
 redimere contendebat. Sed quod mulier, quæ erat in ciuitate pecca-
 trix, quæ saxeam cor erga diuina gerebat, sic tota in lachrymas dis-
 fluat, hoc certè ingenti admiratione non vacat. Demiratus Propheta
 Dei potentiam, qui è silice in deserto aquam sitienti populo eduxit,
 exclamat; Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fon-
 tes aquarum: at ego non minus planè demiror, lapideum peccatricis
 huius cor ita Dei virtute emollitum, vt tantam p̄rum lachrymarū
 vim profunderet, quæ laudis Domini pedibus satis essent. 34
 Nec contenta lachrymis pedes Domini rigasse, ubi eos abluisset,
 solutis capillis terfit. Nouum enim genus aquæ laudis pedibus de-
 seruiens, nouum lintei genus ad eos tergendos exigebat. Quis vn-
 quam audiuit tale obsequium alicui Regi aut Imperatori exhibitū,
 vt pedes eius aureis scaminarum capillis tergerentur? Dic mihi Ma-
 ria; quis te nouum hoc seruitij genus nunquam hætenus auditum
 docuit? in qua Principum aula hoc addiscere potuisti? Certè non
 hæc te caro & sanguis docuit, sed idem ille spiritus, qui te huc di-
 rexit.

Psal. 113.
 Exo. 17.
 num. 20.

Gregor.

Judic. 6.

Rom. 6.

Adiecit & capillorum ministerio oscula, & vnguenta. Sed quis ver-
 bis consequi possit, quo charitatis ardore pia oscula sacris illis vesti-
 gijs imprimebat? Liqueat fratres, ait Gregorius, quod illicitis actibus
 prius mulier intenta, vnguentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit.
 Quod ergo turpiter sibi exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offere-
 bat, vt totum Deo seruiret in penitentia, quo Deum contempserat
 in culpa. Precepit olim Dominus Gedeoni, vt euerteret aram Baal, &
 nemus, quod eius cultui dicatum erat, succideret, offerretque sacrifi-
 cium Domino super struem lignorum, quæ de nemore succideret.
 Quorsum hæc? Mysterio certè & significatione non vacat. Voluit
 enim Dominus, vt nemus, quod antea inani superstitioni seruebat,
 iam nunc veræ religioni inciperet consecrari. Quo argumento verè
 penitentibus innuere voluit, vt vires, opes, & facultates, quibus dia-
 bolo antea militauerant, & vanitati seruerant, eas modò in obsequiū
 Domini conuertant, & pijs vsibus addeant. Hoc ipsum sequutus est
 Apostolus, cum ait; Sicut antea exhibuistis membra vestra seruire ini-
 quitati

quiritati ad iniquitatem, ita nunc exhibete ea seruire iustitiæ in sancti-
 ficationem. Hoc igitur hodiè Maria fecit, quæ omnia vanitatis & tur-
 pitudinis instrumenta à Diaboli seruitio vindicata in obsequiū Do-
 mini conuertit, & super ea, quasi super ligna quæ de nemore Baal suc-
 ciderat, cordis humiliati atque contriti sacrificium obtulit.

§. III.

¶ Sed vt hanc Mariæ vñctionem mysticè etiam excutiāmus, me-
 minisse oportet, triplex vnguentum illam in obsequium Domini
 parauisse. Est enim (vt Petrus Damianus ait) vnguentum bonum; *Quæsequit*
 quod hæc sancta scæmina Saluatoris pedes inunxit. Est & melius, *tur ad ver-*
 quod eadem; sitamen eadem, supra caput eiusdem in mensa re- *bi ex Scr-*
 38 cumbentis effudit. Est & optimum, quod & ipsa preparauit toti *miani de*
 corpori Christi. *Magdal.*
Petrus Da-

Primum vnguentum contritionis est de recordatione peccatorū,
 de spiritu contrito & contribulato descendens, quo Maria pedes vn-
 xit Domini Iesu. Isti autem pedes sunt misericordia & iudiciū: quo-
 rum alterum sine altero vngere & osculari vel temeraria securitas est,
 vel desperatio fugienda. Quis enim Dei misericordiam indefignan-
 ter attendens, non statim negligentioris vitæ quietem exoptet? Cum
 enim recogitat vniuersitatis Dominum formā serui pro seruis susci-
 pere, triginta & tribus annis operari salutem nostram in medio terre,
 capi, ligari, lancea vulnerari, crucifigi, & hoc totum pati pro filijs ho-
 minum, statim deceptoriam spe sibi blanditur, & gaudet obuersari in
 misericordiā & miserationibus, iudicium nescit, ignorat iustitiam, &
 39 puniendā æstimat, non puniri. Fallitur qui sic osculatur misericordiā
 pedem, vt pedem iudicij non attendat. Rursus; cum abducit eos, &
 iudicij pedem crebrioribus osculis tangit, siccatur carnis animæque
 substantia, & vtrumque hominis statum vehementior aura percellit.
 Horrrendum est incidere in manus Dei viuientis, offendere creato-
 rem, nescire Dominum, recalcitrare dominantis imperio, qui habet
 potestatem corpus & animam perdere in gehennam. Terribilis cer-
 tè, sicut ait Apostolus, expectatio iudicij, quando ignis in conspe-
 ctu eius exardescet, & virtutes cælorum mouebuntur, & vacillan-
 tibus conscientijs latitudinem mundi validissimus ignis auret. *Ibidem;*
 Quis hoc diutius cogitans non statim contremiscat, & in despe-
 rationis rotetur abyssum? Non ergo est huic pedis morositas in-
 cumbendum, ne pietatis intuitum ferocia iudicantis intercludat.
 Vtrumque

Hebræ. 10.

Ibidem;

Vtrumque igitur inungat pedem animæ penitētis affectus, & nunc 40
misericordiam amplectens, nunc iudicium osculans, contribulati ipi-
rius offerat holocaustum. Vide Mariam iudicij pedem fortiter atten-
dentem, dum nobilis & lasciuia mulier conuiuantium faciem non at-
tendit, sed extenso corpore prouoluitur pedibus maiestatis, doloris
plena, timoris impatiens, compunctionis iaculo vulnerata. Sed & mi-
sericordiæ pedem salijs impressis osculatur, in cuius spe firmiter in-
hæret vestigijs Redemptoris, donec audiat; Remittuntur tibi pecca-
ta tua. Hactenus de primo vnguento.

Secundum vnguentum est deuotionis, de recordatione beneficio-
rum Dei. Prorsus dignissima huius vnguenti compositio, & in istius
comparatione, prioris conspersio minoris a stimanda. Eius enim spe-
cies de cœlesti paradiso allatæ sunt, & in terra filiorum hominum ne-
queunt inueniri. Virtutes enim diuinitus collatæ, & in mortaliolo. 41
cogitationis, pistillo diligentissimæ meditationis intritæ, & exultatio-
nis oleo superfusæ, vnguentum faciunt & odore, & virtute mirabile,
quod solum super caput Domini recubentis possit effundi, & exhi-
beri reuerentiæ maiestatis. Notanda tamen vtriusque differentia, &
secundi sublimitas attendenda: quia illud est Deo sacrificium spiri-
tus contribulatus, & istud sacrificium laudis, quod honorat Deum.
Pedes igitur vngimus Redemptoris, cum de peccatis compungimur
vngimus caput, cum de collatis virtutibus, virtutum largitori gratias
cumulamus. Vnixit ergo Maria sanctum Dei verticem, profectò iam
dilecta, iam familiaris effecta: longè quæ peccatrici illius euoluta con-
tagijs, quam infelix ille septenarius confundebat.

Est præter hæc tertium pietatis vnguentum, quod est super om-
nia aromata, morbis omnibus & periculis salutare, quodque nulli vn-
quam pesti inueniatur inefficax. De ipso namque sic legitur: Maria
Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venien-
tes vngerēt Iesum. Vides ne in prima capituli fronte propositū, quod
non vna, vel duæ, sed tres vix sufficiunt ad emendum tantæ compo-
sitionis vnguentum? Intelligis, quia non pedes, aut caput, sed totū Cru-
cifixi corpus sibi vendicat ista consecratio. Cōsecratio sine dubio pretio-
sa, quæ toti sufficiat corpori creatoris. Et attēde, quia vnguentū pedi-
bus insusum adeo dignissima lenitate suscepit, vt Pharisæum murmu-
rantem parabolica sententia inueniret, & retorto fugillaret exem-
plo. Sed & de refuso super caput eius vnguento discipulos indignantes
coarguit, bonum mulieris opus esse proteclans, & tumidam eorum
animositate verbis compescuit moderatis. Hoc verò tam salubre,
tamque

Mat. 16.

Mat. 26.

43 tamque mirificum in mortuo corpore suo voluit expēdi, quod vivo
vtique reservabat. Duo enim corpora habet Christus: vnum, quod su-
scipit ex Virgine: alterum Ecclesiæ, quod charius habet benignitas
redimentis. Denique illud pro isto morti exposuit & tormentis, ad-
dictus cruci, vincens cum sceleratis, morte turpissima cōdemnatus.
Poterimus ne tam salubrem consecrationem conficere? Vniuersa mi-
serorum miseriæ, tam animarum, quam corporum, oculo pietatis
inspectæ, species eius sunt. Istæ igitur in mortariolo largitatis, dulce
diuis pistillo confractæ, & delinæ charitatis oleo, succenso cōpas-
sionis igne, vnguentum faciunt ipsi etiam Angelis admirandum.

Sunt viri diuitiarū in domo Dñi virtutū, vestigemus an apud eos
huiusmodi habeantur vnguenta. Primus occurrit mihi Paulus, sicut
vbiq; solet, totus presenti delibutus vnguento. Quis infirmatur, in-
44 quit, & ego nō in firmor? Felix anima, facta sibi tāquā vas perditū, vt 2. Cor. 11.
omniū miserias in sua cōsciētia colligare! Totū se toti corpori Chri-
sti donauerat, omnibus omnia factus, vt omnes lucrifaceret. Sed & 1. Cor. 9.
ille vir simplex & reclus, & timēs Deū, vide quomodo nō secundū
hominē, imo verò secundū hominē, & (quod verius est) supra homi-
nē ambulat. Sic enī ait; Flebā quōdā super eo qui afflictus erat, & cō
patiebatur anima mea pauperi. Et iterū, Pater, inquit, erā pauperum. 1ob. 30.
1ob. 29.
Oculus sui cæco, & pes claudio. Hoc eodē vnguento perfusus Moyses
pro sceleribus populi sui Dñm exorabat. Peccauit enī Israel, & ipse
peccatē recōciliare nititur creatori: sed dissimulat Dñs exaudire ro-
gātē. Promittit plurima Moysi creator omnū, & consensum petiti à
Moysē, qui Moysē fecit; Dimitte me, inquit, vt irascā furor meus
cōtra eos, & faciā te in gētē magnam. Respondit Moyses, Si dimittis, Exod. 32.

45 Dñe, dimitte: alioquin dele me de libro vitæ in quo scripsisti. Obstu-
pēda profectò dulcedo: & principatū gētis respuit alienæ, & de li-
bro viuientium deleri desiderat, nisi peccantibus dimittatur offensa!
Hæc sunt vnguenta propitiationis & misericordiæ, quæ à sponsæ
vberibus eliguntur, infirmitates omnes fugantia, profugantia passio-
nes. Felix Maria vnixit pedes Iesu; felicior eadē caput vnixit aitoris;
felicissima, quæ rorē vnguentariū toti Christi corpori præparauit.

Habemus ergo hîc, fratres, tria pretiosa vnguenta, quæ in Seruato-
ris nostri obsequiū expēdamus. Habemus etiā locupletissimā veræ
penitentiæ exēplū, & euidentissimū diuinæ miserationis argumētū. Il-
lud nos ad laborē penitentiæ, hoc ad spē veniē potētē inducit: vt hæc
ratione malè actæ vitæ penitentiā agētes, & cōtriti spiritus sacrificiū
Dño offerētes, lætissimam illā vocē audire mereamur; Remittuntur

tibi peccata tua, vt per remissionē peccatorū ad beatissimā hui⁹ p̄cē 46
nitētis, ceterorūq; Sāctōrū peruenire mereamur cōfortiū : præstāte
Dño Iesu Christo, cui est gloria, & imperiū in secula seculorū. Amē.

AD LECTOREM.

Historia B.
Marie Ma
gdalene.

Libet hoc in loco, amice Lēctor, quādam Beatæ Mariæ
Magdalene historiam, quam Syluester Prierius in Eua
gelio seriatim post Pascha Domini refert, attexere, quod
eam tibi noui gratam fore spero. Eius hæc verba sunt.

CVM anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo-
septimo deuotionis gratia antrū, in quo penituit B. Maria Ma
gdalena, & sacras eius reliquias apud S. Maximinum uisitasset, ostē
sum est mihi pluries sacrū & venerabile caput eius, grande valde, & 47
totū vndiq; ad os vsq; denudatū, excepta ea parte frōtis, quā Salua
torē omnīū diximus tetigisse. Ibi enī pellis ad instar quasi Æthiopi
sæ, seu cadaueris antiqui clarē apparet, & in pelle duæ fossæ duorum
extremitatū digitorū: quarū altera multo est reliqua euidentior atq;
p̄fundior; & sub pelle caro ad albedinē declinās. Ostēsi sunt & in vi
trea ampulla ei⁹ capilli, nō oēs, sed qui pedes Ch̄i tersere: nec nō &
ampulla vitrea, plena terra, habente colorē mediū inter rubeū & ni
grū, quā in Parasceue B. Magdalena sub cruce collegit: quæ, vt om
nes mihi sine h̄sitatione affirmabant, singulis annis in die Parasce
ues, perlecta p̄sione euidenter & clarē ebullit, ac si ibi videatur san
guis ebullire. Et post pauca refert idē Syluester; q; cū in archiuīs eius
loci diligēter ea, quæ ad historiam huius beatæ peccatricis pertinet, in
quisisset, se in illis deprehēdit, quēdā eximig sanctitatis monachū 48
Dominicanū, Eliā nomine, qui in specu B. Magdalene orationi va
care solebat, cum ad eū locū iā iā moriturus peruenisset, hæc nouissi
ma verba dixisse: Fratres, dies venit & hora mihi diu expectatē mor
tis. Igitur quæ ad Beatæ Magdalene gloriā, & vestre salutis argumētū
enarrō, percipite. Cum B. Magdalene seruitur⁹, desertū istud & rupē
horridā petiuisset, exacto hīc mēse, solitudinē fastidit, penituit, &
discessum tacitus cogitauit. Quādā igitur nocte cogitationib⁹ agoni
zans, allitit mihi beata Magdalena, & inter alia hæc mihi dixit; Tu
hinc à meo seruitio discedere cogitasti, sed audi quæ dicā, & demū
age quæ libet. Vt nosti, inqt, à Hierusalē Malsilia multi, Deo volētē,
& nauē subuehētē, deuenim⁹. At vbi Malsilia, & pars nō parua regio
m̄s Iesu Christi fidē suscepit, tātū circa nos humanus fauor & inquit
tudo

49 tudo creuerūt, vt hominū cōfortia fugere cogitarē. Rapta verō diui
nit⁹, sub huius antri sui ore deposita. Cūq; hinc inde per locū mihi à
Deo paratū lumina direxissē, draconē, quē mea soror Martha occi
dit, repētē inter lucē & tenebras aspexi, cui⁹ horrorē sufficiētē exprī
meret nemo; erat bubalo maior: vidi & omnis generis vipersas. Cūq;
iā deglutiedam Draco in sua ora traxisset, quia lingua nō poterā, sic
sum p̄fundo & securo corde locuta. Dulcis amor Iesu, tristē ne ac so
lū in deserto post innumera tua dona me Draconis escā effecisti? Tūc
subitō Angelus de ore draconis eductā me alloquitus est, dicēs: Bea
ta, quæ fidē tenes; ac draconē calce percuitis, Egrederē, inquit, hinc
draco, & omnes viperæ tecū. Deinde verō ad me cōuersus, Deus in
cū, quē tātū, o Magdalena, cōcupiscis & semp habes, te vult hūc lo
cū lachrymis irrigare profusus, vt futuris seculis exēplū penitētis per
50 petūd fias. Remāsi eo disparētē p̄territa, & loco lustrato, hominibus
inuiū ascēsum descēsumq; rupe vetatē, cognoui. Tūc amoris dulce
dine in lachrymas resoluta, me ad terrā prostrauī adorās acidicēs: Gra
tias tibi, Christe amor, quod me omni mea affectione plesti: sed
oro fontē in rupe hac exhibeas deprecāti. Crepuit statim sub meis
oculis immane hoc saxū, & quas cernis, Elia, aquæ d̄ duro silice scatu
riēre. ¶ Cūq; ante ipsum limpidissimū fontē genu flexo Christo gra
tias agerē. ecce plus quā mille spiritus vidi in spelūcē dextera stetit
se, verba suauissimi amoris Hebraica lingua decātates. Cūm igit po
stremō subintulissent, nō expedire aiā tā assiduā orationū frequen
tiā, Dēmones esse intelligēs, Iesum territa acclamassē, repētē cū suis
militijs Angel⁹ Michael adfuit, dicēs, Adsum Magdalena, ne timeas.
51 Deniq; malignis spiritibus cōgressus, eos omnes in fugā cōpulit, ita
clamātes: Nō eris tñ ideo beata tu, quæ orationibus vacas in antro.
Cruce igitur in ore spelūcæ Angelus erexit, dicens: Cauē ne extime
scas in posterū: custos tui est altissim⁹. Igitur ante crucē eō disparētē
cū faciussē, timore nimio exticcatis visceribus, orationi inflare at
tētā nō p̄ualēs, collectas duas radices in ipso ore speluncae, & lasas
comedens, aquā de fonte bibi, post quā humanū aliquid nō gustauit.
Cruce deinde cōplexa, ea die ac noctē sequenti orans, orto Sole, oculi
los ad crucem ipsam leuauit, coloris, vt videbatur, crystallini, & radijs
fulgentibus coruscant. Cumq; in me vehementissimi amoris flama
ma persensissē, ecce tā læta & iubilans Angelorum turba adfuit,
vt æternam vitam in hoc antro credidisses. Repētē igitur ab his ad
infernalialia loca delata, penarum genera, & punitorum turmas inspe
xi. Cumq; ad loca purgatorij ventum esset, tanta dulcedine me Spi
ritus

ritus deuoti circumfiterūt, vt mihi viderer esse in patria, & cum magna teneritudine dixerūt: Ora pro nobis Magdalena nostra. Quibus ego, Vtinā, inquit, vſa volūtas per me impleatur. ¶ Deinde verò ad Crucē iterū repositę mihi Angelus ait; Quāto tēpore tuus ac noſter amor Ieſus in terris te propter vixit, tāto tu quoq; in hac ſpelūca moraberis. Stretti igit, eo diſparēte, ad Crucē orās, & Chriſtū ſalutē meā cōtēplabar. Omnia autē euoluto die, Angelorū ad ſuēre militiae, & me tā ſublimē in aēra ſuſtulerunt, vt cœleſtes audiverim reſonare melodias. Quod ab inde citra ſepties ſemper intra diē & noctē fecerūt. Fri-
gus ac gelu, igne luccēſa, iā nō curabā. Cū que meæ velles paulatim
vetuſtate deciderēt, paulatim quoq; diuina pietate mei creuēre capil-
lini in ipſa verò cruce Chriſti myſteria cūcta videbantur. Ibi Annæ &
Ioachim hitorias; ibi Mariā Ieſum meū mihi pariētē; ibi Crucē ſi te
trū liuorē; ibi piū cruorē; ibi dura vulnera; ibi Crucē ac mortē eius da-
bat̄ intueri, & eundē regrediētē ab inferis, & cœli ſydera penetrātē.
Cūq; his cibata ferculis nocte diēq; flerē, cū lauādi vultus gratia fon-
tē petuiſſem, obuiū mihi humana forma Ieſum me his verbis allo-
quentē vidi: Te propter Maria loca iſta cōſtitui. Circūſtabant cœle-
ſtes militię regē ſuū, florū ſerā geſtātes, & oliuarū palmarūq; ramos
tenētes in manibus. Et ecce reſplēduit ſubitō aſſumpta humanitas, &
ſe ipſum ad inſtar ſui, cū eſſet in mōte Thabor; Saluator trāſigura-
uit, a dēo vt me: oculos in ſpectare tāta maieſtas cōpulerit. Me quē ad
vultū dilectū oculos attollere dulcis amor inflammabat, ſed minime
vultui. Cumq; meū multa cōtuliffet, illapſus eſt cœlo: & quoad vixi,
cēties ac decies me in ſpelūca pro ſua pietate viſitauit. Itaq; tibi cōſu-
lo, teq; rogo vt in hac rupe Chriſti lau des exoluas, quō te ad vitę por-
tum tādē adducā. Sterile locū ſola ac nuda ego adiui: tu verò fratru
habes ſolatia, & victui veſtitutiq; abūdātē opportuna. Igitur de perſe
uerātia cogita. His dictis, ab oculis meis, inquit Elias, Magdalena eua-
nuit, & ego in hāc vſq; horā omnes homines prę dicta cœlauri. His di-
ctis, poſt honulā beatus ille pater expirauit, ſtatimq; ipſe cāpanulæ in
ea rupe ſuſpēſa, nullo hominū mouētē, iubilauit. Oſa hac ex dicto
libello fideliter aſſumpſi. ¶ Mirabitur autē fortaiſis vir animalis, diui-
nā pietatē, peccatricē animā tam præclaris donis extuliſſe: ſed ſi vide-
rit, qui eiufmodi eſt, prædicatē Chriſtū, & Mariā ſubito diuini ſermo-
nis iaculo percuffam, ſui peccatoris arcana lachrymis & ſingultib; reſe-
rare: ſi viderit repētē agitatā doloribus, & amore liquefactā, torques,
armillas, dextralia, margaritalq; deponere, & effuſis comis lugubres
aſſumere velles: ſi, in quā, viderit hāc Ieſu Chriſti tenuiſſe veſtigia, &
hæc

hæc lachrymarū flumine lota exſiccare capillis, & cordialibus ofcu-
lis ac miſericordiis vocibus miſericordiam ſuis ſceleribus implorare: ſi à
maculis abſolutam, in pæce Chriſti pietate remiſſam: ſi prædicantem
vbique Chriſtū, & Mariā comitantē, hauriētē quidē Chriſti doctri-
nam, ſed ſubſtitiā effundētē. Si hanc viderit, pauper ac itinere fatiga-
tū Saluatorē mūdi excipere domo, fouere vnguētis, dapibus recreare,
& diſcipulorū eius turbā ſuis facultatibus ſuſtētare: ſi propinquis,
imo & diſcipulis fugientibus inter camifices intrepidā cruci aſtitiffe,
cruetā ſanguine, lachrymis inſuſam, aērē eiulatibus adimplētē: ſi con-
tēplari ſepulchrū, & vnguēta parare: ſi mulierē fragilē ſexu, noctis te-
nebras, & arma cuſtodū nō extimuiſſe (ō vim amoris immēſam) quin
dilectū extinctū quæreret in ſepulchro: ſi poſtremò hanc viderit va-
cuo ſepulchrō colligatā, & nulla iam præter lachrymas habere ſola-
tia, videbit pariter diuinā pietatē, hāc ab extremo in extremū, nō niſi
per opportuna media deduxiſſe. Quæ enim crimina poſſent tot̄ ge-
mitibus, tot̄ lachrymis, tanto ardore non eſſe abolita? Si animas ſcle-
ſtiſſimas baptiſmalis vnda, ſanguinis Chriſti operatē virtute, pulcherrimas,
& in oculis Dei optimi maximi ſplēdētēs reſtituit, quid in Ma-
ria ſanguis Chriſti de cruce ſtillans effecit? Mirari igitur magis oportet
ignauā hominum atq; ſocordiā, qui in Maria Chriſti pietate perſe-
ctā, ſubitō, quāuis atroces, quāuis ſceleſti & flagitioſi, non atteruntur,
vt vbi ſuperabundauit delictū, ſuperabundet & gratiā.

FRANCISCVS PETRARCHA,

vifa Mariæ ſpelūca, & lapideo cubili, huius beatæ peccatricis
conſiderans penitidinem, compunctus ait.

*Dulcis amica Dei, lachrymis inſeſtere noſtris,
Atque humiles attende preces, noſtraque ſaluti
Conſule: namq; potes. Nec enim tibi tangere fruſtra
Permiſſum, gemitūq; pedes perſundere ſacros,
Et nitidis ſiccare comis, ferre oſcula plantis,
Inq; caput Domini pretioſos ſpargere odores.
Nec tibi congreſſus primos à morte reſurgens,
Et voces audire ſuas, et membra videre
In amoreale decus, lumenq; habitura per ænum,*

Nec quicquam dedit ætherei rex Christus Olympi. 18
 Viderat ille Cruci hærentem, nec dira pauentem
 Iudaicæ tormenta manus, turbæq; furentis
 Iurgia, & insultus, æquantes verbera linguas:
 Sed mœstam, intrepidamq; simul, digitisq; cruentos
 Tractantem clauos, repletam vulnera fletu,
 Pectora tundentem violentis candida pugnis,
 Vellentem flauos manibus sine more capillos.
 Viderat hæc, inquam, dum pectora fida suorum
 Diffugerent, pellente metu. Memor ergo renisit 59
 Te primam ante alios: tibi se prius obtulit vni.
 Te quoque, digressus terris, & ad astra reuersus,
 Bis tria lustra, cibi nunquam mortalis egentem,
 Rupe sub hac aluit; tam longo in tempore solis
 Diuinis contentam epulis, & rore salubri.
 Hæc domus, antra tibi stillantibus humida saxis,
 Horrifico tenebroso situ, tecta aurea regum,
 Deliciaeq; omnes, ac ditia vicerat arma.
 Hæc inclusæ libens, longis vestita capillis,
 60
 Veste carens alia, ter denos passa Decembres
 Diceris: hic non fracta gelu, nec victa pauore.
 Namque famem, frigus, durum quoq; saxa cubile,
 Dulcia fecit amor, spesq; alto pectore fixa.
 Hæc hominum non visa oculis, stipata cateruis
 Angelicis, septemq; die subuecta per horas,
 Cælestes audire choros, alterna canentes
 Carmina, corporeo de carcere digna fuisti.

IN EODEM FESTO BEATÆ MARIÆ
 Magdalene Concio secunda, in qua lectio
 Euangelica explanatur.

T H E. Lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis
 capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & un-
 guento ungebat. Lucæ. 7.



Nter omnia diuinæ pietatis & potestatis opera tantû D. August.
 gustinus peccatoris iustificationi tribuit, vt maius esse di-
 cat peccatè hominè ex iniusto iustû facere, quàm vniuer-
 sum mundû ex nihilo cõdere. Cuius rei duplicè D. Tho. S. Thom.
 mas causam affert: alterâ, q; in rerû creatione nihil obstitit Deo, quo-
 minus, quod voluisset, efficeret; cum tamè in hominis iustificatione
 liberû eius arbitriû diuinæ operationi resistere queat: alterâ verò, q;
 rerû conditarû dignitas sinibus suis ita circûscripta est, vt rei creatæ
 dignitatè & pretiû nõ excedat: at cum hominis iustificatio sit quædã
 diuinæ naturæ participatio, quã in hac vita assequimur per gratiam,
 in futura verò per felicitatis diuinæ consortiû, in finitû quoddam bo-
 nû est, quod nullo pretio æstimari, nullis terminis circumscribi po-
 test. Est autè iustificatio spiritalis quidam motus, quo ab iniustitia
 ad iustitiã proficiscimur: ipsaq; iustificatio (vt in Tridètina Synodo Cõc. Trid.
 definitur) non est sola peccatorû remissio, sed etiã interni hominis re-
 nouatio atq; instauratio per virtutes, & Spiritus sancti dona, per quæ
 charitas Dei cum cæteris virtutibus diffunditur in cordibus nostris,
 quibus ad omnia virtutis officia, & aduersus omnes diaboli insidias
 instrûcti sumus. Quò fit, vt his cælestibus donis ornatus homo atq;
 adiutus (quemadmodû olim Sauli in regè vnctio dictû est) mutetur
 in virû aliû. Quæ quidè, vt ita dicam, metamorphosis, siue trãsforma-
 tio (si quis eã rectis oculis aspiciat) inter omnia diuinæ virtutis opera
 verè mirabilis esse deprehèditur. Mirû em̃ est, hominè, qui paulò
 antè cû luxurioso filio sceleribus suis atq; flagitijs, pascebat porcos,
 hoc est, turpitudinis amatores demones, & porcorû cibus, videlicet
 libidinibus atq; flagitijs ipse pascebatur, nec alia in re, voluptatem eã
 piebat, modo ad eã dignitatis celsitudinè perductû esse, vt ex siliquis
 porcorû ad mēsã trãsierit Angelorû. Mirû itè est, q; is, qui hæctenus
 spreto rationis iudicio, & diuinæ legis imperio, pecudû more cupidie
 satibus & affectibus seruiebat, & eorû cæco impulsu vitã in stituebat,
 B 4 mode.

modò proculcata cupiditate, & compressis carnis affectibus, rationis consilium, & diuinę legis imperium in omni actione sectetur; atque ita velut ex pecude in hominem transformatus, imperiũ in se ipsum, (quod est totius mudi imperio gloriosus) diuino munere nactus sit.

2. Reg. 2.

Hoc est enim quod merito sancta illa fœmina in Catico suo miratur, cum ait; Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, vt sedeat cum principibus, & solũ glorię teneat. Quod enim solũ gloriõsius, quàm affectibus & libidinibus imperare, carnẽ spiritui subijcere, & principatum sui tenere; cupiditatis tyrannidẽ atque ferociã cõprimere, & secundum diuinę legis præscriptionẽ vitę clauũ moderari?

Prou. 16.

Esai. 5.

Melior est enim (vt ait Salomon) patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiũ. ¶ Mirum prætere est, in se, qui corrupto ac deprauato iudicio (vt Prophetę verbis vtatur) dicebat malum bonũ, & bonum malũ, appellabatque lucem tenebras, & tenebras lucem; iudicabat dulce amarũ, & amarum dulce; nunc iudicio per Dei gratiam illuminato, certissimam de rebus sententiam ferre, & suã vni cuique faciem, & nomẽ reddere. Vnde etiam consequens est, vt cum iudicio palatum quoque; animę ita permuetetur, vt sic tandem affectus cum iudicio cohareant, atque cõsentiant: atque ita demum paupertas sit ei dulcis, crux amabilis, dedecus propter Deũ gloriosum, & piz-lachrymę dulces, atque; (vt verbis vtatur Hieronymi) oppidũ ei carcer, solitudo paradisi sit: cõtrã verò opulentiã illi sit onerosa, voluptates amara, honores molesti atque graues, ac demum cætera omnia, quę apud alios in pretio sunt, contemnãt atque pro nihilo ducat. Hoc quis non videat mirabile diuinę potentię opus esse? Vidit hoc certẽ, quãuis ethnicus Seneca, qui ait; Si hominem videris interritum periculis, intactũ cupiditatibus, inter aduersa felicem, in medijs tẽpestatibus placidũ, ex superiori loco homines videntẽ, ex æquo Deos, nõ subit te veneratio eius? Non dices; ista res maior est altiorque quã vt credi simili huic in quo est corpusculo possit? Vis istuc diuina descendit: animũ excellẽtem, moderatum, omnia tanquam minora transeuntẽ, quidquid timemus optamusque ridentẽ, cœlestis potẽtia agit. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare. Hęc ille. Denique mirum est, terram desertam, inuiã, & inaquosam (quę nihil aliud nisi tribulos, & spinas proferebat) in paradisiũ repente mutatã, diuersis variarum virtutum plãtis cõstitã esse. Hoc est enim mirabile illud opus, quod per Esaiam Dominus se editurum pollicetur, cum ait; Ponam desertum in stagna aquarũ, & terram inuiã in riuos aquarũ. Dabo in solitudine cedrũ, & spinã, & myrtum, & lignũ oliuę, vt videant, &

Hierony.

Seneca.

Esai. 41.

sciãt, & recogitẽt, & intelligãt, quia manus Domini fecit hæc. Quid igitur aliud his metaphoris significare Dominus voluit, quã hęc animorũ mutationem, cœlestis gratię beneficium ferri? Quod vt clariũs inspiciamus, peccatricis huius animam in duplici statu, hoc est, ante poenitentiam, & post poenitentiam contemplemur. Quid enim aliud anima illa ante cõuersionẽ suam, nisi terra deserta, inuiã, & inaquosa erat, in qua nullum siue cõpũctiõnis, siue gratię, siue poenitentię; siue piarũ lachrymarũ vestigium inueniebatur? Quid, inquã, erat, nisi desertũ sterile, quod nihil aliud nisi vyperas, & feras, & vitiõrum sentes ac tribulos proferebat? At, vbi diuina lux afflũsit, vbi cœlestis virtus mentẽ eius excitauit, quã subitẽ ex squalenti deserto in paradisiũ voluptatis cõmutata est; quã copiosi salutaris aquę fontes ex adueris illis oculis eruperunt, qui deinde flores & fruges pro spinis & tribulis oriri ceperunt? hoc est, quę puritas, quę pietas, quę innocentiã, quę cordis humilitas, quę corporis & animę castitas ibidem exorta sunt, vbi sola antẽ libido & impudicitia, & omnes vitiõrum spinę mentem illam occupabãt? O cui ea mentis acies Dei beneficio cõtigisset, qua in intimos animę illius recessus penetrans, cordis eius faciem, antequam ad gratiã perueniret, & vbi ad eam peruenit, intueri potuisset! Hic enim apertẽ vaticiniũ huius veritatem, hoc est, desertum in paradisiũ, & vitiõrum tribulos in odoras virtutum plantas cõmutatas: faciliẽ cerneret; quẽ admodum idem Prophetã alibi dicit; Pro saliu eula ascẽdet abies, & pro vrtica crescet myrtus. Vt autem apertẽ videamus, hoc nõ humanę facultatis, sed diuinę potestatis & misericordiã opus esse, tot illa Domini verba inculcauit, vt videant, & sciãt, & recogitent, & intelligant, quia manus Domini fecit hæc. Hac enim verborum repetitione & glorię suę Dominus, & humilitati nostrę consuluit, vt nihil nobis in hac tanta vitę mutatione arroganter attribueremus, sed ad illius laudem & gloriã omnia cõferremus, illiusque immensam & infinitam potentiam, bonitatem, & misericordiam in hoc opere agnosceremus. Quod vt apertẽ intelligeremus, sæpe Dominus homines vel aliud agentes, vel nihil minus cogitantes, aut etiã (quod est lógẽ mirabiliũ) repugnantes, ad donorum suorum cõmunionem vocat. Moysen quidem Dominus elegit ex omni carneat, quid is agebat, cum ab eo ad tantę dignitatis gloriã est vocatus? Certẽ cum de pinguiori ouium pabulo sollicitus, minaretur gregem Exod. 3; ad interiora deserti, vt gregis populi sui pastor esset, non modo ab eo vocatus, sed etiã renuẽs atque reluctans, multisque se rationibus excusans, non tã vocatus, quã quodammodo cõpulsus est. Cur igitur sic

Esai. 55;

B 5 vocatus?

vocatus? Non dubium quin hac ratione Dominus gratiæ suæ magni
 10 ficientiam hoc exemplo manifestare voluerit, vt hoc argumēto intel
 ligeremus, omnia quidem illi deberi, quando hunc sanctum virum
 vocauit, non modò ad hoc nihil per id temporis agentem, sed etiam
 repugnantem. Hanc autem diuinæ gratiæ liberalitatem atque vtiatē
 non omnes agnoscunt: agnoscunt tamen illi, qui à Deo illuminan-
 tur, qui que iusti diuinorum operum estimatores sunt. Talis profectò
 inter alios D. Bernardus extitit, qui cum in Gallia Belgica principem
 quendam virum, Arnulphum nomine, assumptò ordinis sui habitu
 seculo renunciare fecisset, hanc de eo in conuentu fratrum sententiã
 protulit: In conuersione fratris Arnulphi nec minus admirandum,
 nec minus glorificandum, quàm in quadriduani Lazari resurrectio-
 ne, Christum Dominum fuisse: quippè qui totus in delicijs carnis,
 quasi alter Lazarus in tumulo sepultus, claususque, viuens mortuus
 iacebat; qui tamen omnipotentis virtute ab hoc deliciarum & vitio-
 rum tumulo ad integerrimam vitam, omnium deliciarum expertem,
 excitatus fuit.

Sed commodissimum exemplum in peccatricis huius cōuersione
 hodiè nobis proponitur, quæ ex lebebe in auream phialam, & ex vase
 contumeliæ in vas gloriæ trãslata est. Vt enim Ecclesiasticus ait; Om-
 nis mulier fornicaria quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus
 20 conculcatur. Quid ergo mirabilius, quàm hoc vilissimum stercus, lu-
 tumque platearum in vas ornatum omni lapide pretioso transforma-
 ri? Quàm multa enim in hac vitæ mutatione commutata sunt? Pro im-
 pudicitia enim castitas, pro impudentia pudor, pro delicijs lachrymæ,
 pro amore seculi contemptus seculi, pro voluptatibus carnis deliciæ
 spiritus, pro omni deniq; impuritate & flagitio, summa puritas & san-
 ctitas repente consecuta est. Demiratus Propheta rubri maris aquas
 ad imperium Domini fugatas, & Iordanis vndas retrò conuersas, ex-
 clamat; Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuer-
 sus es retrorsum? Ego verò hanc tantam vitæ mutationem attedens,
 30 similiter exclamabo; Quid tam subitò discessisti lasciuia? quò abijisti
 impudentia? quò turpitudine discessisti? quò denique tot vitia imis hu-
 ius foemine visceribus infixæ, & diuturna peccandi consuetudine cõ-
 firmata diffugisti, quorù nullæ reliquæ, nulla pristina vestigia in ea
 mente relicta sunt? Nimirum illic à facie Domini retrocesserit aquæ,
 hinc verò vitia cuncta subito fugata sunt. Verissimè enim dictum est,
 facile esse in oculis Domini subitò honestare pauperem, & ex duris
 lapidib; suscitare filios Abraham. An nõ igitur manifestè in hoc opere
 diuinæ

23 diuinæ gratiæ potentia lucet, quæ meretricem, hoc est, stercus & lu-
 tum platearum, astris puriorem, & Sole splendidiorem effecit?

Quòd si quæras, quibus tandem rebus ad hunc summum purita-
 tis & dignitatis gradù hæc mulier à Domino perducta fuerit; non du-
 bium, quin humilitate, charitate, fide, & pœnitentia instructa hæc tan-
 tam gratiam fuerit consecuta. Fides enim fuit, quòd ad Dominum
 Iesum salutarem animarum medicum curanda venit: humilitas fuit,
 quòd non ausa est ante conspectum eius apparere, sed stans retrò di-
 cris eius pedibus prouoluta est: pœnitentia fuit, quòd tantam vim la-
 chrymarù effudit, quibus animæ suæ sordes lauit: charitas verò fuit,
 quòd pedibus Domini oscula fixit, quòd capillis terfit, quòd vngue-
 to vnxit. Inter has autem virtutes humilitas potissimum, illuxit.

§. I.

24 ¶ Publicanus ille ex Euangelio malè actæ vitæ cõscientia territus, to-
 tusq; ex diuinæ maiestatis præsentia omnes animæ latebras penetrã-
 tis pudore suffusus, nõ audebat nec oculos quidè ad cœlù leuare, nec
 propius ad altare Dñi accedere, sed à lógè stãs percutiebat pectus suù
 dicēs, Deus propitijs esto mihi peccatori. Sic igitur Maria nostra ab
 eodè spiritu edocta, horrèlæ turpitudinis suæ maculas agnoscēs, & se
 diuina præsentia indignã reputãs, nõ ausa est illius se oculis præsentã-
 re, sed metu anxia, & pudore verecũda accedēs retrò ante sacra Dñi
 vestigia sese proiecit. Ab eodem quippè Spiritu instructa, intellexit
 quantù humilitatis virtus, veraq; animi seipsum introspicientis sub-
 missio ad diuinã iram auertendã haberet momenti: scriptũ est enim;
 Oratio humiliãtis se nubes penetrabit, & donec propinquet, nõ con-
 25 solabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat. Quòd quidè Re-
 gius Vates apertissimè intellexit, qui hac se virtute à Dño mũdari po-
 poscit, cum dixit; Asperges me Dñe hyssopo, & mundabor, lauabis
 me, & super niuè dealbabor. Hyssopi nãq; nomine (vt D. Augu. 2. de
 doctrina Christ. lib. docet) humilitatis virtutè designat. Nec em̄ hy-
 30 sopus, aut vllũ aliud herbarũ genus cõceptas animo sordes eluere po-
 test, à quibus mundari sanctus ille Rex postulabat. Hyssopi ergo no-
 mine humilitatem intellexit, quæ verè capillitibus habitus est, qui sui
 ipsius demissione, Deum, quem peccãdo contempsit, honorat, & sui
 ipsius deiectione placat, què elatione, atq; tumore ad irã cõtulauerat.
 Est enim hyssopus herbula quædam exigua, quæ tamen ad pulmonis
 tumorem purgandum maximè salutaris est: cuius radices durissimos
 etiam lapides penetrant. quæ omnia maximè humilitati conue-
 niunt. Primum enim verè humilis paruulus est in oculis suis, qui
 35

Berit.

Ecc. 9.

Ps. 113.

Ecc. 11.

Luc. 18.

Ecc. 35.

Ps. 50.

August.

etiam

Bernar. etiam (vt D. Bernar. ait) non vult apparere humilis, sed vilis. Deinde, 16
sicut hyssopus pulmonis tumori & inflationi medetur; sic humilitas
inter cætera laudum suorum insignia hoc habet præcipuum, quod
ingentes superbiæ spiritus, ventosamque iactantiam cum tota vitio-
rum, quæ ab ea oriuntur propagine, ab anima pellit: atque ita à serui-
tute diaboli hominem liberat. Vera est enim illa D. Augu. sententia:
August. Quemcunque superbum videris, filium diaboli esse non dubites. Po-
stremodò, sicut hyssopus radicibus suis durissimos lapides penetrat, &
frangit; sic humilitas omnipotentis Dei iram in lenitatem vertit, &
ad misericordiam flecxit. Hac igitur virtute primùm Maria instructa
venit, cum retrò stans se ad pedes Domini suppliciter abiecit, qua irâ
eius ita leniit, vt illum ex iracundo leone in mansuetissimum agnum
verterit.

Post humilitatem autem veræ pœnitentiæ lachrymas profudit, qui 17
bus Dominicis pedes rigauit. O cui mentis oculos in peccatricis hu-
ius pectus immittere liceret, quibus hanc tantam doloris vim, quam
dilectionis magnitudo, & perfecta scelerum deformitas acuebat, cer-
nere posses! Sanctus quidam pœnitens ad eò acri dolore propter sce-
lerum còscientiam torquebatur, vt nullum cruciatum hoc ipso acer-
biorem esse credens, ad Dominum conuersus dixerit; Domine, nullû
supplicij genus est quod ego ope tua adiutus ferre non possim; sola
tamen peccati memoria ad eò acriter mentem omnem dilacerat, vt
vix illam sustinere queam. Quicumque igitur hac tanta diuini splêdo-
ris luce, & charitatis ardore à Deo donati sunt, nihil mirum, si in hoc
tam ingens odium ac detestationem peccati deueniant. Ex huiusmo-
di autem detestatione delor nascitur; ex doloris autem magnitudine
flumina illa lachrymarum erumpunt, quibus pedes Domini Maria 18
abluere potuit. Sed non mirum est, si Spiritus sanctus, qui charitatis
ignem in corde eius accenderat, intima eius omnia in fontes aqua-
rum eliquauerit, quibus & animæ eius sordes ablueret, & arentem
atque incultam terram, quæ nihil nisi spinas & tribulos proferebat, in
voluptatis hortam commutaret. Qua de re sic in libro Iob scriptum
legimus; Quis dedit vehemētissimo imbri cursum, vt impletet deser-
tam & inuiam, & produceret herbas virētes? Per terram autem deser-
tam & inuiam perditorū hominum corda, & ab omni iustitiæ cultu
aliena intelligenda esse diximus. Super quæ tamen Dominus vehe-
mentissimū desuper lachrymarum, & donorum suorum imbrē, hoc
est, super abundantem diuini Spiritus gratiam effundit: quò fit, vt ter-
ra illa arida & inculta, quæ antea spinas proferebat, virētes modò pie-
tatis

Iob. 38.

19 tatis & iustitiæ germinet fructus: quod in hac fœmina apertissimi mō vi-
dere licet, quæ hoc cœlesti imbre irrigata, ex rudi incultoq; dumeto
paradisus voluptatis effecta, dignos pœnitentiæ fructus protulit.

Vbi verò hūc lachrymarum imbrē supra beata illa vestigia effu-
dit, addit nouū tergendis pedibus instrumentum; nempe aureos ca-
pillos, quibus illa inescare stultorum animas & illaqueare solebat, vt
eorum ministerio cōtracta per illos crimina dissolueret. Capillis tot
animas illaqueauit, & capillis suam soluit. Capillis innumera peccata
contrauerat, & capillis rursus eadem ipsa dissoluit: capillis Diabolo,
& mūdo militauerat, capillis modo Christo deseruit: capillis vitam
suâ corruperat, capillis modò vitam instaurat: capillis se ipsam perdi-
derat, capillis se modò perditâ seruat. Quis hoc vnquam vidit, vt res
eadem iustitiæ & iniulitiæ, vitæ & mortis instrumentum fieret? Hinc
20 apertè liquet, nō tam res, quàm rerum vsum probari, vel improbari.
Sic enim opes bene collocatæ salutē, malè autē collocatæ pestē suis
possessoribus afferūt. Ad hūc ergo modū huius fœminæ capilli aliud
effecerunt cum iniquitati, aliud cum pietati seruirent: hic enim cōse-
crātur ad vitam, illic destinabantur ad mortem. ¶ Hoc autem in loco
videmus impletū quod Esaias Propheta futurum in aduentu Chri-
sti prænūtiat; Et contaminabis, inquit, laminas argenti tui, & scul-
ptilia tuorum: egredere, dices eis. Quæ sunt autem sculptilia, siue
idola, nisi ea quæ homines super omnia diligūt, & in quibus gloriantur?
quantū de eorum pulchritudine gloriantur? Hæc ergo sculptilia ho-
diè Maria cōtaminauit, dum capillos ad puluerem, & sordes pedum
tergendas demisit. Tunc etiam abominations Ægyptiorum Domi-
21 ni immolauit, quādo capillos suos, quos illa sibi Deos fecerat, Domi-
no sacrificauit. ¶ Mos est regniæ familiæ; vbi rex fato functus est, ve-
xilla regni per terrā in meroris significationem raptare. Hoc ipsum
Maria fecit, in cuius hodiè pectore Dæmō, cui illa tanquam regi suo
militabat, mortuus fuit, ideoq; terribilissimū regis vexillum, nempe ca-
pillos suos, quibus ipsa ceu vexillo quodā satellites Diaboli ad se vo-
cabat, ad pedes Christi demisit, atque raptauit.

Esai. 30.

Siml.

Nec hoc officio cōtēta, osculabatur pedes eius, & vnguento vn-
gebat. Vnguentum capiti præcipuè, non pedibus, qui luto, & puluere
fodātur, adhiberi solet. At mulier indignam se esse reputans, quæ sa-
crum illud caput impuris manibus contingeret, simul & illorū pedū
dignitatem cōsiderans, pedes non caput ad vngendū elegit; quibus
etiā deuotissima oscula fixit. Sed quæ tāto diuini amoris igne allua-
ba

Esaï. 52.

bat, quo affectu & suauitate sacra illa vestigia osculabatur? Nondum illa legerat, quod Esaïas de noui testamēti cōcionatoribus ait; Quam speciosi pedes euāgelizatiū pacē, euāgelizatiū bona: sed iā tū animo præsentiebat, quā speciosi essent illi pedes, qui toties quærēdis vbi q̄; peccatoribus lassati fuerāt. Ego ne (ait illa) nō figā oscula pedibus his, qui me errabūdā ouē, & iam iā à feris deuorandā ad caulas iustitig adduxerūt? Ego nō osculabor pedes eius, qui me tādū patientissimē sustinuit, clemētissimē expectauit, benignissimē vocauit, amantissimē excepit, & ex funesti Draconis faucibus eripuit? Parū est pedes eius lachrymis abluere, & capillis tergere: sanguine (si liceret) abluere, & visceribus ipsis tergere voluissim. His ergo lachrymis, nō verbis, causam suā apud iustū iudicē egit. Oratio enim (vt quidā sanctus ait) Deū lenit, lachryma cogit, hæc vngit, illa pungit. Sunt enim apud diuinās aures maximē vocales pœnitentiū lachrymæ: aliās enim nequaquā Propheta dixisset; Auribus percipe lachrymas meas. Quid enim Ezechia lachrymæ nō impetrauerūt, cum is ad lectali parietē cōuersus fleuit fletu magno? His ergo lachrymis, quibus Maria Dominicos pedes lauit, animæ suæ puritatē & abluionem impetrauit.

Psal. 38.

Nemo tamē, fratres, existimet hoc summum Christi Domini beneficium ad vnā solam Mariam fuisse reseruatum. Latē patet diuinæ misericordiæ cāpus omanibus, qui simili officio Dominum promerentur. Sed ais; Quis fieri potest, vt in cælo iam regnantē Dominum, & ab humanis oculis sublatū, simili pietatis officio obsequi possim? Audi modū. Quamquam is ascendit in cælum, pedes tamen suos, quos hoc officio prosequeremur, reliquit in terra. Qui sunt autē pedes Domini, nisi ij, qui infimi omnium videntur? nēpē pauperes, quos

Matth. 23.

& ipse Dñs minimos appellauit, cum dixit; Quod vni ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis. Cum ergo videris hos pauperes, & pietatis affectu erga illos cōmoueris, lachrymis sanē lauisti pedes Iesu. Ex purga etiam sordes, quæ à pedore & squalore paupertatis illatæ eis sunt: quod tū maximē facies, cum opibus, quæ tibi super sunt, illorū inopiā subleuas: tunc enim capillis Christi pedes absterisisti. Nā per capillos, sine quib⁹ viuere possumus, significatur ea, quæ vltra necessitatē nobis suppetūt. Ocularis autē pedes Iesu, cum materno charitatis affectu suscipis pauperū curā, ac veluti proprios filios foues, ac nutritis. Nā parētum propriū est, filios deosculari, præsertim tenellos ad hæc & infantes. Eiusmodi autē pauperes sunt, qui veluti infantes nequeunt sibi opitulari, sed aliorū indigent ope. Hac igitur ratione piū beatæ huius peccatricis obsequium etiam nunc poterimus imitari.

25

6. I. I.

[Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens. Hic si esset Propheta, &c.] Hic aperte videmus impletum quod Samueli Dominus dixit; Homo videt ea quæ foris patēt; Dominus autem intuetur cor. Pharisæus enim vulgi iudicium sequēs, & antea cām peccatricis vitæ, eam damnabat: Christus autē Dñs, de quo longē antē prænuntiatus fuerat; Non secundum visionē oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes; cor illius, charitate, humilitate, acerbissimōq̄; dolore contritum intuebatur: ideoq̄; quā mundus accusabat, ille, qui renū, & cordis scrutator est, cōmēdabat. Nec hoc solum nomine accusandus est Pharisæus, sed hoc etiam, quod ad verā sanctitatem & iustitiam pertinere credebatur, peccatorū, ac præcipuē pœnitentium cōtactum refugere: quasi huiusmodi cōtactū pura mens inquinari posset. Sed tamen vana & ficta Pharisæorum religio in huiusmodi nēnias inciderat: quæ vt ad plausum & oculos hominū seruebat, ita interna pietate neglecta, ea solum, quæ humanis oculis conspicua erant, curabat. Videtur autē mihi Pharisæus hic quadam ex parte similis illi fuisse, qui se ipsum publicani comparatione iactabat: ita enim hic eiusdem superbiæ & præsumptionis sectator huius se peccatricis cōparatione efferebat. Cuius cogitationibus Dominus tam mirabili consilio & arte respondit, vt peccatricem illam longē ipso iustiozem esse declararet: & is tamen hac responsione nihil offenderetur. Ait igitur;

[Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister dic. Duo debitorēs erant cuidam sceleratori, &c.] Delicatæ aures, nisi his ambagibus & parabolis, veritatem quæ illos perstringit, audire recusant. Sic enim Nathan Propheta scelus adulterij Dauidi Regi proposuit, vt nō à Propheta reprehēsus, sed à seipso dānatus fuisse videretur. [Duo, inquit Dominus, debitorēs erant cuidā sceleratori: vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit vtriq̄; Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon ait, Estimo, quia is, cui plus donatum est. Ait illi Iesus, Rectē iudicasti. Et conuersus ad mulierem, &c.] Anima duerite quaso fratres Domini misericordiā, & gratiam: mulier faciem Domini verita accessit retrō: at is qui humiles corde non auerlat, terga petenti faciem reddidit. Moyli faciem Domini videre cupienti, posteriora videnda traduntur: at huic peccatrici retrō accedenti, facies Dñi videnda exhibetur. Conuersus enim ad illā, [dicitur Simoni, Vides hanc mulierē? Intraui in domū tuā, aquā pedibus meis nō dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit; Osculū mihi,

1013

non dedisti, hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo 28
caput meum non unxit; hæc autem unxit pedes meos. Miram in
hac officiorum supputatione consolationem animus meus percipit.
Hoc enim argumento facile consilio, quibus immensa illa bonitas
oculis piorum hominum rectè facta contemplatur: quando omnes
boni operis circumstantias, atque (vt ita dixerim) particulas adeo vi-
gilanter excutit, vt simplex officii minutiam in tot partes diuidat,
quot circumstantias habet, quo vniciuique suum præmium tribuat. Si-
milli modo misericordiae opera, quibus pauperum necessitatibus co-
sulimus (quæ vnico nomine comprehendi poterant) singulatim in
extremo iudicio diuidet, cum illis sua præmia decernat. Elurium, ait,
& dedisti mihi manducare: sitiui, & dedisti mihi bibere, &c. Itaque
fratres, sicut Apostolus ad bene operandi studium spe futurae resurre-
ctionis Corinthios adhortatur: ita vos ego ad idè studium hortor; 29
quod iustissimum vestrorum operum æstimatorem in celo habituri
sitis, cui nõ sit necesse Oratorem adhibere, qui vestra rectè facta am-
plificet, & rem ipsam cù partibus ante eius oculos ponat: ipse enim
& bonorum operum retributor, & idoneus amplificator est: quique
non solum boni operis, sed omnium etiam vel minimarum circum-
stantiarum rationem habeat.

88. atth. 25.

Quid igitur sibi Saluator hac officiorum enumeratione voluit? Pri-
mum hinc aperte colligit, quam ille peccaticem damnabat, esse illo
sanctiorem; quod videlicet maiori esset charitate prædita: quam rem
maiora charitatis officia indicabant, cum ille præter hospitij conui-
uium nihil addidisset, hæc verò mulier omnia illa ardentissimæ cha-
ritatis officia præstitisset. Itaque ex operum præstantia, charitatis ex-
cellentiam; ex hac verò sanctitatis præstantiam non obscure intulit, 30
quod ille fortasse minus intellexit.

Sed non leuis tamen dubitatio circa hanc Domini conclusionem
oritur, qua is proposita duorum debitorum parabola, quorum alter
minus, alter plus deberet, intulit; [Propter quod dico tibi, dimissa sunt ei
peccata multa, quonia dilexit multum. Cui autè minus dimittitur, minus dili-
git.] Videtur enim inuersa conclusio. Si enim ex duobus debitoribus
plus diligit, cui plus dimissum est: ex hoc colligi videbatur, vt hæc
mulier cui multa debita dimissa sunt, multum diligeret. Itaq; maioris
debiti remissio, maioris dilectionis causa est. At hic contra Dñs maio-
rè dilectione remissionis causam esse intulit, cum ait, [Dimissa sunt ei
peccata multa, quonia dilexit multum.] Huic dubitationi facile quidem
(quamuis ad populū obscure) Theologi respondent; quod quidem
modum.

31 modum diuina gratia, ita & charitas, quæ ex gratia manat, iustifica-
tionem hominis antegreditur, & consequitur: quod in diuerso causa-
rum genere contingere posse non est ambiguum. Sed quoniam hæc
Philosophia subtilior est, quàm vt à populo percipi possit, tentabo
illam alia ratione, rudibus etiam, conspicuam facere. Ad hoc autem
necesse est, vt ea quæ iustificationem hominis antecedunt; explicem-
us: cuius rei cognitio ijs, qui vel ad Deum conuersi sunt, vel cõuer-
ti student, maxime utilis & necessaria est. In homine igitur iustifican-
do motus fidei primo loco ante omnia concurret, qui Deum homi-
ni tanquam iustum iudicem proponit, qui vniciuique fecundum ope-
ra sua, siue præmia, siue supplicia redditurus sit: eundemque represen-
tat, vt insensum improbis, ita contra propter Christi meritum clemen-
ter & propitium verè ponitentibus. Ex hac autem fide, Spiritu san-
cto excitante, & afflatu suo ad gratiam præparante, consequitur pri-
mum timor ex diuini iudicij & admisi criminis recordatione. Quæ
quidem metum spes excipit, & lenit, quæ ex diuina miserationis, &
meritorum Christi consideratione procedit; per quam sperat, pecca-
ta sua sibi condonanda, & amissam Dei gratiam, & amicitiam
illius meritis & pretioso sanguine recuperandam. Ex qua re non
modò spes veniæ propter Christum, sed amor etiam in ipsum
excitatur, vt qui immeritos nos tantopere dilexerit, tantisque do-
loribus suis primam nobis gratiam promeruerit. Ex quo amore do-
lor continuò nascitur, cum cõsideramus quàm multis sceleribus illū
offendimus, à quo sic conditi, sic redempti, sic à diaboli tyrannide
suimus liberati. Cum dolore verò ac detestatione peccati propo-
situm simul nascitur vitandæ eius rei quam super omnia detestamur,
quæque tantum nobis dolorem incussit. Cum verò ad hoc propo-
situm ventum est, quo pristina mala detestantes, Deo deinde militare
atque seruire toto pectore, totaque mente decernimus, ibi protinus
celestis gratia mentibus nostris illabitur, quæ nos ex iniustus iustos,
& ex inimicis amicos Dei facit. Hæc igitur series earum rerum est,
quæ animum ad iustificationem præparare solent. Redeo igitur ad
spem, de qua paulò antè dixi. Hæc, quatenus ex natura sua est, amo-
rem eius parit, per quem nobis sperata salus, & peccatorum venia cõ-
tingit; qui nõ alius, quàm Christus salutis nostræ autor est, agnus vi-
delicet ille qui tollit peccata mundi. Quæ quidem spes quòd vehemè
tius à diuino spiritu roboratur, eò maiorem in Christum amorè exci-
tat. Ea verò in hac peccatrice tanta fuit, vt ardentissimum in eius pe-
ctore amoris ignem accederet, per quem tantum sibi beneficium fir-

32

33

Ioh. 1.

miser conferendum esse speravit. Quò verò spes firmior, & certior, 34
 eò charitas exiit ardentior. Quæ quidem charitas vt peccatorū remissionem consecuta est (dilexit enim multum, quia multa ei debita condonata sunt) ita etiam præcessit, quoniã certissimè sibi ea remittenda esse speravit. Firma enim alicuius boni potiundi spes non minus interim afficere animum quàm ipsa possessio solet, vt nõ minus ferè gaudeat, qui certissimè bonum aliquod sperat, quàm qui in manibus habet. Ita quæ Maria dilexit multum, vbi illud à Domino lætitiæ & exultationis verbum audiuit; Remittuntur tibi peccata tua: & ante hoc etiam verbum dilexit multum; quia firmissima spe credidit esse sibi peccata multa remittenda. Hoc enim non obscurè Dominus indicauit, cum ait; [Fides tua te saluum fecit: vade in pacem.] Hac enim fide & futuram per Christum remissionem credidit; & quia credidit, speravit, & quia speravit, autorem tãta salutis dilexit. Hoc est autem 35
 quod cœlestis Magister in hac parabola intulit, quod erat videlicet obscurius: quod enim per se satis manifestũ erat, iudicio reliquit auditorum. ¶ Hæc autè ipsa, quæ diximus, vno Davidis versiculo apertissima faciã: is enim sic ait; Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ: Dilexi, ait. Quare diligis? quod à Deo beneficiũ percepisti vt eum diligas? Quoniam, inquit, exaudiet Deus vocem orationis meæ: hoc est, quoniam hanc spem firmiter animo concepi, in quacunq̃ue die ad Dominum clamauro, exauditurum esse vocem meam: hæc futuri boni firma spes iam dudũ in animo meo amorem erga illum accendit, non minus quàm si hoc iam mihi beneficiũ præstitisset. Huius verò spei firmitatem alibi ostendit, cum ait; Scitote, quoniam mirificauit Dominus sanctum suum. Qua in re mirificauit? quibus opibus & beneficijs te conspicuum & mirabilem reddidit? Subdit protinus, Dominus exaudiet me cum clamauro ad eum. Quid enim maius quàm summum illum rerum omnium Dominum habere ad eò fauẽtem ac propitium, vt nõ semel aut iterum, sed quoties ad eum clamauro, eius mihi opem non defuturam certo sciam? An non igitur hunc Dominum toto pectore diligam, colam, & perpetuis laudibus celebrabo? Hoc ipse adhuc alibi apertius profitetur his verbis; Ab insurgentibus in me exaltabis meã viro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo Psalmum dicam. Videtis ergo futurorum beneficiorum spem, laudandi atque diligendi Dominum studium excitare? Ad hunc ergo modum hæc sancta femina non modò Christum ardentissimè dilexit, eum peccata sibi dimissa cognouit, sed etiam quia dimittenda sperauit,

Psal. 114.

Psal. 4.

Psal. 17.

uit. Neque enim aut nouum, aut mirum est, spem boni futuri, amorem, & gaudium in præsentem excitare. Ex qua quidem Philosophia illud colligim⁹ fratres, duplici nomine pios omnes ad Christi dilectionem teneri: altero, quòd peccata illis dimissa sunt; quod tamen nemo certum & exploratum habere potest: altero, quòd si deinceps in peccata labantur (modò illos malorum suorum peniteat) dimittenda sint. Qui enim homini remittere iussit septuagies septies, multò magis ipse præstabit quòd alijs faciendum esse præscripsit. ¶ Ex hoc itè loco aliã rursus diligendi Dominũ causam colligimus, nempe quòd si electos suos hoc pulcherrimo & maximo beneficio affecerit, vt omnia illis vertantur in bonum, etiam ipsa peccata, vt D. August. ait. 37
 Vbi enim ad Dominum conuersi præterita crimina deseruerunt, eorundem consideratio humilitatem, gratitudinem, salutarem dolorem, & sollicitam sui custodiam parit: ita fit, vt quod lethiferum & perniciosum erat, virtutis & pietatis occasio fiat. Quod huic peccatrici euenisse videmus, cui peccatorum multitudo multam etiam diligendi occasionem præbuit. Quam etiam omnes illi habent, qui post diuturna flagitia misericorditer à Domino vocati, & in gratia constituti, ad finem vsq̃ue inconcussam pietatis fidem seruauerunt. Nemo tamen huius spei obtentu diutiùs in sceleribus perseverandi occasionem sumat, quandoquidem de huiusmodi vocatione, & superabundanti diuinæ gratiæ auxilio incertus sit: imò verò quòd diutiùs in peccato manet, eò magis sibi salutis aditum præcludit.

Sequitur deinde altera quæstio, quam Diuus Augustinus longa oratione hoc in loco vehementer vrget. Cum enim Dominus dicat, Mariam dilexisse multum, quia multa ei peccata dimissa sunt, 38
 & minus diligat, cui minus dimittitur; aliquis hinc fortasse ansam arripit plura peccandi, vt plus diligat, cui plus dimittendum sit. Itaque moneandum est, ne his, qui cupiditatibus suis indulgent, subrepat illa sententia, quam Apostolus his verbis insinuat; Et sic ut quidam dicunt nos dicere, faciemus mala, vt veniant bona. Dicet enim aliquis; Si cui modicum dimittitur, modicum diligit; cui autem plus dimittitur, plus diligit; expediat autem plus diligi, quàm minus diligi; oportebit ergo multum peccare vt multum debeamus, vt ita demum propter maiora debita dimissa, Deum magis diligamus. Huic quæstioni ita respõdet Augustinus, vt cõtendat non minus illum diligere debere, quem Deus ita gratiæ suæ largitate preuenit, vt in multa scelera minimè laberetur, quàm is, cui multa scelera condonata sunt. Ait igitur; Accedit ad eum sup-

Math. 18.

August.

August.

Rom. 3.

Pfal. 103.

plex aliquis peccator, coopertus ipinis tanquam hericius, & nimis timidus tanquam lepus: sed petra tamen, hoc est, Christus Dominus (vt Pfalmus ait) huiusmodi hericijs & leporibus refugium est. Alius gubernante Deo non multa commisit. Cui deputat ille quod dimisit, huic & iste deputat quod non commisit. Adulter non fuit in illa vita tua plena ignorantia. Hoc dicit tibi Dominus Deus tuus: Regebam te mihi, seruabam te mihi vt adulterium non committeres: suafor desuit, & vt suafor deesset, ego feci. Assuit suafor, nõ desuit locus, non desuit tempus vt non consentiret ego terrui. Agnosce ergo gratiam eius, cui debes & quod non commisisisti. Mihi debet iste quod factum est, & dimissum est; mihi debes tu quod non fecis. Nullum enim est peccatum quod faciat homo, quod non possit facere alter homo. Extat locupletissimum huius rei exemplum Abimelech Regis Palæsthorum, quauis ethnici, quem tamen Dominus cohibuit ne Abrahamæ vxorem violaret. Cum enim is veller eam sibi matrimonio copulare, Domino autem ipsum propter hoc castigante, & corripiente, ille se simplici corde hoc fecisse testatus est; quod eam non vxorem, sed sororem Abrahamæ esse crederet. Cui Dominus. Et ego, inquit, scio quod simplici corde feceris, ideoque custodiui te ne peccares in me. Videtis ergo regem hunc, quamuis ethnicum, beneficio tamen Domini à peccando cohibitum? Non ergo minus hic diuinæ misericordiæ debet, quod ab hoc crimine immunis fuerit, quam si admissum crimen illi condonatum esset. Quauis enim eximiam laudem promeretur vera poenitentia, maiorem tamen obtinet innocentia. Præstat enim non peccasse, quam post peccatum poenituisse. Ergo fratres debitores sumus Deo, siue quibus peccata dimissa sunt, siue à quibus commissa non sunt: illi, quoniam veniam à Domino perceperunt; isti, quoniam eo gubernante in peccata minimè inciderunt. Quare (vt idem Augustinus ad virgines quasdam scribit) existimare debemus, nobis dimissum, quidquid non est illo donante commissum: vt vtrique summo Deum amore diligentes, ad charitatis plenitudinem, quæ in æterna patriaria viget, peruenire mereamur: præstante Domino Iesu Christo, cui est honor, & imperium in secula seculorum Amen.

†

¶ IN

¶ IN FESTO BEATI IACOBI

Apostoli Concio prima; in qua lectio Euangelica, ac deinde verba in themate proposita explanantur.

T H E. Calicem quidem meum bibetis. Matthæ 20.



Odi, fratres, beatissimi Apostoli Iacobi festum diem maiori (vt arbitror) alacritate, quam aliorum Apostolorum festa celebramus: vt pote qui de hoc tanto Hispaniæ nostræ patrono meritò gloriamur. Is enim præcipuè ex sacro illo Apostolorum choro (qui Dominum Saluatorem, dum in hoc mundo versaretur, comitari meruerunt) in Hispaniam venire, ibique fidei semen iacere diuina dispensatione voluit. Nec in vita solum, sed in morte etiam, sedem apud nos eligere dignatus est; vt quos celestis doctrina ad fidem erudierat, sacri corporis sui præsentia ab hoste defenderet. Fuit certè diuinus hic Apostolus valde nobis amicus, qui, nec viuens, nec vita functus deserere nos voluit: qui cum patriam agnosceret Iudæam, tumulo tamen atque doctrina honorare atque defendere voluit Hispaniam. Nec dubium, quin plurimum possit in cælo regnans, qui apud vnicum Dei filium tantam meruit gratiam inuenire. Hunc enim cum Ioanne fratre, & Apostolorum principe Petro, gloriosæ transfigurationis suæ testem esse voluit. Eisdem etiam secum solos ad Archisynagogi filiam suscitandam ingredi voluit. Nec in prosperis solum, sed in aduersis etiam eos sem sibi comites asciuit, cum ante passionis suæ certamen cœpit contristari & mœstus esse. Nec insigni gloria caret, quod is primus inter Apostolos fuerit martyrij corona laureatus; primus se ipsum holocaustum viuum Domino obtulerit; primus glorioso propter illum cruore perfusus fuerit; primus morti, quam Saluator dignatus est pro omnibus pati, morte sua vicera rependerit, & pro vita vitam, pro sanguine sanguinem reddiderit. Hic igitur tantus Apostolus nunc quidem patronus est noster; prouidendum autem summo studio nobis est, ne qui modò est patronus, in extremo iudicio noster fiat aduersarius, quem admodum de legislatore Moyse Dominus dixit; Est Moyse, qui accufat vos, in quo vos speratis. Qui enim obsequentibus patroni sunt, rebellibus atque immorigeris aduersarij fiunt.

Tom. ij.

C 3

Ceterum

Ceterum hodierna sancti Euangelij lectio, quæ Iacobi & Ioannis fratris petitionem continet, non omnino ad eorum laudem & gloriam pertinet. Habet enim aliquid, quod merito laudari, & quod etiam accusari debeat: illud autem ad Dei gloriam; hoc verò ad humanæ naturæ spectat ignominiam. Vtraque igitur de re hodie dicturi, cœlestem opem, sacratissimæ Virginis intercessione, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

Matth. 4. ¶ Scitis iam, fratres, Petrum & Andream fratrem eius ante ceteros Apostolos fuisse à Domino vocatos. Cum enim in mari Galilææ retia laxarent, à Domino ad aliam multò digniorem atque vberiores piscationem vocati sunt. Vbi autem hos vocasset, procedens inde vidit alios duos fratres, Iacobum nostrum, & Ioannem cum Zebedæo patre, rescientes retia sua, & vocavit eos. At illi relictis retibus, & patre, secuti sunt eum. Quid hac diuina vocatione mirabilius? Quid piscatorum statu, atque eorum præcipue, qui rescientiis læeris retibus vacabant, abiectionis? quid verò Apostolici muneris dignitate in Ecclesia sublimius? Et tamen mirabili hac Saluatoris dignatione, abiectionissimi piscatores ad tantam celsitudinis gloriam vocati sunt, vt appareat verum esse quod Sapiens ait; Facile est in oculis Domini subitò honestare pauperem. Et; Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Si huius vocationis causam quæris; causa est, diuina liberalitas, atque voluntas, quemadmodum ipse Dominus ait; Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c: ne quis habeat, vnde meritò ex se gloriarì possit.

Horum ergo duorum discipulorum mater, Zebedæi vxor, & beatissimæ Virginis soror, quæ Maria Salome, scilicet filia, appellabatur (illa, inquam, Salome, quæ cum Maria Magdalena, & Maria Iacobi matre, summo mane cum aromatibus ad Dominicum corpus vngendum venerat) cum videret filios suos inter primos Apostolorum à Domino vocatos, & sanguinis cõiunctione propinquos, petit, vt eos regni sui (quod terrenum, ac temporale, Iudæorum more, futurum sonabat) summos principes faceret, eisq; ad dexteram suam atq; sinistram concessum præberet. Mater ergo à filijs subornata, & materno amore decepta, hunc tantum honorem filijs in Christi regno petebat, qui paulò antè cum Zebedæo patre lacera retia resciebant. Vt autè huius petitionis causam & originem intelligamus, pauca mihi

7 cã mihi de honoris appetitione & cupiditate (à qua hæc petitio manat, & qua vehementer omnes laboramus) prius dicenda sunt.

§. I.

¶ Satis constat fratres, inter omnes humani cordis affectus, honoris & gloriæ cupiditatem latissime patere. Nemo enim est neque tanta humanitate præditus, neque tam agrellis & inhumanus, neque tantis honoribus insignis, neque tam obscurus & ignotus, neque tot virtutis ornamentis excultus, neque tam multis flagitijs cooperatus, qui non flagret infinita quadam gloriæ cupiditate. Hoc autem vel ex eo patet, quòd cum nihil hominibus vita ipsa charius sit, multi, ne honorem amitterent, aut vllum in se dedecus admitterent, vitam profunderè maluerunt. Cumque Theologorum sententia sit, nullibi magis lapsæ naturæ morbum, quàm in carnalis commercij cupiditate desæuisse: multæ tamen sceminæ magnam huius concupiscentiæ vim maiori honoris & famæ cupiditate superant: ad eò huic honoris cupiditati ceteræ vel potentissimæ cedunt. Quæ res non tam in agrellibus ingenijs, quæ ferè voluptatem & vtilitatem honori anteferrunt, quam in ingenijs & cultioribus animis maximè locum habet. Hi enim decus & gloriam vtilitati & voluptati præferunt. Quod Alexandro magno, Scipioni, alijsque nonnullis, scriptores historiarum con- **Q. Curtius** **T. Livius,** tigisse referunt: qui oblatas ingentes voluptates repudiarunt, ne nominis sui gloria: aliqua infamiæ labe aspergerent. Pompeius verò ille Magnus, cum intra priuatos parietes (vt Plutarchus in eius vita memorat) libertini sui vxore vteretur, ad bellum tamè Mithridaticum profectus, sceminas insigni forma atque decore oblatas contingere noluit, sed eas vel parentibus, vel viris suis intactas honorificè tradidit.

9 Cum igitur constet affectum hunc ad eò esse vehementem, adeoque late patere, inquisitione dignum est, cur naturæ conditor Deus hunc animis nostris affectum ingenerauerit. Cui questionis respondemus; id quidem singulari opificis consilio factum esse. Honoris enim appetitio, & (quod est consequens) ignominia odium, vehementer nos ad virtutis studium alliciunt, & à vitiorum turpitudine reuocant. Vidit enim sapientissimus ille rerum fabricator, neque à virtute laborem & difficultatem (quam hominum natura refugit) neque à vitijs abesse voluptatem, quam eadem natura vehementer appetit. Vt eos igitur neque difficultas illa à virtute retraheret, neque rursus ea volupras ad inhonestam & inconcessam raperet, in virtute quidè honorem & gloriam collocauit (cuius flagrantissimum

Seneca.

simum defiderium animis noftris inſcuiꝛ in vitijꝛ autem dedecus & rō
 ignominiam poſuit; à quibus nos pudor & verecundiæ frano arce
 re voluit. Vt enim ait Seneca; Plures homines pudore magis quàm
 bona voluntate prohibitis abſtinent. Iuſtiſimum quidem erat, vt
 nos ſolus diuini numinis timor & ad virtutis cultum induceret, & à
 flagitijs auocaret: at ſum mus ille virtutis amator, & vitiorum hoſtis,
 nõ ſolùm muro, ſed etiam antemurali virtutem ſepire voluit, vt quos
 diuini numinis reſpectus ad virtutem minus incitabat, honoris ſaltẽ
 appetitus, & ignominiaẽ metus in officio contineret. Simili conſilio,
 quamuis in re longẽ diuerſa, princeps huius mundi Dæmon uſus eſt:
 qui, quoniam homines ad idolorum cultum trahere volebat (in quo
 nulla erat illecebra voluptatis, quã illos ad hæc alliceret) ſcãdiſſimas
 voluptates, & magnam vitiorum licentiam (qua homines maxime ca
 piuntur) nefario illi cultui admifcuit, vt hac voluptatis ſuauiate miſe
 ri homines inſcuiꝛ, à vera religione ad impiam illam, voluptuoſam,
 & ſuperſtitioſam raperentur. Quod ergo generis humani hoſtis fecit,
 vt homines ad impietate traheret, hoc ipſum diuerſa ratione ama
 tor hominum Deus fecit, vt homines à vitiorum turpitudine ad ho
 neſtatem traduceret; dum in illis dedecus, & ignominiam, in hac de
 cus & gloriam collocauit. Simile quiddam Medici quoque in officio
 ſuo facere ſolent: qui cum viderint ægrotos ſalutares cibos ſaſtidiſe,
 & noxios appetere, ſalutaribus noxijs adiungunt, vt dum auidẽ ſu
 munt quod noxiũ eſt, ſumãt etiam quod illis ſalutare futurum eſt.
 ¶ Cæterum virtuti honorem & gloriam deberi, non modò omnis
 Philoſophorum ſchola, ſed ipſe etiam communis naturæ ſenſus probat.
 Conſtat enim, honorem, & laudẽ, & gloriam, & reuerentiã re
 bus excellentiſſimis deberi. Nil autem in vita virtute clariũ, nihil ex
 cellentiũs. Contra verò vitia eſſe dedecore, ignominia, & contẽptio
 ne digna, idẽm naturæ ſenſus apertẽ docet. Vt enim rebus excellen
 tiſſimis gloria; ita ſcãdiſſimis (cuiusmodi ſunt omnia vitia) dedecus
 debetur & ignominia. Qua ex re liquet, quã ſapienti conſilio virtu
 tis amator Dominus hos duos affectus, honoris, & verecundiæ, men
 tibus noſtris impreſſerit.

Ex. H. O
 ſor. li. i. de
 gloria.

Sed quid nos tandem facimus? quo nam modo his diuinis benefi
 cijijs vtimur? Nimirum eo modo, quo alijs eiũdem conditoris mune
 ribus, quæ vitio noſtro ſic inuertimus, vt virtutis & religionis inſtru
 menta in vitiorum irritamenta vertamus. Nihil enim animis noſtris
 impreſſum & iniuſtum eſt, in quo non diuinum beneficium agno
 ſcere valeamus, nos tamen illis naturæ principijs, quæ nobis ad ſa
 lutem

23 ſutem tributa ſunt, peruerſe vtentes, noſtra dementia in perniciem
 incurrimus. Nam ira, cupiditas, ſpes, metus, dolor, voluptas, &
 reliqua generis eiũdem, quibus animos vel incendi, vel reſtingui,
 vel incitari, vel remitti, vel efferri, vel contrahi, vel alio quouis pa
 cto commoueri, & agitari ſentimus, nobis donata ſunt, vt noxia
 repellentes, & ſalutaria aſciſcentes, naturæ ſtatim conferemus:
 nos verò ea plerumque omnia ad flagitium atque vitæ peſtem con
 ſerimus. Quò autem ſunt illa maiora, & ampliora quæ accepimus,
 edẽ illorum abuſu grauioribus malis implicamur. Largitus eſt
 enim Deus nobis rationem, qua maxime à belluis diſtemus, & ad
 diuinam naturam propius accedamus: nos autem eandẽ ſæpẽ
 24 mero rationem huc & illuc verſantes, ea ſcelera concipimus, vt
 belluas etiam immanitate ſuperemus. Habemus etiam à natura ani
 mos imbutos religione, qua incitati, præcellentem illam naturam,
 diuinamque vim hominum generi conſulentem ex operibus ag
 noſcentes, eam caſtiſſimo pietatiſque pleniffimo cultu veneremur.
 At hominum amentia factum eſt, vt ab illo naturæ ſenſu duceretur
 omni ſcelere contaminata ſuperſtitio, quæ ſuſa per omnes nationes,
 multis ſeculis omnium ferè animos opprimeret, mortalesque miſe
 rijs in finitis implicatos & conſtrictos teneret. Nihil denique, ne plu
 ra perfequar, eſt nobis à natura inſitum, quod non ſit vel ad corpo
 ris tutelam, vel ad animi cultum aptiſſimum: ſed nos plerumque di
 uinis muneribus ad noſtrum exitum & deformitatem abutimur. His
 igitur exemplis apertẽ liquet, quid de honoris appetitu iudicandum
 ſit. Vt enim ſclerati & perditii homines, illam animi propenſionem,
 ad falſa numina impie tranſtulerunt, & quod erat pietatis incitamen
 25 tum, totius impuritatiſ ſeminarium fecerunt: ſic modò multi, hono
 ris defiderium, quod in virtute colenda impendi debebat, non in vir
 tute, ſed in opibus, in diuitijs, in potentia, in ampla familia, in ingenti
 patrimonio, in varia ac diuite ſupellectili poſuerunt: eos, qui hiſce re
 bus abundant, claros cum primis & illuſtres exiſtimantes, quamvis
 ſint ſcãleſtiſſimi: eos verò, qui paupertate & inopia premuntur,
 miſeros arbitrantes, quamvis ſint virtutum omnium ornamentis
 exculiti. Honorem igitur in diuitijs, pudorem autem & verecundiã
 in paupertate collocarunt. Videtis igitur, fratres, humanæ mentis per
 uerſionem, & diuinorum munerum abuſum?

Vnde liquet, id hac in parte euenire, quod ia multis quo
 que alijs rebus contingit: quarum aliæ quidem veræ, aliæ adul
 25 terinæ

terine ſunt. Eſt enim verum aurum, eſt & adulterinum, quod auri ſpeciem, non veritatem refert. Sic etiam ſunt gemmæ, & margaritæ: verè pretioſæ; ſunt aliæ ruriſum, quæ fallaci ſpecie gemmarum, & margaritarum pulchritudinem mentiuntur. Ad hunc ergo modum ſunt veri honores, ſunt & falſi atque adulterini. Veri ſunt, qui hominibus ob virtutem & res præclarè geſtas tribuuntur: falſi autem ſunt, qui ob res futiles & interituras exhibentur. Hinc inſignis ille hiftoriæ ſcriptor, Diuitiarum, inquit, & formæ gloria, flaxa & fragilis eſt; virtus clara æternaque habetur. Diuitiæ namque ſceleftiſſimis ſæpè hominibus contingunt, qui non ideo honore digni ſunt, quantum Cræſum diuitiarum opulentia ſuperent, cum ſint ſceleribus infinitis inſames: contra verò pietatis & iuſtitie cultores, quantum Lazarus mendico pauperiores ſunt, veris honoribus digniſſimi ſunt. Hæc enim de cauſa Reges terræ, atque adeò vniverſus Chriſtianus orbis Iacobum Apoſtolum prædicat & honorat, & ſacra eius limina magna religione frequentat: non quòd ſis terrenis opibus abundauerit (qui pauperis Chriſti diſcipulus & imitator extitit) ſed quòd eximia ſanctitate, omniumque virtutum opibus locupletiffimus fuerit. Hæc ſunt enim veræ opes, quibus verus honor ſummo iura debetur.

§. II.

¶ Vt igitur ad inſtitutum redeamus, diſcipuli adhuc in Chriſti ſchola rudes, qui veros honores à falſis diſcernere nesciebant; vulgiquè tunc errorem ſequebantur, hunc falſum honorem à Domino petebant, nempe conſeſſum ad dexteram & ſiniſtram in regno eius, quòd terrenum atque temporale eſſe arbitrabantur. Quibus Dominus, [Nescitis, ait, quid petatis.] Verè enim quid peterent nesciebant, qui veræ ſolidæque dignitatis & gloriæ ignari, hanc vulgarem dignitatem & gloriam ambiebant. Quòd autem illis à Domino reſponſum eſt, nobis quoque reſponſum putemus, qui ſimili morbo, ſimilique errore laboramus. Omnes enim ferè veri honoris materia (quam in virtute ſitam eſſe diximus) neglecta, falſi honoris cupiditate flagramus; dum inania hæc fortunæ lenocinia omni ſtudio & aviditate captamus. Quòdque dolendum magis eſt, vſque adeò in hoc errore perſiſtimus, vt ſi Deus nobis optionem daret, vtra bona mallems; an ea, quæ fallaci honori, an quæ honori vero materiam præbent; illa magis quam hæc eligeremus, hoc eſt, terrenas & interituras opes magis quam pietatem & virtutem, quæ ſunt immortalis & ſempiternæ opes. Quid igitur indignius, quid magis præpo-

19 præpoſterum, quam vt homines mentis compotes, gloriæ cupiditate incenſi, falſam & mendacem gloriam veræ gloriæ dignitati anteferant? Si nobis quiſquam referret, habitare ſub æquinoctiali linea barbaros & immanes quosdam populos, qui pluris adulterinum aurum facerent, quam verum; pluris adulterinas gemmas, & margaritas, quam veras; quis illorum barbaricam & amentiam non rideret? At nos ipſos minimè ridemus, qui tantum nobis religionis & prudentiæ nomine tribuimus, qui in ſimilem barbaricam, atque adeò periculoſiorem incidimus, quando falſam atque fallacem gloriam, veræ atque ſolidæ anteponiſus, maiorique ſtudio & contentione mendacium quærimus, quam veritatem: quando quidem nullum terræ mariſque laborem, nullum vitæ periculum propter hæc falſa & fallentia bona recuſamus, qui tamen propter virtutis & hone-
20 ſtatis amorem vix loco moueri volumus. Miſer homo quid agis? quid quæris? quid tam anxie deſideras? Ego, inquis, honoris & gloriæ deſiderio flagro. Intellige ergo miſer, verum honorem eſſe, qui virtuti, & ſanctitati, & religioni tribuitur: hoc enim te in hoc ſeculo, & in futuro, & coram Deo, & hominibus clarum in primis & illuſtrem reddet. At ingens patrimonium, ampla domus, magnus ſeruatorum & equorum apparatus, culta veſtis, & ſplendida menſa, cæteraque huiusmodi fortunæ ludibria, quæ per ſingula penè temporum momenta eunt, & redeunt, nullo modo te vera laude atque honore dignum efficiunt. Fieri enim poteſt, vt omnibus his fortunæ externis muneribus ornatus, mentem habeas omnibus flagitijs & ſceleribus inquinatam. Fieri poteſt, vt ſis impurus, adulter, auarus, mendax, im-
21 pudicus, periurus, blaſphemus in Deum, impius in parentes, & in cæteros homines iniurius, & contumelioſus. Quam ergo tibi gloriam opes illæ omnes conciliabunt, cum hæc teterrima vitia, omnibus veræ gloriæ ornamentis ſpoliatū, ſumma te ignominia atque dedecore afficiant? Hæc em̄ de cauſa regijs Propheta in hos mendacis gloriæ amatores inuohitur, cum ait; Filij hominū vſque; quò graui corde ſunt quid diligitis vanitatē, & quæritis medicaciū? Vtrūque em̄ in huiusmodi gloriæ cadit; quæ & inanis eſt, cum nihil veræ & ſolidæ felicitatis contineat; & mendax itē; quæ, quā laudem & felicitatē externa ſpecie pollicetur, adeò non præſtat, vt ingentem etiam curarum & laborum materiam ſecum afferat. Quam rem non obſcurè primus ille Iſraëlitici populi ductor Moyses declarauit: qui quamuis ad inuicem ſuum feliciter adminiſtrandum diuino ſultus eſſet præſidio, diuinaque in rebus agendis conſilio vteretur, curæ tamen paſtoralis pondere adeò preme-

Simil.

Pſal. 4.

Num. 11.

batur, vt mortem etiam à Domino postularet, ne tantis afficeretur malis. Itaque ait; Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te, & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum; & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? sicut contra me, dicentes: Da nobis carnes vt comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Quæ cum ita sint, merito Dominus discipulos, qui felicitatem & quietem in principatu inueniri existimabant, corripit his verbis, [Nescitis quid petatis:] quando humana felicitatis auidi, curarum atque laborum materiam postulatis. 23
[Nescitis gratiam quid petatis:] quoniam eodem errore decepti, veræ gloriæ dignitatem ignorantes, de falsa & inani estis solliciti. Nec hoc solum nomine erratis, sed ob id etiam, quod regnum meum temporarium atque terrenum, communi Iudæorum errore, fore putatis: ideoque primum huius terreni regni locum concupiscitis. Regnum autem meum, tot Prophetarum vaticinijs & oraculis prænuntiatum, non ad hæc falsa & fallentia bona, sed ad vera & solida, cuiusmodi cælestia & sempiterna sunt, referendum est. Tale enim regnum Mesiæ gloriæ & maiestatis dignum est. [Nescitis ergo quid petatis,] cum ab autore & largitore verorum bonorum falsa & inania bona exquiritis.

Leo Papa.

Quia verò fecunda solet esse ignorantia, & vnus insignis error multorum sæpe errorum causa est; ideo in hoc etiam discipuli errabant, quod temporum rationem & ordinem inuertebant: quando futurorum solliciti, presentia non cogitabant, à quibus futurorum spes & ratio pender. Quam rem Leo Papa expressit his verbis: Intellegimus inter tentationes huius vite prius tolerantiam postulandam esse quam gloriam. Ad hunc autem ordinem conseruandum discipulos Dominus reuocare voluit, cum dixit, [Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?] quod perinde est, ac si diceret; De merito debetis esse solliciti, non de præmio: de labore, non de requie: de seruitio, non de primatu: de humilitate obediendi, non de principatu dominandi: ac postremò de calice passionis, qui in hac vita bibitur, non de calice dulcedinis, qui ad alteram referuatur. Verè ergo nescitis quid petatis, qui officiorum, atque temporum ratione & ordinem.

25 ordinem hac vestra oratione permutatis. Erratis etiam toto cælo, cum existimatis, me humanis rationibus ita moueri, vt quod virtuti, & religioni, meritisque debetur, istis rationibus tribuam. Nihil me ista mouet, quæ nullius apud Patrem meriti sunt: sola me mouet inuicta fides, atque constantia, quæ malorum turbini non cedit, quæ neque doloribus, aut periculis frangitur, quæ acerbissima passionis calicem bibere parata est, priusquam diuinæ maiestatis oculos offendar. De hoc ergo calice bibendo solliciti esse debetis: (hoc enim ad vos spectat) sedium autem & dignitatum curam sempiterno iudici relinquite, qui vnicuique reddet iuxta opera sua. [Nescitis ergo quid petatis.] Psal. 61.

In eo etiam grauius erratis, quod petitio vestra intempestiua est. Vt enim musica in luctu est importuna narratio: ita post tantam passionum mearum humilitatē, & acerbitatē, quas modò vobis exposui (cum dixi me tradendum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, vt vos exemplo meo ad humilitatis & patientiæ virtutes excitarem) vos contra vique adeò magisterij mei doctrinam inuertitis, vt hoc ipso tempore honoris & dignitatis cathedras postuletis. Non igitur vno tantum ac simplici errore, sed multis modis à veritatis tramite deuiatis. [Nescitis enim neque quid petatis,] neque à quo petatis, neque quo nomine & ratione petatis, neque tandem quo temporis articulo petatis. Eccl. 22. Matth. 20.

§. III.

Ab hac igitur inanium bonorum cupiditate ad vera bona traduce discipulos suos Dominus volens, ait illis; [Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?] Animaduertite, quæso fratres, quam latum inter 27 carnis, & spiritus philosophiam discrimen sit. Olim discipuli iter cum Domino facientes, ac inter se de primatu in Christi regno contendentes, à Domino quaesierunt, quis nam maior esset in regno cælorum. At sapientissimus magister, latens in eorum pectore ambitionis virus agnosens, ab hac dignitatis & sublimitatis appetitione ad longè diuersam viam eos reuocat, dicens; Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum, quod perinde est, ac si diceret; Video vos principem locum in regno cælorum appetere: tantum verò abest vt hac vna cupiditate atque conatu magni in hoc regno efficiamini, vt nullum omnino in eo regno dignitatis locum habituri sitis, nisi contraria prorsus via ingrediamini, vosque ipsos ad huius paruuli humilitatem deiciatis, & cum Propheta dicatis; Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quam Psal. 83.

quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Ad hunc ergo modum 28
cum in præfenti Euangelio Dominus duos hos discipulos animaduer
teret, à dextris & sinistris confessum, hoc est, requiem & placidam vi
tam (quæ sedis nomine designatur) appetere, eos à quiete ad laboris,
& certaminis, & contentionis studium reuocat, dicens; [Potestis bibere
ve calicem quem ego bibiturus sum? Iquasi diceret; Erratis discipuli mei
dum alienam curam suscipitis, & vestram omittitis. Ad patrem quid
dem meum spectat quas concupiscitis sedes distribuere; ad vos autem,
variorum laborum tolerantiam eas promereri. Hoc igitur curate,
hoc agite, in hanc vnam curam incumbite, vt calicem meum bibatis,
vt crucem meam feratis, vt aduersus carnis vestræ cupiditates conti
nenter bellum geratis. Sic enim per pugnam venit ad coronam,
per labores ad requiem, per crucem ad regnum, & per calicem passio
nis ad calicem illum, de quo Propheta cecinit; Calix meus inebrians 29
quàm præclarus est. Hac igitur de causa Saluator ait, [Potestis bibere ca
licem quem ego bibiturus sum?

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

Psal. 22.

[Dicunt ei, Possimus.] Videtis hoc in loco presumptionem ambitio
ni esse coniunctam. Quisquis enim honorem, aut dignitatem vehem
enter ambit, hoc affectu ipse sibi imponit, dum ad eam dignitatem
consequendam se idoneum putat. Mentitur enim sæpe iniquitas sibi.
Sed quantum inter boni operis propositum, & bonum opus inter
sit, hoc exemplo discimus. Cum enim ad calicem Dominicæ passio
nis ventum esset, qui se illud bibituros spoponderant, relicto magi
stro fugerunt. Ideoque, fratres, neme firmitati propositi sui nimium
fidat, nemo in hac vita (quæ tota tentatio esse dicitur) securum se esse
arbitretur: cum hoc exemplo videatis ipsos Christi Apostolos, & A
postolorum quoque principem, qui ea miracula viderat, quæ ferrea 30
etiam corda ad fidei confessionem inducere potuissent, in primo
periculi limine defecisse, & turpi fuga saluti suæ consuluisse. Quocir
ca vigilandum semper & orandum nobis est, & cum Propheta di
cendum; Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellat de
laqueo pedes meos. Ad hoc enim Saluator ipse hortatur, cum ait; Vi
gilate, & orate, ne intretis in tentationem.

Psal. 26.

Matth. 6

Psal. 24.

Matth. 26.

August.

Matth. 11.

Ioh. 16.

Ioh. 16.

Ioh. 16.

Ioh. 16.

Ioh. 16.

Ioh. 16.

Ioh. 16.

Ioh. 16.

Ioh. 16.

31 canque habet Pater, mea sunt. Et, Quæcunque Pater facit, hæc & Ioh. 5.
Filius similiter facit. Ad hanc autem diuinitatis filij gloriam & præ
destinatio, & cælestium sedium distributio non minus quàm ad Pa
trem pertinet. Hactenus de Evangelica lectione: nunc verba thema
tis breuiter excutiamus.

TRACTATIO THEMATIS.

§. IIII.

¶ Hæc discipulorum petitio, & Dominica responsio non minus
ad nos fratres, quàm ad discipulos Domini pertinet. Illi namque
præcipuas in Christi regno sedes, (quod tamen terrenum esse ar
bitrabantur) ambiabant; nos verò ad sempiternam felicitatem &
beatitudinem aspiramus. Ad hanc enim gloriam ficti & informati
à Deo sumus, ad hoc nobis spiritus & vita datur, ad hoc nobis cæ
lum, terra, maria, & creaturæ omnes deseruiunt: & (quod omnia
superat) ad hoc vnigenitus Dei filius, & rerum omnium conditor in
carne venit, & calicem passionis hausit, vt nos sempiternæ felicitatis
calice potaret.

Quando igitur vos omnes bibendi suauissimi huius calicis
desiderio incensi estis, scitote, passionis calicem prius bibendum
esse, vt per calicem ad calicem perueniatis. Quod ergo disci
pulis Dominus dixit, omnibus quoque nobis dictum putemus,
qui hanc felicitatem desideramus; ad quam nisi per calicem, hoc
est, per varios labores atque certamina peruenire non possuamus.

33 Hoc autem (ne quis laborem subterfugiat): & sanctarum Scri
pturarum testimonia, & Christi Domini, atque Sanctorum om
nium exempla apertissimè confirmant. Hinc cælestis magister,
Contendite, inquit, intrare per angustam portam: quia lata por
ta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem; & multi sunt
qui intrant per eam. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ
ducit ad vitam; & pauci sunt, qui inueniunt eam! Eos etiam, qui cæle
stis verbi semine suscepto, bonis operibus vacant; fructum ait
asserere in patientia. Multa enim ferenda, multi labores tolerandi
sunt, vt in pietatis, & virtutis curriculo ad finem vsque perseue
remus. Quid verò illud? Si quis vult venire post me, & abneget se
metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Quid autem dif
ficilius, quàm crucem tollere, & seipsum abnegare? hoc est, se ipsum
non agnoscere, se ipsum non tanquam familiarem amicum, & notum, sed
tanquam

Luc. 13.

Matth. 7.

Matth. 7.

Matth. 7.

Matth. 7.

Luc. 8.

Luc. 8.

Luc. 8.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

tanquam exterum & alienum, & interdum etiam tanquam inimi-
cum tractare? ¶ Ne quis verò hæc abnegationis, & crucis, & patien-
tiæ documenta ad perfectioris vitæ studiosos tantummodò pertine-
re putet, præmiſit his Domini verbis ſanctus Euangelifta Marcus;
Et conuocata turba cum diſcipulis ait; Si quis vult me ſequi, &c. Hu-
iuſmodi loca paſſim in Euangelicis literis reperire licet, quæ crucē,
& patientiam, & laborem, & paupertatem, & ſui abnegationem com-
mendant, & luxum, voluptates, atque delicias vehementer accuſant:
vt non immeritò in Canti. Sponſa Sponſum ſuum ſacculum myr-
rhæ appellauerit: quoniam ſi eius doctrinam omnem ſpectare velis,
nihil frequentius quàm laboris, doloris, lachrymarum, patientiæ, ino-
pia, & amaritudinis myrrham deprehendes.

Neque verò ſolam eius doctrinam, ſed vitam quoque ipſam ama-
ritudinis myrrha pleniffimam fuiſſe, calicis nomine declarat in hoc
Euangelio, cum ait; [Poteflis bibere calicem quem ego bibiturus ſum.]

Vtroque igitur modo, verbis ſcilicet, & exemplis, nos ad laborum to-
lerantiam inuitat. Si ergo rerum omnium Dominus, nullis noſtris me-
ritis prouocatus, ſed ſola miſericordia, & immenſa bonitate, & chari-
tate inductus (vt enim Leo Papa ait, Miſerendi noſtri cauſam Deus
niſi in ſua bonitate non habuit) ſi, inquam, talis ac tantus Dominus,
non pro ſe, ſed pro me calicem hauit paſſionis, cur ego tali exemplo
excitatus, & tam gratuita miſericordia præuentus, pro ſalute mea nõ
faſciam, quod is pro aliena facere non dubitauit? Rectè enim idem
Leo Papa Dominicam paſſionem ſacrificium eſſe dicit, & exemplum:
& ſacrificio quidem inſenſum nobis Patrem placare; exemplo autè
homines ad ſui imitationem alexiſſe. Cum autem vtrumque in Chri-
ſti Domini paſſione conſiderandum ſit, hæretici ſolam ſacrificij vir-
tutem attendunt, vt ſalutem ſibi optantes alieno labore parent; virtu-
tis autem exemplum minimè conſiderant, ne illum imitari compellantur.
Nos igitur qui Catholicæ Eccleſiæ filij ſumus, vtrumque in
Chriſti calice conſiderare debemus, vt ſacrificij eius merito ſpem
concipiamus, & paſſionis exemplo ad charitatem, & patientiam
excitemur. Quid autem nos magis ad harum virtutum amorem
quàm immortalis Dei mors inſtigare debeat? Quis enim inter ho-
mines non miretur, cum Deum mortuum propter homines audiret?
¶ Ne verò quiſquam minus ſe Redemptori ſuo debere putet, quod
is non ex diuina, ſed ex humana natura calicem hauferit paſſionis,
ſciat, catholicè & propriè dici, Deum mortuum, & paſſum, atque ſe-
pultum. Tam arcto quippè vinculo humanam naturam diuinæ cop-
pulauit,

Mar. 8.

Cant. 1.

Leo Papa.

Idem.

37 pulauit, tanquam inter vtramque naturam (perſonalis vinculi ratione,
quo vtraque ſubiſtit) vnitas eſt, vt quæ ſunt humanitatis, Deo; quæ
verò diuinitatis propria ſunt, homini cõuenire dicantur. Quod ſit, vt
quæuis aſſumptæ naturæ ratione Deus mortuus eſſe dicatur, verè tñ
& propriè Deum mortuum, paſſum, atque ſepultum in ſi dei Symbolo cõfi-
temur. Quod ideo dixi, vt hæc ratione intelligatis fratres, quantum illi
rerum omnium Domino debeatis, qui nulla ſua neceſſitate, ſed ſola
veſtri charitate ſic altiffimam illam & incomprehenſibilem maiesta-
tem ad ignominioſiſſimam & acerbiffimam crucis ſupplicium demit-
ſit, vt non ſolum hoc ſacrificio debita noſtra expiaret, ſed etiam vt
vos hoc mirabili exemplo ad bibendum calicem paſſionum animaret.

Hoc autem exemplo nullum conſtat eſſe maius. Si præter hoc alia
deſideratis, habetis omnes Chriſti Domini diſcipulos, qui ſimili paſ-
ſionis ſacrificio Dominum glorificauerunt. Habetis in præſenti Euan-
gelio duos fratres, Iacobum, & Ioannem, qui hunc calicem biberunt, *Actor. 12.*

38 ſionis ſacrificio Dominum glorificauerunt. Habetis in præſenti Euan-
gelio duos fratres, Iacobum, & Ioannem, qui hunc calicem biberunt, *Actor. 12.*
dicente Domino; [Calicem quidem meum bibetis.] Et quidem Iacobus
hunc calicem bibit, quando primus Apoſtolorum iugulum licitori,
propter fidei cõfeſſionem, præbuit. Quis autem verbis cõſequi poſ-
ſit, qua animi promptitudine & alacritate vt diuinus ad ſupplicij li-
cum procedebat? Si Agatha virgo, quaſi ad epulas inuitata lætiſſimè
& glorianter ibat ad carcerem, quid de hoc ſanctiſſimo Apoſtolo pie-
tas chriſtiana credere debet, qui tâto maiori fide, ſpe, & charitate ple-
nus erat, vt pote qui plenitudinè Spiritus acceperat, qui tot magillri *Actor. 2.*

39 ſui miracula viderat, tot ipſe etiam eius inuocato nomine ediderat,
qui que certiffimè ſciebat, tranſacta illa momentanea pœna, ipſius
animam inter Angelorum choros eſſe collocandam, & ſempiterna
felicitate donandam?

Vnus tamè dolor piſſima eius viſcera ſauciabat: nẽpè cæcitas &
incredulitas eorum, qui ipſum ad necem poſtularunt, ac præcipue Io-
ſiæ, qui iniecto ad collum rûne vinculo ad Herodè traxerat, & tunc,
lata iam mortis ſententia, eodem fune ligatum ad mortem ducebat.
Huius enim vicem (qui omnes perſequeutores ſuos immanitate ſupe-
rabat) ſanctus Apoſtulus vehementer dolebat. At fidelis & pius Do-
minus, qui tum vel maximè ſuis adefl, cum eos videt propter nomi-
nis ſui gloriam vehementius premi, hunc Apoſtolo ſuo maiorem
adimere ita voluit, vt carnificem & licitorem, martyrij ſocium atque
participem momẽto temporis faceret; vt tantò libentius Apoſtulus
iugulum præberet, quanto magis de carnificis ſui ſalute atque gloria
lætabatur. O beate Iofia, cui nullis antecedentibus meritis, momẽto

temporis datum est, quod multis viris sanctissimis, qui hanc martyrij gloriam desiderauerant, nō est concessum! Certē beatissimus pater Dominicus auidissimē hanc coronam stiebat, qui tamen, post tot virtutū insignia, vir beatus atque humilis corde se illa indignum iudicabat. Quanta ergo Apostoli fidei, cuius meritis tāta gloria Iosiae concessa est, vt ex persecutore fidei fidelis, ex carnifice Martyr efficeretur: & qui eō venerat, vt Apostoli caput amputaret, ipse caput suū & iugulum, pro Christo, licetori præberet! Quomodo autem res gesta sit, exponam. Cū Apostolus ad necis locum pergeret, oblatum in via paralyticum, Christi nomine inuocato, sanauit, vt Clemens Alexandrinus (teste Eusebio in historia Ecclesiastica) refert. Quo miraculo stupefactus Iosias, & singulari quadam clemētissimi Dei misericordia & benignitate tactus, fune, quem Apostoli ceruicibus iniecerat, extracto, se ad illius pedes demisit, magnis precibus petens vt & sibi ignosceret, & se sacro lauacro expiaret. Iacobus, qui hęc illū diuino afflatu ductū dicere intelligeret, rogare eum cepit, Iesum ne Christū, quem Iudæi in crucem egissent, verum Dei filiū esse crederet? quod cū ille se credere profiteretur, Abiatharus Pontifex eum statim comprehendit iussit, eodemque mortis genere, quo Apostolum, multatum iri dixit, nisi quā primū & à Iacobo se disiungeret, & nomini Christi malediceret. Sed cū maledictum illius nomen, Christi autem benedictum voce magna diceret, Abiathar os eius pugnis cedi, eumque, cum Iacobo securi ferri iussit. Cū autem ventum esset ad locum supplicij, licetorem Iacobus rogasse dicitur, vt antē quā feriret, aquam iuberet afferri. Allata aqua qua siuit à Iosia Apostolus, num in Christū Dei filium crederet? qui cū se credere diceret, expiatus est ab Apostolo aqua saluari, osculoque dato, cruce frons illius consignata est. Quibus ritē perfectis, vterque eadem hora, eodemque loco morte multatus migravit ad Christum. Quis igitur, cū hoc audit, immensas diuinæ bonitatis & misericordiae opes nō agnoscit, quæ tantum beneficium in eum subito contulit, cui sempiternū gehennæ incendium debebatur? Principem quin quagenarium, & quinquaginta milites, qui cum ipso ad capiendum Eliam venerant, ignis è celo lapsus cōbussit: rursusque alium simili comitatu ad idem facinus venientem idem ignis absumpsit. Quid, quæso, minus Iosias merebat, qui Christi Apostolum iniussus ad Herodem traxit, & modò iustus ad necem ducebatur? At verò tantum abest vt hoc modo in illum diuina censura sauerit, vt etiam Apostoli in passione sociū, & martyrij consortem efficeret. Quis autem

Clemens
Alex.
Euseb.

4. Reg. 1.

negare audeat, hoc tantum munus Apostoli meritis & precibus tributum fuisse? Quæ enim Apostolus elacritate ad mortem propter Christi fidem pergeret, qui tali miraculo eius gloriam illustrasset, & talem in passione socium nactus esset! Quæ fiducia, & inuicti animi fortitudine, iugulum propter Christi fidem Apostolus offerret, quæ videbat infidelem hominem eodem sanguinis & passionis testimonio profiteri! Hac enim ratione, multisque alijs, quas enumerare longum esset, pius Dominus labores leuare solet eorum, qui varijs calamitatibus propter eius gloriam premuntur. Verissimè enim dictum est; Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Et, Salus autem iustorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis &c.

Psal. 33.
Psal. 36.

44. Hoc ergo modo Iacobus Apostolus calicem passionis securi percussus bibit: vt verax inueniatur, qui tantò antè ipsius atque Ioannis fratris certamen prædixerat; [Calicem quidem meum bibetis.] ¶ At Ioannes, quomodo calicem Domini bibit, de quo constat, quia nequaquam per mortem passionis de corpore exiit: nisi quia duobus modis idem calix bibitur; vno videlicet, cū à persecutore illata mors patienter suscipitur; alio modo, cū mens ad passionem prompta habetur, & vita martyrio digna geritur. Nam & Ioannes ipse quā fuerit paratus ad potādū pro Domino mortis calicem, docuit, quando cum cæteris Apostolis (sicut in Actibus eorum legitur) à carcere, & verbera gaudenti animo tolerabat; quando propter verbum Dei, & testimonium Iesu in Pathmos insulam exilio relegatus est; quando (sicut historia narrat Ecclesiastica) à Domitiano Principe missus est in feruentis olei dolium, de quo tamen propitio Domino tam sospes & mundus exiit, quā fuerat ab omni carnis contagio alienus; & in exilium ab eodem missus, quò magis humano solatio destitutus esse videbatur, eò ampliori supernorum ciuium meruit frequentia consolari. Vnde ipse quoque veraciter calicem Domini cum fratre Iacobo, qui occisus est gladio, bibisse intelligitur, quia qui tanta pro veritate sustinuit, quā promptè etiam ipsam mortem, si offerretur, exciperet, ostendit. Sed & nos, fratres charissimi, etiam si nil tale perpetiamur, si non vincula, non verbera, non carceres, non supplicia corporis, non vllam hominum persecutionem propter iustitiam toleramus, calicem tamen Saluatoris accipere poterimus; si castigare corpus nostrum, & seruituti subijcere curamus; si in spiritu humilitatis, &

Act. 5.

animo contrito, Domino supplicare assuescimus; si illatas à proximo contumelias placida mente suscipere satagimus; si & eos, qui nos odio habent, qui iniurias nobis inferunt, diligere, his bene facere, pro horum vita & sospitate gaudemus exorare; si cum virtute patientiæ, bonorum quoque operum fructibus adornari contēdimus. Sic enim conuersantibus nobis, & corpora nostra, iuxta Apostoli vocem, hostiam viuētem, sanctam, Deo placentem exhibentibus, Domino largiente dabitur, vt communi cum eis, qui membra sua in mortē pro Christo dederunt; gloria remunermur: quia sicut mors illorum, sic & vita nostra pretiosa fit in cōspectu Domini, disruptisque vinculis carnis, & ipsi atria supernæ ciuitatis intrare, atque inter choros beatorum Martyrū, vota gratiarum Redemptori nostro reddere merebimur: qui uiuit, & regnat per infinita seculorum secula, Amen.

Rom. 12.

IN EODEM FESTO BEATI IACOBI
Apostoli Concio secunda; in qua lectio Euangelica explanatur.

T H E. Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuā, & vnus ad sinistram regno tuo. Matth. 20.



N hodierna sancti Euāgelij lectione imago quedam humanæ infirmitatis in duobus Christi Domini Apostolis, Iacobo, & Ioanne nobis ob oculos ponitur. Hi namque in Christi schola (quæ veræ humilitatis magisterium erat) enutriti, & diuinis eius præceptis imbuti, post hanc tantam veræ sapientiæ, & humilitatis disciplinam; modò, subornata matre, dexteram & sinistras sedes, hoc est, summum in Christi regno (quod terrenum esse arbitrabatur) principatum petunt, qui paulò antè reficiendis retibus operam dabant. Hic planè non parua nobis timoris materia exhibetur. Si enim in his duobus fratribus, qui toties ab inexhausto illo varitatis & sapiētiae fonte potati fuerant, honoris & principatus sitis extincta non est, quid de nobis sperandum erit. quibus ea felicitas minimè cōtingit; quorumque vota ac desideria ad hanc terrenæ felicitatis gloriam continenter aspirant? Hanc enim nobis, hanc amicis & confanguineis optamus: hanc auida mater filijs, quos in sinu gestat, precatur: pro hac vota facit, & eos solos felices putat, qui huius felicitatis compotes sunt. ¶ Quam altè hæc honoris & princi-

Matth. 4.

3 principatus cupiditas visceribus nostris infixus sit (vt alia præterca-
mus exēpla) declarat fratrum Ioseph inuidia, qui fratris somnium de
principatu suo ad eò indignè tulerunt, vt de indignissima eius nece
pessima cōsilia inierint. Vique ad eò enim ambitionis virus multorum
pectora inficere solet, vt ne somniado quidem sibi preferri aliquem
æquo animo patiantur. Quid verò duos gemellos fratres, Iacob, &
Esau referam, qui in ipsis materni vteri visceribus cōstituti, mutuo
colli debantur, & de dignitatis primatu contēdebant?

Gen. 37.

Gen. 25.

Hęc igitur humani cordis appetitio, quæ tā opere honoris & gloria dignitatem ambit, dictū mirum est & quàm latè pateat, & quantas in vita variorum laborum & curarum tragœdias excitet; quæ tunc magis vexat, cum homines simul & cum indigentia, & cum honoris cupiditate cōsistantur: ad quod mundi huius princeps Dæmō suos
4 frequēter adigit. Quid enim acerbius, quàm cum inopia & paupertate premaris, terrenū honorem & dignitatem tueri: quæ nisi in magna rerum opulencia conseruari non potest? Hoc est enim grauissimū illud supplicium, quo crudelis Pharaō filios Israël premebat, cum
5 paleas illis negari, & similem tamen laterum mensuram quam antea (cum paleæ ad opus præberetur) ab eis exigi præcepit. Quam quidē
exactionē ad eò indignè miseri tulerunt, vt ad Pharaonem dicerent; Paleæ non dantur nobis, & eadē laterum mensura imperatur. En serui tui flagellis cædimur, & iniuste agitur contra seruos tuos. Hic est igitur, fratres, crudelissimus principis huius mundi, hoc est, diaboli dominatus, quo multis hominibus rerum suarum angustia laborantibus tantū ambitionis virus infundit, vt in illa sua mendicitate atque
indigentia diuitum hominum apparatus & cultum simulare cogatur; & cum vix in diem viuere valeant, splendorem tamen & opulentiam nobilium fallaciter ostentare nitantur. Vtinam qui tales sunt, principis sui vim atque tyrannidem agnoscentes, aduersus illum indignantes dicerēt; Quanam hæc tyrannis atque violētia est, vt cum paleas non præbeas, similem à nobis laterum mensuram exigas; hoc est, tantum à nobis cultum & vitæ splendorem reposcas, quantum ab his qui opibus atque diuitijs abundat? Hęc est enim fornax illa ferrea, qua
Israelitæ quidem in Ægypto, & ambitiosi in hoc mudo premuntur.

Deut. 4.

Sed, vt ad institutum redeamus, cum hic terrenæ dignitatis & gloria affectus ad eò altè visceribus nostris infixus sit, quærere aliquis meritò poterit; Cum homo carne simul & spiritu cōllet, cur si corpus, quæ corporis sunt, & sapit, & quærit, deteriore animus cōditione sit, qui sua quoque, hoc est, spiritalia bona (quæ naturæ suæ cognata

Tom. ij.

D 3 sunt).

Simil.

funt) non requirat? Ad hoc igitur cū Philoſophis reſpōdēmus, eam eſſe rerū omniū conditionem, vt vnumquodque eius rei naturā induat, in qua receptū eſt. Si enim aut clariffimam aquam in atramentum, aut puriſſimū vinum in aceti doliū fuderis, claritatem aquae in obſcurum atrumque colorem, & vini puritatem in acetum cōuertis. Ad hunc ergo modum cum ſpiritus noſter carni immerſus ſit, in carnis quodammodo naturam degenerat; adeoq; carnis naturam refert, vt interdum etiam ipſius carnis mancipium fiat: niſi diuini ſpiritus beneficio ab hac ſeruitute liberetur. Sicut enim qui adhæret

E. Cor. 6.

Deo, vnus cū eo ſpiritus ſit: ita qui huic meretrici, hoc eſt, carni ſuae adhæret, in eius quodammodo naturam tranſit. Hinc multos paſſim videre licet, quorū omnis cogitatio, omnis actio, omnis cupiditas in ſola earum rerum inquisitione, quæ ad carnis voluptatem, & vſum ſpectat, poſita eſt, ac ſi nulla alia bona niſi ſola hæc corporea eſſe putarent. Et quidē Stoici Philoſophi tria genera bonorū ſtatuūt; quorum alia ad animum pertinent: cuiuſmodi ſunt ſapientia, & virtutes: alia ad corpus; qualia ſunt vires, robur, & bona valetudo: alia verò (quæ ipſi externa appellant) quæ ad corporis obſequium referuntur; cuiuſmodi ſunt opes, & facultates, cæteraque hiſ ſimilia; qui tamen ſola ea, quæ animum excolunt, atque ornant, in numero bonorū ponunt; cætera verò nullo modo inter bona collocanda eſſe definiunt. At improbi homines eò ſtuporis adducti ſunt, vt prima illa bona, quæ verè bona ſunt, prorsus negligentes, in poſterioribus illis, hoc eſt, in falſis bonis cōſectādis omne vitæ ſtudiū cōſumant. Quis autē hos ſinis, quæ ſors in futurū maneat, ſeremias apertè expreſſit, cum

Ierem. 27.

ait; Domine, omnes qui te derelinquunt, cōfundentur: recedentes à te in terra ſcribentur: quia dereliquerūt venā aquarū viuētū, Dñm: hoc eſt, qm̄ terrā ſolū, terrenaq; bona, Deo neglecto, quaſierunt, hæc eis ſolū obueniēt, neq; vllā in cæleſtibus hereditatis poſſeſſione partē obtinebūt. Hoc eſt enim quod ait; In terra eos eſſe ſcribēdos; qm̄ de libro ſempiternę vitę deleti ſunt. ¶ Hoc autem animo fuere olim Sadducei, qui adeo craſſo hebetiq; ingenio erāt, vt nihil in reb; cōditis, niſi ea ſolū quę corpore, & materia cōſtant, eſſe putarent; adeo vt neq; Angelū, neq; ſpiritū eſſe crederēt: vnde cōſequeſ erāt, vt ſola terrena & corporea bona captāda eſſe ducerēt. Hac eadē mēte & fuerūt olim, & ſunt hodie Iudęi, qui Meſſiā quēdā terrenis opibus, ſupra cūctos etiā Romanorū Imperatores affluētē, ſuoſq; hiſ opibus cumulantē expectant. Hac item mente pro illius temporis ratione & Chriſti Domini diſcipuli, & Iacobus, & Ioannes fratres fuerunt;

A. ſtor. 23.

ſūt, cūm principē in regno Chriſti locū, ſubornata matre, petierunt.

§. I.

¶ Accessit ergo mater ad Dominum [Ieſum, adorans & petens aliquid ab eo.] Quis huius orationis exordium audeat improbare? Adorare enim, & orare, vtrumq; ad religionis officiū pertinet, quę eſt omnium mortalium virtutum præſtantiffima: ad quam, poſt Theologi caſ virtutes, diuini numinis cultus præcipuè ſpectat. Et tamen ſi quis orationis huius mentē propoſitūmq; conſideret, inueniet eam vanitatis & ambitionis labe prorsus infectam. Ideo enim hæc mulier Chriſtū adorat, ideo ſe illi ſupplicē exhibet, vt terrenā dignitatē filijs impetret. Quo exēplo monemur fratres, vt ſolicitè in ijs operibus, quæ cū pietate ſuſcipimus, maximā intētionis & finis, quę intuemur rationē habeamus. Cū enim homo carne & ſpiritu cōſtet, adeo ſe ſe caro pijs etiā actiōibus immiſcet, vt ferè ſemper tributū aliquid ſibi impedi: poſtulet, ſemper (niſi ſolicitè perſpiciamus) vtilitatis, aut voluptatis ſuę rationē habeat. Cōſtat autē oēs actiōnes noſtras ex fine, quę mēte cōcipimus, eſſe dijudicādas. Nō enim ex eo quod extrā nitet, ſed ex eo quod intus latet, æſtimāda ſunt. Hinc D. Auguſt. Auguſt. Hoc, inquit, affectū, & deſiderio colēdus eſt Deus, vt ſui cultus ipſe ſit merces. Nā qui Deū ideo colit, vt aliud magis quàm ipſum pro mereatur, nō Deū colit, ſed illud quod aſſequi cōcupiſcit. Hactenus ille. Nō ergo quid faciamus, ſed qua mēte atq; propoſito faciamus, intereſt. ¶ Quod vt apertius intelligatis, ſciendū eſt, quod quęmadmodū homo ipſe corpore & anima cōſtat, anima tamen corpori vitam tribuit, quā ſe non habet: ita eiufdē hominis opera ſuum quęque corpus, ſuamq; animā habent. Et corpus quidē, opus externū; animam verò, intētionē operis & finem, quem ſibi quiſque in hoc genere proponit, appellamus. Vt igitur corpus ab anima vitā ducit (ſine qua putridum cadauer eſſet) ita externū opus quod molimur, ab animi deſtinatione ac fine nomen & dignitatem capit.

Simil.

Hęc autē doctrinā nō modò Chriſtiana, ſed ſecularis etiā Philoſophia aptè p̄fitetur. Negat Ariſt. verā & ſolidā fortitudinis rationē in Diomedē cecidiſſe, cūm Græcis omnib; in fugā cōuerſis, ipſe ſolus maneret, malletq; ſummo cū periculo Hæctoris impetū ſuſtinere, q̄ ignominioſę fugę ſe mādare. Cur ita tadē? nūqd nō fuit pulchrū facin; oſibus metu & formidine perterritis, Diomedē ſolū, aut cū paucis extiſſe, q̄ turpi vitæ mortē p̄clarā anteponeret, maiorēq; rationē glorię duceret q̄ ſalutis? Pulchrū ſanè inq; ſed quæ facin; illud egre giū nō ad debitū finē, ſed ad popularis laudis ambitionē referebat;

D 4

(dicebat;

(dicebat enim, vereri feſe ne Heſtor ia ſuarum laudum cōmemora-
 tione Diomedem à ſe fugatum predicaret) vera virtutis fructum nō
 tulit. In eodem etiam numero Heſtora reponit, quòd apertè fatere-
 tur formidare ſe rumores Troianorum, & Troianarum, eaſq; de cau-
 ſa pugnam ſibi alacrius capeſſendam putabat. Hos igitur vir acutiſſi-
 mus propterea quòd nō intuebantur ſolam iplius honeſtatis pulchri-
 tudinem (quā potiffimum vitæ ſinem conſtituit) virtutis ordine mo-
 uet, & in ſecūdā claſſem conijcit, in qua collocauit eā virtutis ima-
 ginē, quæ glorię ſtudio tuetur officium, & legibus, atque diſciplina
 ciuili cōtinetur. A ſine igitur pendet (vt Ariſtoreli etiam videtur) om-
 nis honeſtatis ratio. Eadem ſiquidem actio & honeſtiſſimē, & ſine
 vlla dignitate ſuſcipi poteſt: interdum etiā cum dedecore, & turpitu-
 dine, pro rei propoſitę varietate. Ita fit, vt viri fortes ij demum appel-
 lādī ſint, qui in verum virtutis ſinem reſpicientes præclare mortem
 oppetunt: qui rumuſculos intuentur, & ob id pericula ſubeunt, inanes
 & leues: qui verò nefaria libidine, & flagitiōſa animi perturbatione
 ad rē ſtrenuè gerendā impelluntur, improbiſſimi. Vnde id efficitur,
 illos minimè fortes fuiſſe, Heſtora inquam, & Diomedem; Achillē
 verò atq; Paridem, non ſolū parū fortes, ſed etiam turpiſſimos.
 Hic enim vt nuptias perfidia & ſcelere parta tueretur, in aciem irru-
 bat: ille verò vt immoderatā animi iracundiam expleret, immenſas
 illas ſtrages hoſtium faciebat. Cū igitur tota operis noſtri dignitas
 ex ſine pēdeat, ſolicitè admodum, quid nos in pietatis operibus mo-
 ueat, quò intentionis noſtræ oculus tendat, quid præcipuè captet, in
 dagare debemus; ne fortè bonum opus quod molimur, aliqua inanis
 gloriæ labe polluat. Ad hoc ipſum autē nos D. Gregor. ſatuarum
 virginum exemplo diligenter adhortatur, cū ait: Sæpe vos fratres
 chariſſimi admoneo praua opera fugere, mundi huius inquinamēta
 deuitare: ſed hodierna ſancti Euāgelij lectiōne compellor dicere, vt
 & bona quæ agitis, cū magna cautela teneatis; ne per hoc, quod à vo-
 bis rectum geritur, fauor, aut humana gratia requiratur: ne appetitus
 laudis ſubrepat, & quod rectū foris oſtenditur, intus à mercede eua-
 cuetur. Ecce enim Redēptoris voce decem virgines; & omnes dicū-
 tur virgines; & tamen intra beatitudinis ianuam nō omnes receptæ
 ſunt: quia earum quædā dum de virginitate ſua gloriā foris expe-
 runt, in vāiſ ſuis oleū habere noluerūt. Haſtenus Greg. ¶ Quiſquis
 igitur hac lege opera ſua ſolicitè explorauerit, fortaſſemulta in eis de-
 prehendet, propter quæ magis timere, quàm præſumere, magiſq; ſe
 habere cur flere, & veniā à Deo petere, quàm virtutis mercedē exi-
 gere

Gregor.

14

15 gerē debeat. Amoris enim proprii vis & natura nō ſolū potentiſſi-
 ma, ſed etiā ſubtiliſſima eſt; quæ in pijs etiā operibus viā ſibi aperit,
 qua aliquid ſibi cōmoditatis, nobis ſæpè ignorātibus, venetur. ¶ Cu-
 ius rei memorabile, maximeq; adnotādum exemplum in Actis Apo-
 ſtolorum legimus. Cum enim Paulus ante Præſidē Felicem de extre-
 mi iudicij acerbitate ampliſſima quodam oratione diſputaret, tan-
 tum Præſidī timorē inculſit, vt totus præ horrois magnitudinē tre-
 mefactus fuiſſe dicatur. Quid verò poſt hunc adeò vehementē affe-
 ctū conſequutum putatis? Mira profectò res. Simul (ait Lucas) ſpera-
 bat ſe pecuniā accepturum à Paulo: propter quod frequenter cum
 accerſebat. Quis crederet, cum tam terriſſica illa animi commotione,
 iudicijque diuini formidine, talē affectum, hoc eſt, turpis lucri cupi-
 ditatē locum habere potuiſſe? Videtis ergo quàm ſit ſubtilis amoris
 16 proprii vis, & quomodo inter nobiles etiā affectus, & præclara ope-
 ra aliquid ſibi vtilitatis cōparare ſtudeat? ¶ Quam rem quomodiānis
 ferè exemplis cernere licet. Sic nobiles multi & principes viri rem quo-
 tidie diuinam magis dignitatis & autoritatis cuiuſdam gratia, quàm
 veræ religionis amore inducti audiūt: multi præterea curioſitatis ma-
 gis quàm ædificationis obtentu ad cōciones audiēdas veniunt: mul-
 ti ad ſacram Euchariftiam frequentius percipiendam vel ſola cōſue-
 tudine, ſine vllō deuotionis affectu permoti, vel neceſſitate cogēte,
 vel ne alijs inferiorēs, minuſq; religioſi videantur, accedunt. Quidā
 elemoſynas indigentibus vel ob inanē mundi gloriā, vel mendi-
 cātium importunitate victi, vel verecundia & pudore petentium du-
 cti, largiuntur. Sunt & alij, qui ab omni maleſicio abſtinent, & bona
 aliquot opera exequūtur, partim vt principum gratiam venētur, par-
 tim vt ad digniora officia, ſiue in Eccleſia, ſiue in republica, promo-
 ueantur, partim etiā vt caſti, & integri in populo habeantur, & ne ab
 illa exiſtimatione, quā homines de illis conceperunt, cadant. Quā
 multi ſiue viri, ſiue ſæminæ, corporis caſtitatē, nullo diuini timoris
 reſpectu, ſed ſolo humani pudoris atq; dedecoris metu conſeruant!
 Quā multi quotannis ad cōfeſſionis ſacramentum accedunt, qui
 ſi excōmunicationis fulmem, & infamiae notam non timerent, nun-
 quam ad illud accederent! Nā quos euſdem ſacramenti virtus atq;
 neceſſitas toto anni tempore, tot facris feſtis intercedentibus, nun-
 quam ad ſe traxit, nec illo quidem tempore traxiſſet, niſi ad hoc eos
 infamiae atque dedecoris metus adegiſſet. Videtis ergo fratres quàm
 multis in rebus vis amoris proprii ſeſe operibus noſtris adiungat,
 earumque puritatem labe aliqua aſpergat, vt apud æquiſſimum iu-
 dicem

Act. 24.

D 5 dicem

Psal. 7.

dicem Deum (qui renes scrutatur & corda) vel nihil valeant, vel minus valeant, vel interdum etiam eius offensionem incurrant?

Simil.

Iob. 7.
Iob. 9.
Ibidem.Iob. 10.
Hebrae. 4.

Quocirca, quisquis salutis suae curam habet, sollicitam in operibus suis intentionis suae rationem habeat, adeoque de illis non effertur, ut semper etiam timeat, ne forte ignoranti sibi, aut minus advertenti, terrenus, aut humanus aliquis respectus obrepserit. Haec autem sibi quisque, ante oculos regulam statuatur, ut quoties ex aliquo bono opere aut humana laus, & commendatio, aut aliqua siue utilitas, siue voluptas consequatur, semper timeat, & an horum aliquid mentem eius ad illud opus edendum induxerit, vereatur. Non enim usque adeo amoris proprii affectus dormitat, ut his commoditatibus ante oculos propositis, non illarum desiderio commoveatur. Ut enim accipiter visa praeda: in huius amoris vis, quamvis commoditate ante oculos posita, vehementer excitatur. Quae de causa viri sanctissimi in ijs etiam actionibus quas pro pietate suscipiebant, trepidi semper atque pauidi subsistebant: hoc enim innocētissimus Iob (cui nemo similis erat in terra) de seipso fatetur; Verebar, inquit, omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti: idemque, rursus, Eri habuero, ait, quippiam iustum, non respōdebo, sed meum iudicem deprecabor. Sciebat enim vir sanctus, aliter Deū, aliter homines (ut idem ait) videre, & aliter etiam iudicare. Sciebat spiritu docēte, quod Apostolus ait, nempe Deum esse discretorē cogitationū, & intentionū cordis, nullamque creaturam esse inuisibilem in conspectu eius: saepeque apud illum sordere, quod apud homines in pretio est. Huius ergo rei gratia timebat, nosque omnes exēplo suo ad huiusmodi salutarem timorē adhortatur; ne videlicet externa virtutis specie decipiamur. Quod huic feminae cōtigisse videmus, quae Dominum Salvatorem suppliciter adorans, vanitatis, & ignorantiae plenissimam petitionem illi, suo & filiorum nomine proposuit, cum ait, [Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram, & unus ad sinistram in regno tuo.]

Simil.
Iudic. 7.

Sed quæretis; An non hi duo discipuli diuinæ gratiae participes esse ceteri erant? Erant planē: quod negari non potest. Quomodo ergo animus diuinæ gratiae splendore illuminatus, hanc sibi principatus vanitatem proposuit? Certē, quia cum exigua gratia (qualis tunc Apostolorum ante Spiritus sancti aduentum erat) haec occulta ambitionis fibra in eorum mentibus residere simul poterat. Ut enim subacta ab Hebraeis Chanaanorum terra, nonnulli indigenarum reliquia (Deo ita permittente) apud eos relictae sunt: sic superatis maioribus vitijs, minus mala quaedam, vel ad humilitatis documentum, vel ad virtutis exercitium,

vel.

21 vel ad sollicitam nostram gerendam (Deo ita permittente) relinquuntur: quae tamē, nisi diligenter nobis ab illis caueamus, non parva ex cordia nostra incrementa capient, atque ita nos de omni statu mentis deiciant. Sanguifuga enim transibit in colubrum, coluber in serpētem, serpens autem saepe in draconem euadet, qui non flatu suo interimat: non quod venialia peccata in mortifera transeant, sed quod illis interdum aditum ex dormitantia nostra praebeant. An non fabulam illam legistis, quae agricolam refert, paruulum in agro serpente inuentum, domum attulisse, atque blandē nutruisse, qui tamen ubi adoleuit, duos eius filios necauit? Haec igitur siue fabula, siue similitudo nos admonet, ut cuiusvis ambitionis, aut superbiae vel minimam etiam labeculam studiōse fugiamus: ne videlicet ea, ex paruo serpente in draconem postea, hoc est, in ingentem superbiam 22 (quae peccatorum omnium initium est) erumpat.

Quae quidem cautio quamuis ad omnes in communi pertinere, tamē ad eos, qui iam mūdo renuntiarunt, & bonis operibus vacant, maximē necessaria est. Cuius rei imaginē sanctus ille Lot appositissimē exhibet: qui ab execrandis Gomorrhæorum sinibus fugere, & ad montē conscendere praecipitur, ut ab imminente incendio eriperetur. Quod tādē perueniēs, à duobus filiabus inebriatus, incestuosus cum eisdem cōgressu pollutus fuit. Hac igitur imagine Origenes eos admonet, qui mūdi, & vitiorum incendia singulari Dei ope euaserunt, & montē conscendere iubentur (montem videlicet vitæ perfectioris, montē Sion, ex quo caelestium mysteriorum abdita contēplentur) ut sibi à duobus fororibus diligenter caueant; quarum maior superbia, minor verò inanis gloria nūcupatur. Quas ideo filias hominis appellari ait, quoniam saepe ex ipsis bonis operibus, quae molimur, occasione nos impetendi sumunt. Sic enim dum pius homo vel ieiunijs, vel cilicio, vel verberibus sponte susceptis carnem macerat, vel larga manu indigentibus succurrit, vel pius in oratione lachrymas fundit, vel spirituali interdum luce & suavitate perfunditur, tacitas intra se gloriandi, vel sibi ipsi blandiendi cogitationes excitari sentit. Ut enim sapiētior Eucherius ait, hoc praecipue superbia à ceteris vitijs distat, quod vitia quidē alia, vitijs aluntur & sustentantur: superbia autem, eiusque filia ambitio, & inanis gloria, virtutibus interdum ipsis infolescunt atque nutriuntur, cum solis virtutibus laudē & gloria tribui debere intelligant. In ipso igitur portu quodāmodo naufragiū facimus, dum ex ipsis virtutum operibus superbia atque inanis gloriae occasione arripimus. Vnde rectē quidam inanis gloriae vitiū,

Simil.

Gene. 19.
Origen.Eucher. in
Episto.

animi

Simil. animi tinea esse dicitur. Tinea namque ex veste nascitur, quæ tamē 24 vestem ipsam, à qua nata est, exedit atque demolitur.

§. I. I.

¶ Hactenus ambitionem huius feminae petitionē exposuimus: nūc huius tanti erroris causam excutiamus. Errasse enim illam patet, cū Dominus & illi, & filijs dixerit, [Nescitis quid petatis.] Et quidem in promptu erroris huius causa est: vehemens quippè matris erga filios affectus eam in hunc tam apertum errorem compulsi. Est enim affectus omnis velut nebula quædam, rationis lumini obiecta, quæ ingentes illi tenebras & caliginem offundit. Ut enim nebula, cū nimium densa est, Solis, Lunæ, syderum, atque aliarum rerū aspectum adimit, adeo ut interdum quæ homini proxima sunt, minimè cerne re sinat: sic omnis impotens affectus, cū in anima dominatur, totū penè rationis lumen extinguit, modò id assequatur, quod ardentè 25 concupiscit. Itaque ut hi, qui viride aut rubeum vitrum ante oculos ponunt, res omnes quas intuentur, eiusmodi esse iudicant: ita qui alio quo vehementi affectu & cupiditate flagrant, res quas cupiunt, non pro earū dignitate atque natura, sed pro affectus sui ratione aestimare solent. Quocirca orandus nobis Deus semper est, ut nos ab impotenti affectuum dominatu eripiat: hoc enim dominante, homo rationis lumine & officio per id temporis quodammodo spoliatur, & in pecudum naturam degenerat; quæ non ratione (quæ caret) sed impetu & cupiditate feruntur. Atque ut in litibus decernendis suspectus per leges est iudex, qui amore aut odio litigantis laborat: ita nos nobis suspecti esse debemus, qui nimium nosmetipsos diligimus, ubi vehementi aliquo affectu concitamur. ¶ Sed quæretis forsitan; Cū hæc duæ animæ nostræ vires, intellectus scilicet, & voluntas, adeo inter se differant, qui fieri potest, ut altera alteri has tenebras offundat? In causa est, quòd utraq; istæ animæ vires, germanæ filiae sint, ab eadē matre, hoc est, ab eadem anima nostra prodeuntes, quæ se nimio amore cōplectitur: nisi fortè velimus eas viro, & uxori, viro dilecti firmæ, cōparare: cui vir (cū illa anxie aliquid cōcupiscere videt) facile consensum præbet, ut illam ab ea concupiscentiæ molestia liberet.

Simil.

Simil.

Gene. 3.

August.

Simil.

Sic olim primus generis nostri parens interdicitæ arboris fructum à dilectissima uxore oblatum comedit: non quòd diuinitatis sciētiam eo cibo se adepturū speraret, sed (quemadmodū D. Augustinus ait) ne delicias suas, reiecto cibo, cōtristaret. Sic etiā mater febricitanti filio nociturā aquā anxie petēti inuita præbet, ne illum hoc desiderio cruciati videat. Ad hūc ergo modū cū intellectus voluntatē alicuius rei vehementer

27 vehementer appetitæ desiderio flagare animaduertit, non rarò & cōsensum illi præbet, & (quod est indignius) rationē etiam excogitat, quibus id probet quod malè cōcupitum est. Quisquis igitur ab hoc periculo tutus esse cupit, nullo modo affectibus, sed cōsilio atque rationi gubernacula vitæ committat. Sic Sapiens ille, Ante omnem, inquit, actum, cōsiliū stabile. Quid enim indignius quàm neglecto rationis lumine, vitæ nostræ gubernacula affectibus cōmittere? Omnia enim funditus interibūt, cū huic cæco iudici vitæ nostræ duca tum commiserimus. Ut enim idem natura conditor oculos homini cōtulit, ut pedes, cæteraque membra dirigeret: sic mentē homini dedit, ut affectus (qui pedes animæ esse dicuntur) gubernaret. Ut igitur monstrum simili esset, oculos à pedibus dirigi: ita monstrum genus est, mētē & rationem affectibus parere, & eorum ductum atque motum sequi. Huiusmodi autē monstris hodiè plenus est mundus. Rari enim homines sunt, qui affectibus dominentur, quique, ubi ij aliò vocant, nō illos, sed rationis iudicium sequantur, & consilio, non affectibus vitam moderentur. Hos autem Propheta dicit transisse in Psal. 72. affectū cordis: quod perinde est ac si diceret, eos in pecudum naturam degenerasse: utpote qui nō rationis iudicio, sed cupiditatis impetu, pecudū ritu, in rebus gerendis vtantur. Ut enim frequenter vitū transit in acetum, ita isti vitio suo à rationis præstantia deieci, in bestiarum naturam transferunt.

¶ Qua quidem ex re liquet, hoc potissimum inter probos & improbos, sapiētes & stultos discrimen esse, quod sapientissimus Salomon paucis descripsit, cū dixit; Et cognoui quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris. Sapiētis oculi in capite ipsius: stultus in tenebris ambulat. Quid hoc sibi vult? an non omnes homines, siue sapientes, siue stulti, oculos in capite gestant? Gestant planè oculos carnis, nō tamen oculos mentis, nisi soli sapientes. Voluit igitur Salomon hac loquendi forma significare, quòd quemadmodū naturæ conditor oculos in capite, hoc est, in sublimi corporis parte collocavit, ut ibidem tanquam in edito loco cōstituti cæteris mēbris lucem præferrent, ut agenda cognoscerent: sic sapiēs mētis oculos velut in capite, hoc est, in specula quadam gestat, ut inde vitam omnem, hoc est, expectandā & fugiendā discernat; ut inde affectus, inde linguā, inde cogitationes & opera sua ita dirigat, & regat, ut nihil extra præscriptum, ordinemque rationis agat. Quod contra stultus facit, qui in rebus gerendis (ut paulò antè diximus) non lege, aut iudicio, sed cæco impetu & impulsu agitur, atque ita demū velut

velut qui in tenebris ambulat, pascim offendit, & ruit: & hic quidem
 castitatem, ibi charitatem; hic patientiam, illic obedientiam, cetera
 que virtutes amittit. Ideoque recte pium quemque idem Sapiens
 admouet, cum ait; Oculi tui recta videant, & palpebrae tuae praecedant
 gressus tuos. Praecedat ergo rationis iudicium, & affectus deinde co-
 sequatur. Quem ordinem in summa illa ac beatissima Trinitate ani-
 ma aduertere suo modo licet: in qua, ordine originis, prior est cog-
 nitio quam amor: & ita Pater prius hoc ordine Filiu[m] cognoscit, & cog-
 nitu[m] in infinito amore complectitur. Sic ergo nos prius quidem iudicium,
 deinde diligamus: iudicium amorem, no[n] amor iudicium praecedat.
 ¶ Hac autem de causa pia haec Zebedaei vxor errauit, quia amoris im-
 patientia superata, quid peteret, non aduertit.

§. III.

¶ Sed iam quid Dominus huic ambitio[se] petitioni responderit, vi-
 deamus. [Nescitis, ait, quid petatis.] Acritus sane Dominus respondere
 poterat: verum solita vsus benignitate, ignorat[i]a tribuit quod ambiti-
 onis & insignis vanitatis erat: quam tamen non minor ignorantia
 praecedebat. Verè enim qui honores, qui seculi dignitates, qui excel-
 sas sedes postulabant, nesciebant quid peterent: quando pacem, tran-
 quillitatem, & felicitatem in ijs rebus esse credebant, quae non modò
 curis & laboribus, sed etiã animarum periculis & praecipitijs plenae
 sunt. Est enim ambitio (vt D. Bern. ait) subtile malum, secretum vi-
 rus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitio-
 ru[m] origo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos
 creans, ex medicina languorem generans. Haec tenus Bernardus. Est
 autè ambitio superbiae filia, auaritia[m] mater, humilitatis nouerca, vir-
 tutum mors, ruinarum, atque multorum malorum initium. Ambitio
 æquales cõtemnit, minores fastidit, superioribus inuidet, nulli subij-
 citur, nullius cõsilio regitur, sibi tantum fidit, & maiora saepe suis vi-
 ribus audet. Sic enim duo isti discipuli, qui hoc morbo laborabãt, vs
 ambitiosi in dignitatibus petedis, ita & praesumptuosi se ipsos ad bi-
 bendum Domini calicem exhibuerunt: qui tamen Dominum (vbi ad
 passionem ventum est) turpi fuga deseruerunt. Hac, & his similia ma-
 la, ambitionis pestis secum affert.

Nec minus periculi in honoribus & sedibus, quam in ipsa ambitio-
 ne est. Ampli huiusmodi honores instar vini meri sunt, qui saepe homi-
 nes de mente deducunt, & sui ipsorum cognitionem adimunt, persua-
 ciuntque: vt tales se esse credant, quales dignitas ea, qua[m] assequuti suãt,
 requirit, qualemque; adulator populus quotidianis vocibus praedicat.

Ve

- 33 Vt autè sui ipsius cognitio vera: sapientia[m] initiu[m]; ita contra sui igno-
 ratio stultitia[m], atque periculo[rum], & ruinarum omnium origo est. Hinc
 serenissimam illam Catharinam Angliae reginã dicere solita[m] memo-
 rant, se quidè æquale in vita (si liceret) fortunam optare: quod si hoc
 minimè cõtingeret, aduersam se malle quam secundam: aduersitate
 enim iactans aiebat nu[m]quã defuisse solatiu[m], nimiu[m] autè secunda for-
 tuna vsus, mentem ferè ac iudicium defuisse. Ex qua quidem prudẽ-
 tissima sententia illud sanè colligimus, quod quamuis vtriu[m]que; fortu-
 nae inaequalitas periculosa sit, periculosior tamè secunda sit, quam ad-
 uersa. Quã rē insignis quidã Philosophus apertissima ratione confir-
 mat: cuius sententiã (quonia[m] obseruatione dignissima est) hoc in loco
 attexere libuit. Sic igitur ait; Difficilius prosperae fortunae regimè pu-
 ra, et ad-
 uersa fort-
 34 sior est fortuna blãda quam minax. Quod vt sic opiner, non me scri-
 bẽtiu[m] fama, no[n] verboru[m] laquei, no[n]que sophismatu[m], sed reru[m] experi-
 mẽta, vita[m]que; huius adigunt exẽpla, & magnu[m] difficultatis argumẽtu[m],
 raritas. Nam qui dãna, qui pauperie, qui exiliu[m], qui carcerẽ, qui sup-
 pliciu[m], qui mortẽ, & peiores morte, graues morbos, æquo animo ta-
 lerunt, multos vidi; qui diuitias, qui honores, qui potẽtiam, nullum.
 Ita saepenumero me spectante contra omnem fortunã violentiam
 inuitos, ludo facili superior strauit, humanique; robur animi, quod
 minax no[n] fregerant, inflexere blãditia. Nescio enim quomodo mox
 vt mitior esse ceperit fortuna, incipit nescio tumidior fieri,
 & suae fortis obliuionem adiuncta prosperitate cõcipere. Neque de
 nihilo dictum est, iamque apud nostros homines in prouerbiu[m] ven-
 it, Magni laboris esse ferre prosperitatem. Neque temerè Flaccus
 35 ait; Benè ferre magnam discere fortunam. Difficile nempè censebat
 artem, quã nisi studio adhibito nesciretur. Haec tenus ille.

Iam verò clarissimus apud Morales Philosophos Seneca, quãtum
 ad virtutè aduersa fortuna cõferat, quãtèque; laboris & periculi in se-
 cunda sit, varijs in locis luculenter ostendit. Alibi em̄ ait; Marcet sine aduer-
 sario virtus. Tũc apparet quãta sit, cum quid possit patiencia ostendit. Et
 mox, No[n] fert, inquit, vllu[m] iectu[m] illi sa felicitas. At vbi absidua fuit cũ in cõ-
 modis suis rixa, callu[m] per iniurias duxit. Alibi verò, Magis, inquit, vr-
 get se qua in expertos. Graue est no[n] affuetis ferre ceruicib[us] iugũ. Quali-
 bet via in meta patiunt, quoru[m] dura in asperovngula est: in molli palu-
 strique; loco saginata citò subterfunt. Denique; ait; Cũ oia que excelsere-
 rint modu[m] nocẽat, periculossissima est felicitatis intemperat[i]a. Vna Anniba-
 le Falerna soluerunt, & indomitũ illu[m] niuib[us] atque Alpibus viru[m] enertia
 uerunt

Prouer. 4.

Simil.

Bernar.

Matth. 26.

Simil.

uerunt fomēta Campaniæ. Armis vicit: vitijs victus est. Hæc omnia ex Seneca: qui quidem hæc sententiam suam Annibalis exēplo confirmat. Nos verò inter alios Alexādrum illum Magnū, orbis domitorem, pro ferre possumus: qui in medijs laboribus & periculis præclarissima virtutū exēpla edidit; qui tamen periculis omnibus defunctus, & secunda fortuna vsus, tot vitijs inquinatus fuit, vt omnibus antea actæ vitæ virtutibus obscuritatē attulerit. ¶ Quod si minus nos Ethnicorū exempla mouent, Dauidem regem sanctissimum in medijs profereamus: qui cum profugus vagam atque inopem vitā in desertis ageret, sic pietatē colebat, vt verē dicere potuerit; In terra deferta, in uia, & in aquosa, sicut in sancto apparui tibi: hoc est, ita me tibi Domine supplicē atq; deuotum in hac vasta & in culta solitudine exhibeo, ac si in sanctuario tuo coram arca fœderis essem; que virtus & gloria tua nuncupatur. Idem tamen cōstituto regno, cum pace & otio fruere, in grauisima crimina lapsus est. Proferam item Salomonē eius filium, quem D. Hieronymus ideo putat corruisse, quoniā secunda semper fortuna vsus in delicijs vitam egerit. ¶ Minutissimum autem exemplum est (si inter ista referatur) quod in vita beatissimi Præfulis Antonini memoratur: quod tamē silentio prætereundum non est. Ambrosiana fortē via solenni die de more iter faciens, in pauperis tecti culmine adesse Angelos cōtemplatur. Rei admiratione percussus cum domū introisset, viduam, ac tres vnā filias reperit, nudis omnibus pedibus, & laceras: quæ vt paupertatis iniuriā propulsarent, lanificio, seu textrinæ incumbebant. Antoninus, qui rotus misericordia redundabat, ne celebri die operam lanificio cogere daret, simul ex proximē cōmorantibus edoctus, esse probis moribus & ingenuis, statim iubet quantum sat esset non modò ad inopiam fugandam, sed ad commodos quoque vsus erogari. Labente tempore cum illac rursum iter faceret, iam non Angelos, sed Dæmonem videt fastigio domus insidere: ac tum subesse mali aliquid suspicatus, querit, quid id esset, num prolapsæ in scelus aliquod, florem virginum delibassent, aut de decorosum quippiam admisissent? Cognito, quòd refertæ elemosynis iam cum inopia non pugnarent, quòd lanificio non intenderent, quòd cultum à religioso illo viuendi more concidissent, quòd delicias demum in vestibus, tum reliquos ornatus corporis adamaret, ingratitude in maximæ coarguit, quòd in muliebres luxus, quæ ad fugandam inopiam dederat, conuertissent: tum quòd Angelos primū, mox Dæmonē vidisset, explicuit: malam esse rerū conuersionem factam: nempe, quòd simplici cultu, amico Angelis, antea

Psal. 62.

Hierony. in Epist.

38

39 antea vixissent, nunc insolentiores factæ, ad luxus & illecebras Dæmoni aures præberent. Redirent itaque ad se, antiqua viuendi instituta resumerent, & nullum otio, nullum Dæmoni locum darent. Ex illo peritus artifex, tametī nunquam non inopiam subleuauit, non commisit tamen vt alerentur pinguius, & vestirentur cultius quàm par esset. Vidistis hoc etiam exemplo fratres, quid secunda fortuna mali, quid aduersa boni secum attulerit?

Quid? quòd non terrena opulentiā modò, sed cœlestia quoque & spiritualia dona animos interdum piorum hominum efferunt? D. Greg. in tertio lib. Dialogorum sanctissimum quendam virum memorat, qui varijs à Domino miraculorū signis fuerat honestatus: is cum ad preces Sanctimonialium quarundam dæmonem ab obsessi pueri corpore expulisset, hoc miraculo tantisper elatus, facultatem dæmoni iterum inuadendi pueri præbuit: nec ipse solus, sed sanctorum quorūdam monachorum precibus adiutus, dæmonem iterum profligauit. Seuerus quoq; Sulpitius in Dialogo anachoritam refert mira signa edentem, dæmonēque ab obsessis corporibus expellentem: cuius rei gratia à multis opem ab eo petentibus frequentabatur. Interea sancto viro, vt ex virtute honor, ita ex honore vanitas cepit obrepere: quod malū vbi ille primū potuit in se agnoscere, diu discutere conatus est, sed repelli penitus non potuit: vbiq; nomen eius dæmones fatebantur: excludere à se confluentem populum non valebat. Virus interim latens serpebat in pectore: & cuius nutu ex aliorum corporibus dæmones fugabat, se ipsum occultis cogitationibus vanitatis purgare non poterat. Totis igitur precibus cōuersis ad Dominum orauit vt permissa in se diaboli potestate similis illis fieret, quos ipse curauerat. Quid multis ille præpotens, ille signis atque virtutibus toto Oriente vulgatus, ille, ad cuius limina populi antea confluxerant, correptus à dæmone est, ac retentus in vinculis, omnia illa quæ in energumino solent fieri, perpeffus. Quinto demum mense purgatus est, non tantum dæmone, sed quòd illi erat vitium atque opartus, vanitate. Hactenus Sulpitius. Si ergo tot secum pericula sublimitatis dignitas, atque ipsa etiam spiritalis prosperitas affert, an non iure meritoque ad illam nimis auidē aspirantibus dicere Dominus potuit, [Nescitis quid petatis?] Verē enim nesciebant quid peterent, cum sub obtentu felicitatis, & securitatis, periculorum atq; curarum sibi materiam, postulerant.

Greg. li. 3. Dial.

Seuerus Sulpitius.

§. IIII.

¶ Adicitque deinde Dominus, [Potestis bibere calicem quem ego bibi- Tom. ij. E

urus sum? Quorum hæc Viam illis certè regiam ostendit, qua non ad temporariam & inanem, sed ad veram dignitatem & gloriam pervenitur: quæ non alia quàm variorum laborum patientia est. Hoc enim passim diuina volumina prædicant atque decantant. Si quis, ait Dominus, vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Idemque alibi, Qui non accipit, inquit, crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Et Apostolus Paulus, Qui Christi, inquit, sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Itaque non satis est & vitijs, & vitiorum cupiditatibus obfistere, easque cruci affigere: sed ipsam quoque carnem, quæ & vitiorum, & cupiditatum seminarium est, eiusdem Apostoli exem-
plo castigare monemur, dicentis: Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar.

Nec Paulus modò, sed ceteri quoque Apostoli hac eadem via ingressi sunt. Atque ij etiam duo fratres, quibus nunc Dominus calicem suum proposuit, alacriter illum bibunt. Alter enim in ferventis olei dolium missus, & exilio multatus: alter verò ante omnes alios Apostolos martyr fuit laureatus. Ita, qui principem inter alios locum petebat, meliori conditione principatum adeptus est: dum enim primus omnium calicem bibit, clarissimum fidei & constantiæ suæ exemplum reliquit.

Quid igitur ex his consequitur fratres? Illud certè quod Apostolus enumeratis veterum Patrum laboribus adiecit; Habentes igitur tantam nubem testium, per patientiam curamus ad propositum nobis certamen: aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum: qui proposito sibi gaudio (videlicet de salute nostra per mortem suam constituenda) sustinuit crucem, confusione contempta. Additque deinde; Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes.

Nunc ad nos ipsos veniamus fratres. Si tot sanctorum literarum testimonia, tot oracula diuina, tot sanctorum Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, & Còfessorum exempla, & (quod caput est) ipsius ducis ac principis nostri, crux, clavi, ludibria, verbera, & ignominiosissimè mortis supplicium, nos ad laborum tolerantiam, ad calicem passionis hauriendum, ad crucis sensibus & cupiditatibus nostris affigendam, inuitant: qua, quæso, fratre, qui vitam omnem in otio, ludo, & carnis indulgentia consumit, æter-
na vite merecedem se consequuturos sperat? Nemo nostrum est qui

non intelligat, summum & infinitum bonum esse quod pijs in celo propositum est; extremumque malorum omnium (post lethale peccatum) apud inferos constitutum: nemo qui non cupiat beatissima illa felicitate frui, & ab illa sempiterna miseria liberari. At vidistis haftenus omnia diuina oracula, omniaque sanctorum exempla, per varios labores atque certamina æternam illam palmam fuisse consecutos; illorumque omnium vocem esse, Trāsumimus per ignem & aquam, & deduxisti nos in refrigerium. Cum hæc igitur ita sint, nequeo satis mirari, quo hæ modo sibi cohæreant, sibi que ipsi còsentiant, qui huius felicitatis desiderio flagrant, nullis tamen pietatis operibus vacat, nullam cupiditatibus suis cohibedis curam adhibent, non linguæ frænū, non oculis custodiā, non cogitationibus suis terminum ullum præfigunt, non vllū propter virtutis amorem subire laborem cupiunt; sed omnis eorum vita in honoribus còsecratis, in patrimonijs, ciui-
muladīs, in sola carne curada, nutrita, oblectata, & modis omnibus reficienda consumitur. Qualis autem horum fors futura sit, non mea, sed veridica iudicis ipsius sententia per Isaiam tremendis his verbis declaratur; Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caligatum, & ad cingulū sacci: ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum; Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus exercituum. Quid his quæso verbis formidabilius quid terribilius? Si ergo credimus hæc esse Dei vocem atque sententiam; quomodo non metu còcutiuntur, qui vitam omnem carnis obsequio macerant; qui vino, qui epulis, qui iocis, & lusibus, & scurrilibus verbis, ne dicam turpibus, & aliorum exultationi nocentibus, perpetuo vacan-
tes, & sine vllō virtutis, aut benignitatis fructu vitam omnem Epicureorum more in voluptatibus trāsigentes, sempiternam sibi felicitatem promiserunt; quæ sancti oēs per crucem, & calicem, & sanguinem adepti sunt? Nunc ergo alia tibi in cælesti via sternenda, alia leges præfigendæ, aliud Euangelium denuo condendum, quod aditum tibi in cælum sine vllō labore patefaciat? At clamat contra te illa Domini sententia; Cælum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt. Et, Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Expergiscimini quæso fratres, quicumque salutem vestram charam habetis; & à lethargico isto somno, qui vos oppressos tenet, excitamini: alia via incedite, alios mores induite, ab bibendum calicem Domini præparamini, ad portandam crucem accingimini; eam cupiditatibus vestris, eam cogitationibus, eam oculis, eam auribus, eam postremò linguæ

intemperantię affigentes; vt sic tandem per crucem ad regnum, per labores ad requiem, per pugnam ad sempiternam palmam peruenire mereamini & coronam.

¶ IN FESTO BEATISSIMI PATRIS

nostri Dominici Concio prima, in qua lectio Evangelica explanatur.

THE. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. Matth. 5.



Vnc ordinem videmus à diuina prouidentia in rebus quę natura constant institutum, vt quędam præcipienda, & mouendi; quędam verò obtemperandi, & eorum motibus obsequendi munus exequantur. Superiora enim, hoc est, cęlestia corpora, Sol, Luna, cętera quę astra, atque illa in primis quę errantia appellamus, agendi atque mouendi principatum obtinent: inferiora verò, quibus corporeus hic mundus refertus est, illorum actionibus & motibus mira obedientia obsequuntur. Quam rem in Sole præcipuè ac Luna quotidie cernere licet, quę magnam vim habent ad hæc inferiora corpora variè pro ratione lucis, qua illa contingunt, immutanda. Quia ergo idem est gratiæ, & naturę cõditor, qua ratione naturam omnem administrat, eadem Ecclesiam suam regit, & moderatur. Gratiarum enim & verbi sui ministros velut clarissima quędam sydera in Ecclesię suę firmamento collocauit, quę splendore vitę atque doctrinę alijs præluceant, eorum quę mentes cęlestium rerum amore incenderent. Ne verò cuiquam inepta hæc comparatio videatur, hoc ipsum Dominus Danielis vocẽ insinuasle videtur, cum verbi sui ministros stellis & cęlo comparauit: sic enim ait: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas æternitates. Quibus verbis & prædicatorum officium, & dignitatem, & sempiternę felicitatis præmium, quod illos post hanc vitam manet, non obscure significauit. Quoniam autem varijs modis hæc pietatis officium exequantur, varijs quo quę nominibus in hodierna sancti; Euangelij lectione à Domino designantur. Eos quippè sal terrę, lucem mundi, ciuitatem in monte sitã, & lucernam supra candelabrum positam appellat: quarum appellationum rationem

nem in eadem lectione declarat: quam in hodierna concionẽ elucidare, aspirante diuina gratia, debemus. Quod vt salubriter, & religiosè præstare possimus, cęlestem opem, sacratissimę Virginis intercessionem, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

¶ Cum cęlestis Magister discipulos suos ad prædicationis officium instituere, eos quę idoneos Euangelij sui ministros creare vellet, his verbis officij huius fructum, dignitatem, & periculum etiam aperire exorsus est: [Vos, inquit, estis sal terrę.] Hoc autem salis nomen ad Apostolos, & Apostolorum successores, hoc est, Episcopos, & verbi Dei ministros præcipuè dirigitur. Ad eos enim spectat mores hominum condere, & à peccati corruptione diuinę sapientię ministerio præseruare. Sal enim in scripturis sanctis pro sapientia, atque doctrina accipitur; qua præcipuè humana vita conditur. Qua quidem appellatione verbi Dei acrimoniam adnotare licebit: nõ enim aut mel, aut vnguentum, siue quid aliud molle, sed sal nũcupatur, quod non nihil acrimonię & mordacitatis habet. Qua de causa & ignis, & gladius, & malleus conterens petras in literis sanctis appellatur. Quocirca Ierem. 23. ea fratres ne quę mirari, ne quę succensere nobis debetis, si quando Hebr. 4. concionatores acriter in corruptos hominum mores inuehantur, & medicandis animę vlcibus dolorem incutiunt. Quid enim aliud à sale, igne, gladio, & malleo expectari potest? Sal enim mordet; ignisurit; gladius vulnerat; malleus petras, hoc est, dura & lapidea pectora conterit. Hoc igitur facit, quisquis sinceræ ac legitime verbuni Dei prædicat; qui, iuxta Apostolum, exhibet se operarium in confusibilibus. 2. Tim. 2. Conterat, de ijs qui popularem auram, & imperitię multitudinis plausum captare student, scriptum est: Væ qui consunt puluillos & ceruicalia sub omni cubito manus (vt videlicet blandius homines in flagitijs suis dormiant) & liniunt parietem luto absque paleis; ne videlicet peccati turpitudine atque deformitas appareat. Hi sunt qui se corruptis hominum desiderijs accommodant, & diuinę legis acrimoniam blandis interpretationibus molliunt & eneruant: de quibus per Isaiam Dominus, Vinum, Isai. 1. inquit, tuum mixtum est aqua. Quod faciunt, qui diuinarum legum austeritatem, terrenę prudentię aqua indulcare, & carnalium hominum moribus aptare nituntur: de quibus Dominus per eundem Prophetam, Popule, inquit, meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & semitas pedum tuorum dissipant. Quo in loco Diuus Hieronymus Hierony. Tom. ij. E 3 mus,

mus, Ille, inquit, est Doctor Ecclesiasticus, qui lachrymas, non risum mouet, qui corripit peccatores, qui nullum beatum, nullum dicit esse felicem. Hoc enim proprium eorum munus est qui falis officio funguntur. Subditque Dominus;

[Quod si sal euauerit;] hoc est, si vniuersum sal acrimoniam suam & salendi vim amiserit, [in quo salietur?] hoc est, qua re alia pristinam vim atque saporem suum recipiet? Quod perinde est ac si diceret; Si vnus tantum in vrbe sit medicus, qui ægrotis omnibus medeatur, is autem infatuatus fuerit, quis illum curare poterit? Quis enim medebitur incantatori à serpente percusso? Ad hunc igitur modum si priuatus homo infatuatus fuerit, sale condiri poterit; at sale ipso infatuato, qua re alia pristina illa vis restitui & reparari queat? Hinc Diuus Hieronymus, Si monachus, inquit, ceciderit, rogabit pro eo sacerdos, pro sacerdotis lapsu quis rogaturus est? [Ad nihilum valet ultra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.] Cum autem sal præter eam salendi vim quam habet, ad alia nihil conferat (neque enim in sterquilinum, quo arua fecundantur, atque pinguescunt, vtilis est: quin potius immodica siccitate sua agros steriles efficit) consequens est, vt tanquam res prorsus inutilis abijciatur, & conculcetur ab hominibus. Cum enim omnia alia munera, siue militaria, siue ciuilia, per ecclesiasticas leges sacerdotibus interdicta sint, quò diuinarum rerum studio, condidndisque hominum moribus vacare liberè possint: si hoc vnus munus, quod illis iniunctum est, negligant, in quem vsum Christianæ reipub. ciuibusque suis esse poterunt? Rectè ergo de his Dominus, [Ad nihilum, inquit, valet ultra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.] Quia enim Ecclesiæ ministri, dum malè viuunt, Deum honore debito fraudant, iusto Dei iudicio ipsi quoque suo honore fraudantur. Quod autem infelicis nostro seculo impletum cernimus, ante multa annorum centenaria per Malachiam Dominus prænuñtiauit, cum dixit; Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. Irritum fecistis pactum Leui; dicit Dominus. Propter quod ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis: sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. Quid igitur his verbis insinuat, nisi quod hoc in loco Saluator ait, [Si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.] Sed ad alia ministrorum Euangelij nomina veniamus,

Non

Non contentus enim Dominus sal terræ eos appellasse, vocat etiam lucem mundi. Magna profectò prædicatorum dignitas, qui voce veritatis eodem nomine designantur, quo se ipsam veritas nuncupauit, quæ ait; Ego sum lux mundi. Hæc igitur primaria lux, hac secunda luce (quæ ab illa deriuatur) velut instrumento quodam vitur ad hominum mentes illuminandas, & diuini amoris igne inflammandas. Vt enim Solis & stellarum lux, quæ ad nos vsque pertingit, instrumentum est quo hæc cœlestia corpora in hæc inferiora vim suam influunt, & omnia, quæ terra marique nascuntur, producant, & nutriunt; sic diuina prouidentia Prophetarum, deinde Apostolorum, tum verbi sui ministris, ceu viuis quibusdam instrumentis ad animarum salutem vitur. Itaque cum concionatoris vox pium aliquem motum in animo tuo excitat, Deus eius rei primus auctor est, qui prædicatoris organo ad salutem tuam vitur. Quare illi vocanti, atque interius te hoc instrumento mouenti, gratias cum primis agere debes. Nemo enim api, quæ fauam conficit, sed ei qui apem mellificare in vsum hominum docuit, gratias agit.

Addit & aliud nomen Dominus non minus illustre, nempe, ciuitatem supra montem positam; ad quam omnes non solum belli tempore confugiunt, vt eius præsidio salutem suam tueantur, sed etiam ex finitimis locis ad eam confluunt, vt ibidem, quæ ad vitam vsum necessaria sunt, querant. Tales igitur esse Ecclesiæ pastores decet, qui videlicet more Pauli omnibus omnia fiant, vt in eis æger curationem, mortuus lætitiã, desperatus fiduciam, imperitus doctrinam, dubius consilium, pœnitens veniam atque solatiũ, & quidquid tandem ad salutem necessarium sit, omnes inueniant.

Postremò, nomen aliud supra positum adiungit, nempe lucernam super candelabrum positam. Lucerna autem ardet, & lucet. Quia enim supra dixerat, Ecclesiæ Doctores lucem esse mundi, ne quis huic muneri se satisfecisse putaret, si doctrinæ suæ splendore alijs præluceret, eaque doceret, quæ non opere, sed meditatione didicisset, addidit lucernæ nomen; quæ non modò lucet, sed etiam ardet: qualis beatus Christi præcursor extitit; quem Dominus lucernam ardentem, & lucentem appellauit: qui videlicet doctrinæ luce homines erudiebat, & charitatis suæ exemplo alios ad Dei amorem incendebat. Sequitur deinde.

§. I.

[Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut Prophetas.]

E 4

His

His verbis Dominus tacite cuidam discipulorum: quæstioni respon-
dere videtur. Dicere si quidem poterant, Prædicatores nos, Domine
Hier. 31. Euangelij instituis, scimus autem ex Hieremie vaticinio, in aduentu
Mesiæ aliud testamentum nouum, veteri longè dissimile, esse con-
cedendum: num ergo aliquid contra legem, aut Prophetas docere de-
beremus? Huic Dominus quæstioni respondet; [Nolite putare quoniam
veni soluere legem, aut Prophetas: non veni soluere, sed adimplere.] Quæ
enim ad inculpatæ vitæ mores in lege, & Prophetis continentur,
ad eò non dissoluam, vt multis etiam accessionibus perfectiora red-
Exod. 20. dam. Quod statim facere incipit, cum pro eo quod lex præcipit non
Math. 5. occidendum, ipse addit etiam non irascendum: pro eo quod amicos
Leut. 19. diligere iubet, ipse etiam inimicos diligendos, & beneficijs profequè
Math. 5. dos consulit: atque item de cæteris. Ea etiam, quæ vetus lex, & Pro-
phetæ siue promittunt obsequentibus, siue inobedientibus minan-
tur, sic implenda sunt, vt ne vnum quidem iota, aut apex à lege præ-
terire debeat, donec omnia fiant. Iota, inter omnes alphabeti literas
minima est: apex autem adhuc minor quam iota. Significat ergo hac
affæuatione, nihil ex his quæ diuinis oraculis continentur, quamli-
bet exiguum, aut minimum sit, non ad vnguem implendum; quam-
uis hoc ipsum modò ab hominum conspectu longè positum esse vi-
deatur. Ita quæ si pijs diuinæ felicitatis communiõ (quæ in aperta im-
mensæ illius pulchritudinis visione consistit) promissa est, non du-
Esal. 47. bium, quin ij, promissionis huius aliquando participes effecti, dicat:
Sicut audiui mus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum. His autè
verbis quidam, valde religiosus Pater, posteaquam è viuus excessit,
D. Thomam Aquinatem magna affectu lætitiæ: cuius rei historiam
(quoniam non ingraram vobis futuram spero) paucis exponam. Orã
ti quodam tempore S. Thomæ Neapoli in templo Dominicanorum
apparuit frater Romanus S. Theologiæ Doctor, quem ille sibi Parisi-
ijs in prælectionibus reliquerat successorem: qui non ita pridè obie-
rat, D. Thomam ignorante. Vt ergo illum vidit iuxta se stantem, Gra-
tulator, inquit, te huc aduenisse: sed quando, oro, venisti? Respondit il-
le: Ego iam excessi è corpore: permillum autem mihi est pro tuo mè-
rito tibi apparere. Tertius ego responso non nihil sanctus vir, cum se
collegisset, ait: Adiuro te per Dominum vt indices mihi, num
placeant Deo opera mea. Respondit Romanus; Perseuera in hoc
statu, nec dubites grata esse Deo quæ facis. Et Thomas, Tecum
verò, inquit, vt agitur? Respondit: Ego vita fruor sempiterna:
attamen ob negligentius curatum testamentum à Parisiensi Epi-
scopo

scopo mihi traditum, penas lui in locis purgatorijs ad dies quindecim.
Et Thomas, Scis, inquit, crebro nos in disputationem illam
adduxisse quæstionem, an permaheant in animoscientiæ in hac vita
ta: acquirat; quælo vt eam mihi expedias. Respondit Romanus:
Ego Deum intueor noli hac de re ex me sciscitari. Et Thomas, Vid-
des ne, inquit, Deum sine medio: aut aliqua re interposita? Tum il-
le: Sicut audiui mus, ait, sic videmus in ciuitate Domini virtutum:
mox quæ disparuit, & S. Thomam magna felicitate consolatione per-
sufum. *Matth. 25.*
Nec minus vera sunt quæ de damnatorum supplicijs in eisdem scri-
ptis literis prodita sunt. Si enim ignis æternus, si immortalis vera
mis, si tenebræ exteriores, si ferus & stridor dentium in gehenna est
se dicuntur, erit certè quando hæc supplicia perditis hominibus sub-
eunda sint. *Matth. 22.*
In eisdem etiam futuram in fine mundi iudicium legimus: in quo de
quod oues ab hæc dis separat: amabilem illam Domini vocè audientis
Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum
est ab origine mundi: hæc verò horribilem illam: atque tremen-
dam; ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo &
Angelis eius. Quo diuinæ vocis fulmine isti, incipient dicere monti-
bus; Cadite super nos; & collibus, operite nos: Hæc omnia sine du-
bio improbis hominibus experientia seruauerunt: vt ne iota vnum,
aut vnus apex ex ijs omnibus prætermittendus sit! Cum igitur hæc
omnia (vt Petrus Apostolus ait) dissoluenda sint, & quales oportet
nos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & pro-
perantes in aduentum diei Domini; per quem cæli ardentes soluen-
tur, & elementa ignis ardore abescent. *Matth. 25.*
Intar has autem penas, maximam esse constat, illius summæ & infinitæ pulchritudinis con-
spectu perpetuò abdicari: hæc enim pena bis infinita est; quòd
ea videlicet, & in bñno bñno priuat, & per infinita tempora; hoc
est, per nunquam finiendâ spacia durat. Sed hanc tantam pec-
nam scelerati homines minus formidant; quia: quales illud bonum
sit, neichgitatione quidam attingere possunt. At cum ignis penas
quotidie experiantur, qui fieri potest, vt aeternum ignis in cen-
dium non exhorreat? Non horrent autem illum, qui sese vitio-
rum omnium turpitudine dixerunt, quæ videlicet: superbia
inflat, auaritia vrit, luxuria inquinat, iracundia fat, inuidia con-
sumit, voluptates dissoluunt, ceteraque vitiorum manifesta obfes-
sas tenent; qui postmodò ita viuunt, quæsi nulla preter eos pec-
E 5 na

Nicipho.

na maneret. Qualis verò hæc pœna sit, hoc indicio coniecturam aliquam facere potestis. Adrianus Imperator, ira atque furore ebrius, hoc crudelissimo martyrij genere beatum Eustachium (vt Nicephorus in Ecclesiastica historia refert) cruciari præcepit. Iussit enim & illum, & coniugem, & duos simul filios in tauro æneo includi, & igne supposito ibidem concremari. Nunc expendite, quæso fratres, cum sancti viri in exiguo illo candentis ferri sinu, in horrendis illis tenebris, in angustiissimo illo spatio, ubi nullum esset corporibus voluendi atque se gyrandi locus, torquerentur, quando pius pater coniugem & liberos, & hi rursum parentem tam crudeli mortis genere torqueti cernerent, quo dolore afficerentur, quas voces, quos gemitus, quos clamores in horrendo illo tauro, utro emitterent? Horret animus hæc meminisse, & corpis, dum hæc recollit, pauet & contremiscit. Quid autem hic adeo formidabilis cruciatus, si cum sempiterno illo gehenna cruciatus comparatur, nisi fumus & umbra, est? Nam in illo sancto summo supplicio duo maxima illos solatia dubitant, alterum, quodd breuissimo temporis spatio erat pœna illa duratura; alterum, quodd post breuem illam morulam, momentanea pœna esset æterna felicitate commutanda. Neutrum autem horum eos, qui in gehenna cruciantur, consolatur: neque enim spes vlla aut præmij percipiendi, aut doloris finiendi eorum tormenta leuare aliqua ratione potest, cum & pœna sit æterna, & frustra sine vlllo emolumento subeunda. Hæc qui cum animo suo cogitat, etiam si innocentiam colat, (quia tamen dum in vita est, à via deflectere potest) quo modo non totus corde & corpore contremiscat? quo modo dies noctesque in perpetuo luctu & squalore non agat? quo modo præ timoris magnitudine non totus obri-
geat? Quod si innocentes hoc metu terere non debent, (qui sanctissimi sapientissimi sollicitabatur quantum, quæso, si formidare debent, qui in eadem vitam in qua secundum diuinæ iustitiæ leges, si mors illos subito interceptat, (quod euehire non raro solet) fulmine cœcis ad inferos exturbabuntur? Miror fratres, miror cum hæc ipsa dico, quo modo non etiam cum his verbis animam simul cum sanguine fundendo, Euigilate quæso fratres, euigilate, & ab hoc lethali somno, qui vos tenet oppressos, expergimini; atque hoc ex tempore, dum vita manet, dum pœnitentiæ locus est, dum iudex ipse nos, & patienter expectat, & clementer vocat, hos tantos cruciatus redimere studeamus; quando quidem hæc vitæ spatia non ad ludum & saltum, non ad luxum

& cras

21 & crapulam, sed ad pœnitentiam nobis data sunt. Sed ad sequentiam veniamus: subdit enim Dominus;

4. II.

¶ [Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit, &c.]
Minima hoc in loco Diuus Augustinus mandata illa appellat; Non occides; Non mœchaberis; Non furtum facies; Non falsum testimonium dices; & quæ sunt his similia; quodd hæc mandata plerique etiam vel non Christiani seruire studeant. Cuius rei non grauior vnicum saltem exemplum ex multis commemorare. Cum Themistocles populo Atheniensi dixisset, se daturum consilium quod maximam esset reipub. vtilitatem allaturum; esse tamen eiusmodi, vt nullo modo esset vulgandum; præcepit populus vt illud vni Aristidi denuntiaret. Quod cum ille fecisset, Aristides ait, Themistocles quidem consilio nihil vtilius; sed nihil tamen iniustius. Quo audito, populus ab eo consilio Themistoclem superfedere iussit. Itaque quamuis gens illa esset veræ religionis & pietatis experta, omnem tamen vtilitatem, quæ esset cum iniustitia coniuncta, repudiandam censuit. Hæc igitur iure mandata minima nuncupantur, quæ ciuiles etiam leges præcipiunt, earumque violatores legitimis pœnis coercent. Sunt verò alia maiora, quæ ad Euangelicæ vitæ perfectionem spectant, per quæ ad summum illud diuinæ dilectionis mandatum peruenitur; quod Saluator mandatorum omnium maximum & primum esse ait. Itaque fingere animis debetis, iter in cœlum esse instar confragoli & ardui montis
22 ascensus, ad cuius radices sunt mandata hæc quæ minima esse diximus; Non occides; Non mœchaberis; Non furtum facies; Non oderis proximum tuum, nec vxorem eius, aut quidquam aliud, quod ad illum pertinet, concupisces. Post hæc verò in aduersum
23 scandentibus maiora illa occurrunt, non modò non habere odio inimicos, sed eos etiam beneficijs afficere; non solum alienam vxorem nõ concupiscere, sed omnes etiã impudici amoris occasiones deuitare; nõ solum aliena nõ appetere, sed propria etiã largiri. Huc enim diuinæ legis mens atque sententia tendit, vt ita se quisquæ à cæde contineat, vt odium quoque & iracundiam frenet: ita libidini obstitat, vt oculorum etiam petulantiam coercet: ita manus ab alienis rebus abstineat, vt sua potius in aliorum vtilitatem conferat. Itaque qua lege prohibetur crudelitas; eadem humanitas & clementia præ-

August.

Exod. 20.

Math. 22.

Exod. 20.

Math. 5.

Ibidem.

scribitur;

scribitur: qua verò iubetur obuiam ire libidini, castitas & puritas sancitur: qua deterremur à furto & inuicinia; eadem ad liberalitatem & beneficentiam incitatur. Cum verò lex vetat, ne labem aliorum nomini falso testimonio inferamus, id etiam præcipit, vt quantum possumus, hominum famæ & dignitati consulamus.

His autem gradibus paulatim ad summum huius montis verticem peruenitur, in quo perfecta charitas est; quæ indissolubili nos amoris vinculo Deo copulat; in quo summa hominis felicitas, & perfectio viuæ huius posita est. Cæterum immensa illa bonitas, quæ vult omnes homines saluos fieri, quamuis perfectionis viam prouectioribus ostendat, non eos tamen abiecit, neque à celestis patrimonij hæreditate arceret, qui vel minora illa mandata seruauerint. Quæ in re mira Dei nostri benignitas elucet, quæ infirmitatis humane habitacione) tam exiguo pretio tantam tribuit mercèdem. Hinc Apostolus, Humanus, ait, dico propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete ea seruire iustitiæ in sanctificationem. Constat planè longè maiori studio iustitiæ & sanctitati, quàm iniquitati seruiendum esse: Apostolus tamen carnis nostræ infirmitatem considerans, hoc saltem à nobis exigit, vt quò studio iniquitati olim seruibamus, eodem iustitiæ colamus; eiusque obsequio sensus & membra nostra abdicemus. Sic etiam Salomon, Si sapientiam, ait, quaeris quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. Quis ambigit, tanto maiori studio sapientiam, quàm pecuniam esse quaendam; quantò est sapientia quàm pecunia ipsa præstantior? At vel hoc solum à nobis requirit Dominus, vt pulcherrima sapientiæ suæ munera hominibus largiatur. Idem quoque in celestis mercedis retributione facit, quam minimorum etiam mandatorum obseruationi tribuit, vt Propheticum illud implere videatur; Pro nihilo saluos facies illos. Nunc ad vos fratres. Si tam exiguo labore & pretio largitur Deus, quod ipse non sibi, sed vobis sanguinis sui pretio mercatus est, quid in supremo illo examine respondere poteritis, quid prætexere, quam defensionem parare, cum ne gratis quidem oblatam regni celestis hæreditatem accipere volueritis? Iam verò qui se ob neglectam hanc adeò leuem sartinam à celestis hæreditate expulsos, æternisque supplicijs addictos videant, quo angore cruciabuntur? quo furore aduersum seipsum

27 se ipsos insanient, cum ista duo animis perpetuò voluant atque reuoluant, quid videlicet amiserint, & cuius rei gratia amiserint? Audistis frequenter, inter gehennæ supplicia immortalem vermem numerari, qui viscera damnatorum æterno morfu dilaceret, atque exedat. Nolite putare hunc vermem corporeum, similemque nostris esse. Vermis hic est harum rerum perpetua consideratio, quas velut in bilance quadam perpetuò appendunt: in quarum altera summum illud & infinitum bonum quod amiserunt, in altera verò cuius rei gratia illud amiserunt, appendentes, nunquam satis stuporem & amentiam suam furibundi & attoniti demirari queunt, præsertim cum tot Ecclesie vocibus hac de re admoniti fuerint, ipsi tamen obstinatis animis hanc tantam salutem gratis penè oblatam neglexerunt; cuius recuperandæ spem omnem prorsus amiserunt. Hic igitur est vermis ille, qui eos in furorem agitat, qui illorum rabiem aduersum seipsum, atque adeò aduersum ipsum iudicem Deum accendit, & ad horrendas blasphemias impellit. Vos igitur fratres, qui hæc modò auditis, qui hæc indubitata fide creditis, qui tempus nunc & spatium penitendi habetis, quod illi mille gehennis (si eis liceret) redimerent, cur hanc tantam tuendæ salutis vestræ opportunitatem negligitis? Quid hic agit, fides vestra? quo modo vos non stimulis suis pungit, & vrget? quo modo vos lucis suæ radijs non in vitam reuocat atque deducit? Nempè quia istam veræ fidei lucernam non super candelastrum, sed sub modio posuistis; ideo nihil mirum si vos lucis suæ minimè illulstrat. Ipsa quidem vera lux est, sed his tamen integumentis impedita nihil apud vos agit. Modius autem est immodicus terrenarum rerum atque vestri amor, qui ita mentem occupat & replet, vt sub hoc 29 pondere inclusa, & quodammodo sepulta iaceat fides, nullamque sui significationem det. Denique subdit Dominus;

[Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum.] Quæ quidem verba beatissimo Patri Dominico maxime conueniunt, qui non solum continuo doctrine ministerio, sed multò magis exempli sanctitatis exemplo, & consequentibus signis Dei Ecclesiam illuminauit. Qui autem hoc faciunt, Dominicæ vocis testimonio in regno cælorum, hoc est, in vtraque Ecclesia, iam ea videlicet quæ modò militat, & in ea quæ post militiam ægonem in caelis corona triumphat, magni & habentur, & appellantur. De huius ergo beatissimi Patris (spirituali magnitudine pauca nobis modò dicenda sunt. Quia verò magnitudo hæc non armis, aut terrenæ potentia, qualis Alexandri Magni, aut Pompeij Magni extitit) sed maximarum virtutum

Lucæ. 7.

um meritis constat (qualis Joannis Baptiste fuit, qui magnus coram 30
Domino dictus est) harum virtutum magnitudinem, in quibus beatus Pater maxime excelluit, breuiter expendamus.

6. III.

¶ Principio igitur illud constat, Christianæ vitæ perfectionem in diuini amoris perfectione sitam esse. Huic autem amoris immodicus amor sui (quo quis carnem suam, & ea omnia, quæ ad carnis indulgentiam pertinent, audivissimè conquirunt) ita repugnat, ut in eodem peccatore uterque simul amor habitare non possit. Quocirca primæ eorum cura, qui ad diuini amoris perfectionem aspirant, in eo posita est, ut hunc immoderatum sui amorem à se expellant; imò eò peruenire contendunt, ut pro hoc sui amore sanctum sui odium in animam inducant. Meminerunt enim à Domino Salvatore dictum esse: Qui amat animam suam, hoc est, corporis sui vitam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Hoc igitur primum studium, primaque, ut dixi, cura eorum esse debet, qui ad charitatis fastigium nituntur. Hanc autem curam beatissimus Pater Dominicus, à diuina gratia præuentus, in infantili etiam ætate non tam arripuisse, quam præfagisse visus est. In hac enim ætate reuerentia deprehensus sæpe fuit lectulum relinquere, mollitiemque strati declinare, & in nuda humo infantilia membra reponere: quod postea in maturiori ætate constitutus infatigabiliter obseruauit. Quia verò opus hoc non naturæ erat, sed gratiæ, facile Dominus hoc argumento declarare voluit, non minus gratuita dona esse quæ sancti viri in matura ætate gesserunt, quam quæ in infantia præcesserunt. Omni enim ratione in hoc Dominus præcipue cõtédit, ut bona omnia nostra vni illi accepta referamus, nihilque nobis, præter nihilum, ex quo facti sumus, & peccatum, quod ipsi fecimus, ascribamus; quòd ab omni superbiæ tumore liberati, fida humilitatis virtute stabiliamur. Hæc igitur prima virtutis rudimenta futurorum laborum præfagis erant. Carnem quippe suam vir sanctus, ubi pueriles annos excessit, ieiunijs, vigilijs, vilitate ciborum ac vestium, & rebus omnibus quæ ad corporis vsum spectant, infatigabili studio maceravit. Ne his contentus, catenam ferream subbingebat, quam (quod maxime mirum est) ne in ipsa quidem extrema ægritudine, qua cælo animam reddidit, à se abstulit, itaque cum fratres sacrum eius corpus ad sepeliendum inuoluèrent, catenam hanc lûbis inhaerentem inuenerunt, quam F. Rudolphus reuerenter adseruans, postea Magistro Ordinis pro magno munere dedit. ¶ Quid verò illud? quàm nouum & mirabile! quòd hac

Ioan. 12.

31

32

33 hæc ipsa catena vir sanctus ter singulis noctibus in nocentissimâ corpore ad sanguinis vsque effusionem acriter verberabatur; sanguinem primum quidem pro debitis suis (quæ tã exigua erant) deinde pro animabus quæ purgatorio igne expiatur; tunc pro his qui flagitiose uiuerent, suppliciter Dño offerebat. Quid nos ad hæc dicemus fratres, qui tot irroreti sceleribus, tot peccatorum debitis alitissimi, vsque; ad eò ab hoc macerandæ carnis studio abhorremus, ut omnium quæ ad illius indulgentiæ & voluptatè pertinent, audivissimè conquiramus; cum vir ille sanctissimus innocentiissimam carnem suam sic affligeret: qui tamen nullius sibi lethalis criminis conscius erat! O quàm dissimiles sunt sanctorum viæ à vijs nostris, & studia eorum à studijs nostris! Hæc igitur sanctissimi Patris magnitudo prima fuit, qua magno & ingenti animo perpetuum carni suæ, hoc est, demestico & familiari hosti bellum indixit. Meminerat enim scriptum esse: Qui delicate à pueritia nutrit feruum suum, postea inueniet eum contumacem.

Pro. 29.

34

Huic autem virtuti comes indiuiduus esse debet oratio. Quis enim carnem suam, arctissimo sibi naturæ fœdere copulatam, odio habere poterit, nisi cœlesti virtute roboratus, se supra naturam quodammo, do atollat, seque ipso maior atque superior fiat? Nisi enim hac virtute fulciatur, qui fieri poterit, ut carnis suæ amorem, hoc est, affectio-num cunctarum potentissimam expugnare valeat? Ad orationis autem officium spectat, hanc cœlestem vim non solum promereri, sed etiam impetrare: eademque, dum spiritali suauitate orantis animam oblectat, omnes carnis molestias libenter perferre facit. Huius autem virtutis beatissimus Pater adeò fuit studiosus, ut tota eius vita, perpetua quædam oratio extitisse videatur: adeò, ut nec itineris lassitudine & fatigatione pressus, orandi officium intermitteret. Itaque ad socios, iter faciens, aiebat: Præcedite, cogitemus de Salvatore nostro. Dabat igitur vir sanctus operam, ut neque domi quiescens, neque foris iter faciens hoc studium intermitteret. Quin & morti proximus, inter tria documenta, quæ velut testamento legata fratribus reliquit, hoc primum extitit, ut omni tempore vel cum Deo, vel de Deo loquerentur. Ex hac enim familiarium Deo consuetudine vir sanctus illud consequi intelligebat, ut homines paulatim humanitatis infirmitate deposita, cum Deo semper agentes, diuini quodammodo fierent, iuxta illud; Qui adheret Domino, vnus spiritus est. Hæc est autem maxima illa dignitas, & felicitas, quam Diuus Augustinus, cum Deo loquens, expressit his verbis; Beati quorum spes tu solus es, & omne opus eorum oratio. In hoc autem officio beatus Pater

1. Corin. 6.

August.

Psal. 133.

Pater totas penè noctes ducebat insomnes, propheticum illud im-
 plens; In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite
 Dominum. Ne verò tam longo temporis spatio fatigaretur, atque vt
 varietate aliqua deuotionis affectum excitaret, varias quoq; (quod
 corporis figuram attinget) orandi formas habebat. Aliquando enim
 toto corpore humi pronus ante diuinæ maiestatis conspectum pro-
 sternebatur; aliquando stans, erectis in cælum oculis orabat, aliquan-
 do manibus in crucis modum expansis, quandoque verò sursum ere-
 ctis, interdum verò vulgari modo genibus flexis preces ad Dominum
 fundebat. His enim mutationibus & corporis laborem leuabat, & va-
 riositem deuotionis motus hac vicissitudine excitabat. Sæpe etiam
 vsque adeò mente in Deum rapiebatur, vt graue corpus & pondero-
 sum cum spiritu simul sursum ageretur, atque in sublime pendulum
 maneret. Quæ res in hoc sanctissimo Patre eò extitit mirabilior, 37
 quod is non in solitudine (vt anachorita olim) sed in media hominù
 frequentia vitam ageret: vt pote qui se totum lucris animarum, & be-
 nignitatis atque misericordiæ operibus addixerat. Quæ tamen duo
 officia adeò inter se distantia vir sanctus ita diuina aspirante gratia
 coniunxerat, vt neutrum alteri impedimento esset; hoc est, nec actio
 contemplationis quietem inturbaret, neque rursus contempla-
 tionis quies actionis exercitium impediret. Itaque sicut sancta illa Eze-
 chielis animantia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris
 & intrò ad contemplationis intimæ secretum celerrimè reuerteba-
 ntur. Quo nomine meritò in illum quadrat quod de huiusmodi Apo-
 stolice viris Ecclesia canit, quos & oliua speciosa in campis, & cu-
 presso in altitudine sese attollenti comparat. Constat enim has duas 38
 arbores plurimum inter se differre, eum altera humilis sit atque sce-
 cunda, altera sterilis atque proceræ. Vtrùq; autè in eos meritò qua-
 drat, qui sic mètis altitudine ad cœlestia rapiuntur, vt tamen ad proxi-
 morum miseria subleuandas se misericorditer inclinent, & contempla-
 tionis quidè sublimitate inter Angelos versentur, misericordiæ tamè &
 benignitatis officijs inter homines agant. Hos autem D. Gregorius
 per illum Israhelici populi ducem Aod figurari ait, qui vtraq; manu
 pro dextera utebatur: quos idem sanctus pater hac de causa Ambio-
 dextros appellat; vt pote qui non minori dexteritate sese in contem-
 plationis officio, quàm in misericordiæ operibus exerceat. Quod qui-
 dem rarè cuiusdam virtutis esse idem Sanctus affirmat: quam in bea-
 tissimo Patre nostro perfectissimam fuisse, tota eius vita loquitur.

§. IIII.

39

§. IIII.

¶ Cæterum cum inter virtutes omnes, tres illæ, quæ Theologicæ di-
 cuntur, principem locum teneant, quales hæc in beatissimo Patre no-
 stro fuerint, expendamus. Harum autem prima est fides. Qualis autè
 illa viri sanctissimi fides extitit, quæ tot miracula patrabatque dæmo-
 nibus imperabat; quæ morbos omnis generis sanabat; quæ toties ali-
 menta elurientibus ministrabat; quæ peregrinis linguæ eloquia Do-
 mini personabat; quæ defunctorum etiam corpora ad vitam reuoca-
 bat? Ex multis autem, ob temporis angustiam, pauca referam, & ea so-
 lum referam, quæ singulare aliquid in miraculorum operatione ha-
 bent. Præerat vir sanctus monasterio sororù S. Sixti. de salute autem
 filiarum sollicitus, accessit ad locum, & è sorore Constantia Rotularia
 (sic enim vocant eam, quæ reddit responsa aduentantibus) sciscitatus
 40 est, num rectè valeret sorores Theodora & Thedramia. Responden-
 te Constàtia febribus illas vexari, & Theodoram iam ex paroxismo
 decumbere, vir misericors ait ad eam; Abi, & dic eis, me inuisisse ne
 deinceps febricitent. Fecit illa vt iussa erat, & mox omni morbo expe-
 ditæ sorores, incolumes exire, alijs sororibus videntibus, & ad tan-
 tum miraculum stupentibus. Reuersa ad virum Dei Constàtia (expe-
 ctabat enim eam) indicauit rem totam. Ille gratias agens Deo abscessit.
 Hoc exemplo animaduertere licet, quanta sit obedientiæ vis atque
 potentia. Vt enim cætera sileamus, hoc ab illo iustissimo virtutum re-
 muneratore singulare præmium accipit, vt quoniam verus obediens
 Deo plenissime obtemperat, ipsæ quoque Dei creaturæ, quamuis sen-
 su & rationis expertes, eius imperio obediens sint. Qualis enim vir
 41 tus atque potentia est, vt mortalis homo morbis imperet, & obediât
 ei? ¶ Quid verò pluuia & imbres commemorem, quæ simili modo
 eius mandato parebant? Ipso namque cum socio iter faciente, ma-
 gna que è cælo pluuia cadente, socij laborem miseratus, crucis signo
 aëri impresso, pluuia virum Dei ac eius locum reuerita, quocumque
 pergerent, locum ingredientibus dabat, neque eorum vestes attinge-
 re potuit. Hic ego non tam miraculi magnitudinem & nouitatem
 nusquam antea visam miror, sed multò magis singularem illà, quam
 vir sanctus de Domini benignitate conceperat fiduciam, quæ hanc
 tantam rem sibi de immensa eius bonitate pollicebatur, quam concipi-
 ere nullo modo poterat, nisi eius erga se charitatem, & familiarem
 amicitiam mille argumētis cognitam & exploratam haberet. Quam
 quidem hoc exemplo Dominus non obscure declarauit, qui illud uti-
 acris propter se suscepi in commodum miseratus, hunc affectum in

Tom. ij.

F

viri

Ezech. 1.

Ecl. 30.

D. Greg.
Iudic. 3.

viri fancti mentem immifit, vt figno crucis edito, à fe, socioq; cadentem pluuiam arceret. Quis enim hunc affectum, quis hanc fiduciam, nifi Deo infpirante, haberè potuiffet?

Cæterum fi fancti Patris noftri miracula omnia (quæ clariffimum fidei eius testimonium ferunt) commemorare vellem, dies me antè quàm fermo deficeret. Vnum tamen fentio prætereire non poffum, cui vix fimile aliud inter fanctorum hominum miracula reperitur. Cùm enim inter miracula omnia præftatiffimum effe videatur, mortuos vitæ reddere, hic vir diuinus non vnum aliquem, fed quadraginta mortuos vna ad Deum oratione fufa ad vitam reuocauit. Quomodo autem hoc factum fit, exponã. Viro chriftianiffimo Comite Montfortis cum Cruce fignatis obfidente Tolofam, venerunt peregrini ex Anglia D. Iacobi limina vifitaturi. Ij, propter excommunicationè aduerfus Tolofanos hæreticos latam, vitates Tolofam, in nauicula fe contulerunt, vt fluuium tranfirent. Præ multitudi- ne verò hominũ, qui erãt ferè quadraginta, depreffa eft nauis, & omnes fubmerfi funt, ita vt nec capita ab aquis extarent. Orabat tum in vicina Ecclefia S. Dominicus, clamoreque pereuntium, & circumftantis exercitus per- motus, feftinus eò accurrit: cunctis præfentiffimum periculum, commiferationis affectu fauciatus, toto corpore profternitur, expan- fiffi in crucis formam manibus, flehſque acerbiffimè clamat ad Domi- num, vt fuos peregrinos feruet à morte. Paulò pòft furgens ab oratio- ne, conuerfus ad fluuium, cùm multa in Deum fiducia ita ait: Præ- cipio vobis vt omnes ad littus euadatis. Mira res, fed ab illo facta, qui fa- cit mirabilia magna folus. Confestim ad eam vocem omnes, qui tam diu fub aquis præfi latuerant, cunctis cernentibus, qui ad illud triffe fpectaculum confluerant, fuper vndas emerferunt. Mox vndiq; ac- currentes, porrigenſque eis lanceas, & hafas, vniuerfos è fluctibus incolumes eduxerunt, clementiam Saluatoris, & almi eius confelforis Dominici merita laude & prædicatione efferentes. Quis igitur hoc ar- gumento viri fanctiffimi fidem, & miferationis viscera, à quibus hoc tantum opus manauit, non agnofcat? Quid verò maius ab homine mortali potuit expectari? Hoc enim opus illius tantum effe videtur, qui vocat ea quæ non funt, tanquam ea quæ funt. Hic autem beatus Pater obediendiæ præcepto impofito; eos qui vitam amiferant, ad vitã reuocauit. Quia enim amicorum omnia funt cõmunia, fidiffimus ille Sãctorũ amicus Dñs, quod fibi vni debebatur, in amicos etiã cõtulit.

Hæc de viri fanctiffimi fide dicta funt. Fidem autem fequitur Spes: quæ tantò eft firmior, quantò fides viuidiõr, & charitas ardentior effe.

Huius

Huius autem virtutis vir beatus non in vita folùm, fed in morte quo- que (vbi innocentiſſimi viri trepidare folent) clariffimum fpecimen dedit. Beatus pater Arfenius in hoc agone conftitutus, tanto timore correptus fuit, vt difcipuli (qui innocentia, & fanctitatis eius teftes erant) admirati, ad illum dicerent: Et tu quoque nunc pater trepidas? Quibus ille, Nò eft, inquit, ò filij nouus hic meus timor, femper enim quamdiu vixi, hunc diem timui. Beatus autem Agathon, inter illos an- tiquos monachos inſignis, cùm fimili modo, morti iam proximus, tre- pidaret, à difcipulis rogatus, cur, qui innocentiſſimè vixerat, tanto pe- re in morte timeret? Quoniam, inquit, ò filij alia funt Dei, alia homi- num iudicia. At beatus hic Pater in ipfo mortis aditu poſitus, a deo de falute fua fecurus erat, vt alijs quoque falutem ope fua polliceretur. Filij enim tranſitum eius, & folitudinem, atque orbitatem fuã la men- 46 tantibus, Nolite, ait, timere filioli in eo enim loco, ad quem pergo, vt ilior vobis ero. Quid igitur hac fpe firmus? quid mirabilis? Quàm felix illa mors, quæ hoc tantum fpei folatium habebat! Quo nos eius filij tanto falutis pignore percepto, his quotidie vocibus datam ab eo fidè poſtulamus. O fpe mirã quã dedifti mortis hora te fentibus, &c.

Supereft virtutum omnium regina, Charitas. Quis autem hanc in viro fanctiffimo pro meritis non dico amplificare, fed vel explicare valeat? Eius tamen mirabilem vim declarant ardentiffima martyrij fitis, continuus prædicationis labor, diftractio librorum, & rerum oranium, quas habebat, vt efurientibus fubueniret. Quibus omni- bus diuenditis, cùm nihil fupereffet quod erogare indigentibus poſ- ſet, feipſum venale exhibuit. Cùm enim inops quædam vidua au- xilium ab eo peteret, vt captiuum ab hoſtibus filium redimeret, nec 47 pauper Chrifti aurum aut argentum haberet, tanto erga illam chari- tatis affectu eius viscera commota funt, vt fe ipſum venditioni expo- nere voluerit, quò eius pretio captiuum filium redimeret. Quod & fe- ciſſet, niſi illum Dominus ad maiora feruaſſet. Quid igitur hoc chari- tatis & miferationis affectu ardentius? Iam verò illa ignominiarum fitis, vnde niſi ex eodem charitatis fonte prodibat? Cùm enim Tolo- ſana vrbe relicta, frequentius atque libentius apud Carcaſonam age- re vellet, cur id faceret rogatus, Quoniam, inquit, apud Tolofam ma- gnus mihi honor ab omnibus exhibetur, apud Carcaſonam autem magnis contumelijs & iniurijs afficio. Hic enim affectus non folùm verã humilitatis, fed ardentiffimæ etiam charitatis erat: quæ vt vario- rum laborum auida eſt, ita etiam ignominiarum propter Dei glo- riam magno defiderio flagrat. ¶ Conſtat autem perfectã charitatem

F 2 cum

Psal. 135.

Rem. 4.

Ioan. 1.4.
Ibidem.

cum perfecta obedientia coniunctam esse. Idem enim velle, idemque nolle, ea demum firma amicitia esse dicitur. Hinc Saluator alibi quidē ait; Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: alibi verō; Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Quantum autem vtraque hæc virtus in beatissimo Patre enituerit, insigni quadam reuelatione Dominus beatissimæ Virgini Catherinæ Senensi (quæ sub eius signis militabat, quæque singulari erga illum deuotione affecta erat) demonstrare dignatus est, quâ sancta Virgo confessorio suo fide li narratione declarauit. Afferbat igitur sancta virgo, se aliquâdo in a ginaria visione aspicere, quemadmodum æternus Pater ex ore suo coæternum sibi vnigenitum filium producebat, qui se illi in assumpta natura tanquã verus homo repræsentabat. Deinde verò videbat beatis simum patrem Dominicum splendidissima luce circumfusum non ex ore, sed ex Patris pectore manantem simulque Patris vocem audie bat hæc verba dicentem; Ego, dilectissima filia, quemadmodum vidi sti, duos hos filios protuli; quorum alter natura, alter adoptionis gra tia filius meus est. Cumque sancta virgo huius comparationis sublimi tatem miraretur, eiusdem Patris vocem, hanc comparationem expli cantem, audiuit his verbis: Quemadmodum dilectissimus filius meus in assumpta natura ad mortem vsque mihi obtēperauit; ita alter ado ptionis filius ab infantia sua ad extremum vsque vitæ diem voluntati meæ perfectissima obediētia paruit; idemque eam corporis & animæ puritatem, quam per baptismi gratiam percepit, illibata innocentia re tinuit, & conseruauit. Et quemadmodum qui mihi natura filius est, palàm loquutus est mundo, clarissimumque veritati testimoniū per hibuit, quam ego illi prædicandam commisi: sic alter adoptionis filius contra catholicæ fidei hostes apertissima oratione prædicauit. Et quæ admodum prior ille filius discipulos suos ad prædicationis officium misit: ita posterior hic fratres suos, qui tum cum ipso erant, quique deinceps sub eius disciplina victuri essent, ad hoc idem munus desti nauit. Et quemadmodum naturalis filius meus vitam suam, & opera sua omnia, & quicquid in hoc mundo siue factis expressit, seu verbis docuit, ad animarum salutem instituit: sic alter adoptionis filius omne studium suum, omnesque curas & cogitationes suas in hoc præci pue locauit, vt animas à diaboli laqueis ereptas, suo restitueret creato ri. Hic autem ardor, hoc fraternæ salutis desiderium eius mentem im pulsit, vt nouum ordinem in Ecclesiâ conderet, selectisque & fructuo sis illum plantis consereret, quæ fructum suum darēt in tempore suo. Hæc igitur omnia sancta virgo Catherina ad beatissimi Patris sui gloriam,

Psal. 1.

§1 gloriam, & filiorum, qui sub eius disciplina militant, solatium fideliter narrauit.

Ex his ergo, quæ de beatissimi Patris nostri virtutibus, & prædica tionis studio dicta sunt, aperte liquet, illum verè magnum esse in re gno cælorum: vt pote qui saluari doctri na Christi Ecclesiam illustra uit, & ea quæ fideliter docuit, clarissimis virtutum exemplis cõfirma uit. Quocirca non dubium, quin ipse Dominus testimonio, magni tum mereatur, dicentis; [Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabi tur in regno cælorum.] Fuit enim magnus in corporis castigatione, ma gnus in orationis assiduitate, magnus in fide, magnus in spe, magnus autem & verè mirabilis in charitate: atque ideo in cunctis virtutum operibus magnus; quandoquidem omnes ex charitatis radice deri uantur, Apollito testante, qui ait; Caritas patiens est, benigna est, non æmulatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, non gaudet autem veritati: omnia credit, omnia sustinet, omnia sperat. Quicunque igitur in charitate magnus est, in his quoque virtutibus, quæ ab ea pullulant, magnus sine dubio est. O verè optanda & votis omnibus expetenda magnitudo! Si enim tanta mortales auuiditate in hoc mundo esse magni cupiūt (cuius magnitudo vitro fragilior, ven tis instabilior, stipula vilior est; quæque exiguo temporis spatio defra nita, in vermes tandem & puluerem definit) quantò ardentioribus votis magnitudo illa expetenda erit, quæ vera, solida, stabilis, nullis incommodis agitata, nullis casibus obnoxia, nulloque sine circumscri pta est? Quisquis igitur ad hanc veram & solidam magnitudinem aspirat, habet vtique in beatissimo Patre nostro exemplum quod imi tueri, quodque imitari possit. Castiget corpus suum, & in seruitutem spiritus redigat, aures diuinas assiduis precibus pullare non cesset; in concussam retineat fidem; salutarique spe fultus, in omni calamitate ad opem Domini fidenter confugiat: charitate verò incensus, omnes homines materno pietatis sinu complectatur: nemini noceat, nemini detrahat, neminem oderit, nemini malè precetur, omnesque, quan tum facultas permiserit, benignitatis officijs, si poterit, si nõ poterit, orationis saltem & miseracionis affectu prosequatur. His enim vir tutum meritis verè magnus erit in regno cælorum; ad quod nos perducere dignetur Christus Dominus, qui cum Patre, & Spiritu sancto regnat in secula seculorum. Amen.

Tom. ij.

F 3.

IN

IN EODEM FEFLO BEATISSIMI

Patris noſtri Dominici Concio ſecunda, in qua verba
thematis explanantur.

T H E. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt vi-
deant opera veſtra bona, &c. Matth. 5.

Gene. 30.



Legimus in libro Geneſeos, ſanctum Iacob, qui Laban
foceri ſui greges paſcebat, hac conuentione ſe ad hoc
officium addidiſſe, vt quæcunq; oues, varios & ma-
culofos foetus parerent, in ſortem ſuam cederent; quæ
verò vnus eſſent coloris, ſiue albi, ſiue nigri, ad ſocero-
rum pertineret. Iacob igitur, vt oues varia & maculoſa parerent, ſubij-
ciebat in canalibus virgas populeas ex parte decorticatas, vt oues in
earũ contemplatione concipientes, varios quoque foetus parerent.
Hæc, & multa his ſimilia, Spiritus ſanctus, ſcripturarum ſanctarũ au-
tor, nequaquam ſacris literis mandari voluiſſet, niſi vel myſteriu ali-
quod in ſigne, vel ſalutarem aliquam doctrinam fidelibus profutura
contineret. Hanc igitur hiſtoriam ab omnibus ad animas tradu-
centes, inuenimus, gregem hunc eſſe Eccleſiam; oues, fideles; paſto-
rem, prædicatorem Dei; foetus verò omnium, fructum eſſe honorum
operum. Debèt ergo prudens prædicator variorum virgas colorum,
hoc eſt, varias virtutes & exempla ſanctorum ante rationaliu omnium
conſpectum ponere, vt mentis oculis in harum virtutum contempla-
tione deſixis, & earum amore & admiratione percullis, ſimilia intra
ſe opera concipere, eademq; tanquam pictatis & iuſtitie foetus pare-
re valeant. Hac enim de cauſa Dominus voluit ſanctorũ dies feſtos
in Eccleſia celebrari, & clariffima eorũ geſta fidelibus proponi, vt ha-
berent quos intueri, quos ſuſpicere, quorum opera imitari quorum
contemplatione foecordiam atque negligentiam ſuam accuſare, & ad
eorum imitationem incendi poſſent. ¶ Et quamuis Chriſtus Domi-
nus abſolutiſſimum virtutum omnium exemplar ſit, propter imbe-
cillitatẽ tamen noſtram voluit nobis humiliora ſanctorum exempla
proponi, vt ea, tanquam fragilitati noſtræ propiora, minori negotio
amplecti & imitari poſſemus. Cũ enim Chriſtus Dominus nõ mō-
dò verus homo, ſed etiam verus Deus ſit, poſuiſſet vtique inſimias
noſtra ab eius imitatione retardari, & excuſationem proprię fragilita-
tis obtere: at in ſanctis nihil eſt quod pratexere meritò poſſit,
cũ

4 cũ eadem ſit vbiq; natura, eadem, in qua omnes cecepti fuimus,
culpa, eademq; (quæ nulli de futuro eſt) diuina gratia. Quare nihil
eſt quod nos ab eorũ imitatione deterreat, & multa ſunt quę provo-
cent, & alliciant. Facile enim homines, quæ ſunt ſibi cognata atque
vicina, arripere & ad ſe traducere poſſunt. Hinc D. Bernardus in Can. Bernard. in
Canti. de ſe ipſo queritur, quòd audiens aliquando præclara ſanctorum
geſta atque virtutes, miro modo afficeretur & oblectaretur, & in
chrymas etiam prorumperet: quòd illi Saluatoris Domini geſta con-
templanti non ſemper accidere. Hæc ergò de cauſa, poſt perſeſtiſ-
ſimum illud totius ſanctitatis exemplar, hæc nobis humiliora ſanctorum
exempla neceſſaria fuerunt. ¶ Et quamuis vnus ſancti viri vita
ad imitationem nobis ſufficeret, nihilominus tamen varias eorum
virtutes & exempla nobis ob oculos Eccleſia ponit: quoniam licet
omnes in omnium virtutum officiis eniterent, ſinguli tamen in qui-
buſdam aliis excelluerunt. Hæc ipſum enim de beatis illis mentibus
conſitemur, quòd quamuis omnes omnia gratiarum & virtutum do-
na perceperint, alia tamen alijs largiùs tributa ſunt. Hinc ſupremi illi
& Deo coniunctiſſimi ſpiritus, quos Seraphinos appellamus, ceteros
omnes charitate; Cherubini verò ſapientie lumine antecellunt; & ſic
item alij alios. Ad hunc ergo modum quamuis ſancti viri virtutibus
cunctis fuerint ornati, ſinguli tamen in ſingulis virtutibus maxime
claruerunt. Sic enim commendamus obedientiam Abraham, patientiam
Iob, caſtitem Ioseph, manſuetudinem Moyſis, deuotionem Dau-
dis, zelum Elie, fidem Petri, charitatem Pauli, virginitatem Ioannis,
paupertatem Franciſci, atque ita de alijs. Hanc igitur virtutum & ex-
emplorum varietatem ſpiritualis Eccleſiæ paſtor, ſpiritualibus quotidie
6 omnibus ante oculos ponere debet, vt ſimiles virtutum formas animo
concupientes, ſimiles bonorum operum foetus pariãt. Hoc autem ma-
gnum illum Antonium monachum feciſſe ſcribit in eius vita Athanaſ.
naſius, quòd videlicet ſingulorum monachorum, ad quos diſcendi
ſtudio pergebat, virtutes hauriret: huius continentiam, illius alacritatem
ſeſcibatur: iſtius lenitatem, illius vigilantiã; alterius legendi æmula-
tatem induſtriam: iſtius ieiunantiã; illum humi quieteſcentem miraba-
tur, quibus exemplis animatus, & ad ſedẽ ſuam reuerſus, omnia ibi ſe-
cũ animo voluens, omnium in ſe bona nitebatur exprimere. ¶ At ſim-
qua potiſſimum virtute beatus pater noſter Dominicus excelleret, ad
me requiratis, audebo planè dicere, nõ in vna aliqua virtute, ſed in om-
nibus ita excelliſſe, vt diſcernere nequeas, quę cui anteferenda ſit: adẽ
in illo ſumma reperiuntur omnia. Quare facile animaduertet, quiſquis
ſingulas

singulas eius virtutes fuerit contemplatus; nempe charitatem, humilitatem, voluntariam paupertatem, fidei ardorem, laborum tolerantiam, abstinentiam, sacras vigilias, elemosynas, orandi & prædicandi studium, carnis macerationem, fraternitatis amorem, martyrij sitim, cæterasque virtutes, quæ omnes in illo summæ fuerunt. Sed vt insignius aliquid ex tot virtutum floribus delibemus, charitatis ardor, & ex ea profluens animarum zelus, hoc est, fraternæ salutis vehementissimus ardor in eo potissimum eluxit. Ideoque non immerito hodierna sancti Euangelij lectio in eius festo legitur; quæ tota de virtutis huius officijs & muneribus disserit. Esse enim sal terræ, lucem mundi, lucernam super candelabrum, & ciuitatem supra montem positam, ac demum facere, & docere, eorum sanè est, qui zelo & ardore flagrant salutis animarum. Hæc igitur omnia præfens sancti Euangelij lectio continet. Sed quia singula hæc vnica concione persequi nimis operosum esset; ideo quemadmodum in superiori concione de salis, ita in præfenti de luminis natura & officio disseremus: de quo in propositis verbis thematis mentio fit, cum dicitur: [Sic luceat lux vestra carum hominibus, vt videant opera vestra bona, &c.] Sicut enim salis, ita lucis officium perfectissimè huic beatissimo Patri conuenit. Primum igitur, quàm multiplex hoc lumen sit, indicabimus: deinde, qua ratione hoc lumen potissimum eluceat, aperiemus: ac postremo, quo modo beatus Pater noster verum Ecclesiæ lumen fuerit, explicabimus.

Diuisio.

§. I.

¶ Principiò igitur sciendum est, Christum Dominum; quem Ioannes lucem veram esse ait, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; triplici potissimum ratione homines ad salutem animæ consequendam illuminasse. Primum enim mirabili huius mundi fabrica, & rerum ordine, pulchritudine, varietate, vtilitate ad conditoris omnipotentiam, sapientiam, & prouidentiam cognoscendam mortalium mentes mirabiliter illuminauit, dum omnia in numero, pondere, & mensura, hoc est, exactissimè & perfectissimè fabricatus est. Hinc Salomon breuissimè paucis quidem, sed grauissimis verbis hoc ipsum docet, cum ait: Non est addere, vel minuere quicquid operibus quæ fecit Deus vt timeatur. Est hæc res profectò admiratione dignissima, quia in tam multiplici rerum omnium varietate, quæ in terra marique visuntur, siue in stirpibus, siue in animantibus, siue in reptilibus, siue in piscibus, siue in aëribus nihil prorsus deprehendi possit, quod ad vitam conseruandam vel desit, vel redundet. Quæ res, immensam

mensam diuinæ mentis solertiam, potentiam, atque prouidentiam aperitissimè declarat, humanasque mentes sic ad diuini numinis cultum & venerationem excitat, vt Apostolus inexcusabiles gentium nationes dicat, quæ cum hac tam aperta creaturarum voce summum illum rerum omnium conditorem ignorare non poterint, non tamen illum vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed diuinitatis gloriam ad lapides, & ligna transtulerunt. Atque hæc de causa Theologi asserunt, in lege quoque naturæ implicitam de Christo fidem ad salutem fuisse necessariam: quoniam cum rerum conditarum conspectu facile homines Dei prouidentiam, quas singulis quibusque rebus, quæ ad vitam & incolumitatem spectant, plenissimè prouidet, agnoscerent, nõ difficile ad intelligendum erat, non desaturum hominibus ad salutem, qui cæteris rebus omnibus non desuisset, quæ propter vnus hominis obsequium conditæ essent. In qua quidem cognitione (in fusa tamè) fides implicita de mediatore & seruatore nostro claudebatur, qui salutaris humanæ parens, & vindex est.

Sed maius tamen certiusque humanæ salutis lumen, diuinæ legis puritas, sanctitas, & maiestas est: de qua idè Propheta, exposita in eodem Psalmo prioris luminis ratione, quæ ex creaturarum contemplatione proficiscitur, protinus subdit; Lex Dñi immaculata conuertens animas, &c. Quæ enim orationis vis mirabilè diuinæ legis dignitatè, equitatè, & elegantiam poterit explicare? Quàm videlicet magnificè ea de diuina maiestate sentiat? quàm sanctis legibus hominum vitam informet? quàm magna præmia virtuti proponat? quàm horrendis supplicijs homines à sceleribus deterreat? quanta æquitatè, ea, quæ varijs personarum conditionibus debentur, persoluere iubeat? quantopere cum rationis lumine à Deo mentibus nostris impresso consentiat? quàm spiritualibus rebus amica? quàm carni, carnisque cupiditatibus aduersa, cum qua continenter irrecòciliabile bellum gerit? dum pro spirituali vita tuenda, omnes carnis delicias respuat, eaq; vigilijs, ieiunijs, pijsque laboribus spiritui non imperare vt dominam, sed seruire vt ancillam cogat? Hoc autem quid aliud est, quàm hominem exuta humanitatis corruptione, in Deum quodammodo transire? Quis autem non videat hanc tantam diuinæ legis puritatem & sanctitatem, non ab hominibus impuris, sed à solo puritatis autore manasse?

¶ Est tñ adhuc tertium longè clarius, pulchrius, & iucundius veritatis diuinæ lumen: nempe eadè ipsa lex, non tabulis incisa, sed mentibus in sculpta, purissimèque atque candidissimis moribus expressa: Quemadmodum enim pretiosæ vestes venustatem & elegantiam suam, dum in artificis

domo visuntur, ostendunt, elegantiores tamen apparent, cum decen-
tissimo corpori applicantur (tunc enim finem suum quodammodo co-
sequuntur) ideoque duplici nomine delectantur (scilicet, corpo-
risque decore; quorum alterum altero augetur) ita planè lex diuina pul-
chra quidem apparet in libris cum legitur, pulchrior tamen in homi-
nibus pijs: hoc est, pulchra quidem cum legitur, pulchrior autè cum
opere exercetur. Cuius pulchritudinis vis tanta fuit, ut initio nascitis
Ecclesiæ, cum religio, & innocentia puritas in christianis maximè vi-
geret, multi que Gentilium sacrilego furorè perciti, omni supplicium
genere fideles persequerentur, tamen lucis huius splendore illustrati,
non poterant hanc tantam vitæ puritatem & candorem non vehemè-
ter admirari, ac penè fateri, eam religionem esse diuinam, in qua ho-
mines diuinam quodammodo vitam ducerent. Hoc autem Apосто-
lus Petrus insinuauit, cum de his in quibus loquens ait; In quo admirā-
tur, non concurrentibus vobis in eandem luxuriam confusionem; Diuus
verò Athanasius eosdem ipsos idolotum cultores, & nominis christia-
ni hostes puritatem virginium Deo dicatarum ita demiratos fuisse ait,
vt vel inuicti fateri cogerentur, eas vitium Dei templum esse, solique
apud nos vestros verum Dei cultum ac religionem intuerent. Quod factum
est, vt multi hoc diuino splendore illuminati, relicta idolorum sacrile-
ga superstitione se nostræ religioni adiunxerint. His enim clarissimis
virtutum exemplis Ecclesia creuit, & granum illud sinapis, inter olera
omnia minimum, in ingentem arborem euasit. Certe Iulianus, in cle-
mentis Christi martyris, & philosophi insignis (vt ipse in Apologia ad Im-
peratorum Adrianum scribit) hoc argumento conuictus religionem
nostram & probauit, & coluit. Cum enim, vt ipse ait, probatissimorum
christianorum vitam, ac precipuè martyrum constantiam miraretur, 15
qui alacri & inuicti animo pro tuenda fide omnia tormentorum ge-
nera subibant, intellexit vir sapientissimas, constantiam illam & ala-
critatem non ab hominis natura, quæ vt deliciarum, & voluptatum
auda, ita mortis & cruciatu inimica est; sed aliunde, hoc est, à Deo,
totius virtutis & constantie autorem, prodire; quare hanc vnam esse ve-
ram religionem credidit, & ita credidit, vt gloriosissimam pro ea mor-
tem oppetierit. Aliud quoque huius rei memorabile exemplum Rufinus
ac Theodoritus referunt; nempe apud Liberos, qui magno studio ido-
lorum superstitioni fertuebant, fuisse captiuam quandam feminam
in paruo tugurio habitantem, quæ tamen innocentissimam & san-
ctissimam vitam ducebat, hoc autem in causa fuit, vt qui eius vitam
propius contempabantur, vehementer hanc tantam puritatem admi-
rati,

rati, inquirere cœperint, quam hæc mulier religionem profiteretur,
aut quem Deum coleret, qui tales faceret cultores suos. Atque hæc res
primùm in ea regione abolendæ impiæ superstitionis, & vere religio-
nis colendæ initium fuit. Iam verò constat, D. Augustinũ, audire beati
Antonij vitam suam commutasse, & exclamado verba illa protu-
lisse; Surgunt indocti, & rapiunt nobis paradysum, &c. Videtis ergo
fratres, meritò quidem Dominum pios homines uicem mundi appel-
lasse; vt pote quorum pietas & innocentia homines ad Dei patris glo-
riam prædicandam excitarent? Videtis, quantum sit splendidus atque
potentius innocentiæ vitæ, quàm splendidus indoctrinæ hominum? Doctri-
na quidem velut lex mortua, vitæ verò inculcata cæ lex viva est, quæ
sine verborum strepitu mentes hominum poterit excitare, atque affi-
cit. ¶ Hoc est autem quod Apostolus ad Corinth. ait; Epistola nostra
vos estis; quæ soletur & legitur ab omnibus, manifestati quòd epistola
estis Christi, manifestate à nobis & scripta non atramento, sed spiritu
Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis. Videtis hic du-
plex legem Christi, alteram atramento in codicibus scriptam, alteram
spiritu Dei viui in tabulis cordis exaratam: quarum disparitas facile
ex ipsa collatione perspicitur. Hanc verò epistolam ait esse inculpatam
fidelium vitam, quæ splendore & pulchritudine sua oculos in se om-
niū conuertit, & nabit; hoc est enim quod ait; Quæ soletur, & legitur
ab omnibus. Scripta quippè lex in arca latet; posse illi suo notari; vt
tæ splendor, omnibus conspicuus, omnium perstringit oculos. Hoc
ipsum etiam Apostolus sub alia similitudine insinuauit, cum dixit,
Christi bonus odor sumus Deo; alijs quidem odor vitæ in vitâ, alijs
odor mortis in mortem. Quo boni odoris verbo christiane vitæ sua-
uitatem, lenitatem, & inuicem vobilitatem omnibus gratam & in-
cundam delighauit; quæ suauissimi odoris sui fragrantia huma-
na ad se corda allicit; atque ita illis vitæ causa existit. ¶ Idem au-
tem absque vllis verborum inuolucris ad Timotheum discipulum
scribit his verbis; Exemplum esto fidelium in verbo; in con-
uersatione, in charitate, in fidè, in castitate. ¶ Titum quoque si-
mili modo hortatur; vt se ipsum exemplum præbeat bonorum
operum; vt is, inquit, qui ex aduerso est; vt creatur, nihil habens ma-
lum dicere de nobis. Hoc igitur ubique capax Paulus, vt fideles
omnes, ac potissimum Ecclesiæ ministros, magis exemplom vitæ; quàm
ministerium doctrinæ, fidei veritatem astruunt. Quod Pauli consiliū
quia fideles eo tempore sequuti sunt, christiana religio maxima cõ-
pit incrementa; modò autem cum in diuersum computata res sit,
& Ecclesia

Augusti

2. Corin. 3.

17

2. Corin. 2.

1. Tim. 4.

Tit. 2.

& Eccleſiaſia miniſtri magis ſplendore doctri-
 nae quam probitate vitæ in hoc negotium
 urgeant, ad eod nihil partis adiecimus, vt etiam que par-
 ta ſunt, ſeruare nō potuerimus; cūm noſtro infelicifſimo ſeculo tam
 magna orthodoxæ fidei ruina facta ſit. Cæteri verō fideles ita viuūt,
 vt non modō honorum operum exemplo Dei gloriam nō illuſtrēt,
 ſed eius etiam nomen per eos blaſphemetur in gentibus. Quid verō
 cogitari indignius poteſt, quā vt qui tanquā ſydera in firmamento
 poſita, & lumen mundi alijs præluce-
 re deberemus, in carbo-
 nes reda-
 cti, tenebras magis mortalium oculis offundamus. Notifſimo autem
 exemplo, quod dixi, confirmabo. In indigenas India, qui in hoc No-
 uo Orbe noſtra ferē ætate inuenti ſunt, ita à militibus ſæuitum eſt,
 tantaque in eos crudelitate bacchatum, vt illis (ſuprà quā credi po-
 teſt) chriſtianum nomen propter hanc facinorū atrocitatem inui-
 ſum ſit. Vnde cūm ad eos Euangelij prædicandi gratia monachi ve-
 niunt, ne ipſi ob chriſtianum nomen eos exhorreant, & fugiant, ad-
 monet eos familiaris quidam amicus, illos nō eſſe chriſtianos, ſed Pa-
 tres, qui ad eos ſouendos, & in fide inſtituendos veniāt. Quare quid
 cogitari luctuoſius, aut indignius poteſt? Sicut igitur ſanctus Patriar-
 cha Iacob grauiter querebatur, quod filij, crudelitate ſua, inuiſum ſe
 Chanaanis reddidiſſent: ita modō Chriſtus Dominus queri merito
 poterit, quod noſtra immanitate ac feritate, odibile eum hominibus
 fecerimus. Siccine igitur gloriam Seruatoris noſtri illuſtramus? ſic
 eius doctrinam bonis moribus exornamus? ſic hoc eius mandatum
 implemus? [Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra
 bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in caelis eſt.]

Gene. 34.

¶ Sed hac tamen iuſtiſſima querela prætermiſſa, ſecundo loco qua-
 rendum eſt, qua ratione lumen hoc, de quo nobis eſt ſermo, homini-
 bus potifſimum eluceat. Hoc appoſitiſſimè adumbrat illuſtra illa vi-
 ſtoria, qua Gedeonis exercitus caſtra Madianitarum fugauit. Fractis
 enim lagenis incluſum intra eas lumen effuſit; quo terrii hoſtes, præ-
 cipites ſe in fugam dederunt. Sic igitur dum Sancti viri corpora ſua
 varijs propter Chriſtum cruciatibus & laboribus obtulerunt, fidei &
 virtutis eorum imita lumen effuſit, vt mundus, qui immanis antea Chri-
 ſti hoſtis erat, de poſita hoſtili inimicitia, eius ſe iugo ſubdiderit.

Iudicum. 7.

Quod ſi hac præcipuè ratione, cūm corp⁹ atteritur, virtutis ſplendor
 elucet, quātū in Eccleſia beat⁹ pater Dñicus effuſit, qui tā multis mo-
 dis ſacri corporis ſui lagenā attriuit? Quis em ei⁹ labores, quis ieiunia,
 quis vigilias, quis orationū inſtantiā, quis lachrymarū flumina, q̄s tot
 hereti-

22 hæreticorum perfeccionibus & inſidias, quis eorundē probra & cōtu-
 melias verbis confequi poſſit? Quis non miretur virum innocentifſi-
 mum (qui cū beato Iob dicere poterat, Nec reprehendit me cor meū
 in omni vitā mea; quia nullius ſibi lethalis criminis conſcius erat) ter
 ſingulis noctibus catena quadam ferrea innocentifſimū, nihilque cō-
 meritum corpus ad eod acriter verberare, vt riui ſanguinis ad terram
 vſque deſluerent? Quid itinera nudis pedibus conſecta memorē? qui
 tamen dum oppida ingrederetur, calc eos induebat: vt facile appareat,
 illum non quidem apparere, ſed eſſe ſanctum; voluiſſe? Quid lectum
 eius, quid parcifſimum ſomnum referam, qui in orationibus perno-
 ctans, vbi repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet, fatigatū cor-
 pus ſepiſimè ſuper humum, vel nudam tabulam reclinabat? Itineris
 verō labore cōſectus, & ægrotare incipiens ea ægitudine, qua diem
 clauſi extremum, nullis precibus adduci potuit, vt vel carnis veſce-
 retur, vel ea nocte matutinis laudibus deeſſet: tanta erat eius in virtu-
 tis ſtudio, & corporis caſtigacione conſtantia.

Iob. 27.

Si quis autem querat, cur hic ſanctiſſimus Pater, atque omnes item
 Sancti ad eod acres in corporum ſuorum caſtigacione fuerint: ad hoc
 reſpondemus, flagrantifſimam in Deum charitatem huius tantæ feue-
 ritatis cauſam exitiſſe. Hæ nanque tres virtutes, amor Dei, peccati
 odium, & carnis maceratio: pari propè menſura ſe inuicem confequū-
 tur. Ex Dei quippe amore exitiale aduerſus peccatum odium naſci-
 tur. Quia verō caro noſtra originis peccato infecta, omnium ſerè pec-
 catorum miniſtra atque ſeminarium eſt: ideo qui tanto contra pecca-
 tum odio inflammantur, pari propè odio carnis ſuam, quo peccatū,
 proſequuntur. Sicut igitur ex amore Dei, peccati odium, ita ex eodē

24 fonte maceratio carnis oritur. Tunc ergo pius homo maxime Deum
 diligere cōprobatur, cū dilectiſſimam ſibi atque germanam car-
 nem proterit atque cōculcat, & hoſtili quodam odio infeſtatur. Sum-
 mum enim amoris argumentum eſt, quas res chariſſimas habemus,
 propter maiorem in Deum charitatem contemneret, & pro nihilo du-
 cere. Quod fecit omnium credentium pater Abraham, quando pro-
 pter imperium Domini, dilectiſſimum filium manibus ſuis immolare
 paratus fuit. Cum ergo ſua cuique caro dilectiſſima ſit, quiſquis eam
 propter Dei gloriam macerat, is vtique velut ſuum Iſaac in ſacrificium
 Domino immolat. ¶ Eſt & alia maceracionis huius cauſa maxime no-
 tādā, quæ ab eodē charitatis fonte dimanat. Cum enim varijs in chari-
 tatis virtute gradus & merita ſint, ſummus ille putatur, qui acerbifſi-
 mos propter Dei gloriam dolores libenter ſuſtinet: quem gradum in
 ſanctis

Gene. 22.

sanctis Martyribus cernere licet. Quisquis igitur magno erga Deum amore flagrat, si illi subeundi martyrij facultas desit, ad hoc spirituale martyrij genus conuertatur, quo desiderij sui sitim expleat. Est enim hoc martyrij genus (vt D. Bernar. ait) passionis quidem acerbitate leuius, sed temporis diuturnitate grauius. Hac ergo de causa beatissimus Pater noster, qui ardentissimo martyrij desiderio flagrabat, quicquid aliquando barbam crescere sinebat, vt ad terras infidelium pergens, sitim hanc sanguine suo expleret, hac occasione sublata, ad hoc se carnis suae spirituale martyrium conuertit, quam incredibili austeritate attriuit, spirituique feruire coegit. Quae res in eo quidem mirabilior quam in sanctis illis Anachoritis exiit: quod illi quidem in solitudine vni Deo vacabant, hic autem in media hominum turba constitutus, praedicationis & exhortationis officio sine intermissione incumberebat, multaque itinera nudis pedibus conficiebat: cuius rei gratia corpori suo parcere, atque illud paulo indulgentius fouere potuisset. Quem tamen naturalem affectum ingenti erga Deum charitate feruore superauit.

Quid nos ad haec dicemus fratres, quorum omne serere studium in oblectatione atque indulgentia carnis nostrae positum est? In hoc semper incumbimus, in hoc opes omnes exaurimus, & ad hoc, quas non habemus, ardentem exquirimus, vt habeamus quo carnem diuite mensa, molli lecto, & splendida veste ornare atque fouere possimus. Nec nos illud mouet, quod cum hoc facimus, hostem nostrum aduersum nos crudeliter armamus. Nec peccatorum nostrorum debita nos terrent: quae quoniam carnis instigatione patrata sunt, eiusdem carnis maceratione expianda erant. Si enim beatissimus pater Dominicus, qui nullus sibi lethalis criminis conficius erat, tam multis modis innocentissimam carnem suam macerabat, quomodo nos, qui peccauimus super numerum arenae maris, non modò nullam ei molestiam inferimus, sed omni studio eam oblectare atque recreare contendimus. Quod si nos sanctorum exempla minus mouent, moueat saltem miserandum illud diuitis epulonis exemplum: qui quoniam delictis corporis tota vita feruiebat, aquae guttam inter tormentorum suorum incendia constitutus petijt, nec impetrauit. Sic enim eam petenti sanctus Patriarcha respondit: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciarius. Quis igitur hoc tanto fulmine non terreatur? Sed nos miseri sic viuimus,

Bernar.

Luc. 16.

mus, vt haec Euangelij fulmina, fabulas esse credamus. Erit tamen cum periculo suo improbi discant, verissimum esse quod à caelesti magistro in sacra huius diei lectione dicitur: [Amen dico vobis, donec transeat caelum & terra, iota vnum, aut vnus apex non praeteribit à lege, donec omnia fiant.] Qua oratione non inanes fabulas, sed certissima Dei oracula, ipsaque veritate veriora diuina eloquia esse pronuntiauit: quae & praestabunt quod promittunt, & quod minantur implebunt.

Sed vt ad institutum redeamus: Cum beatissimus Pater noster adeò fortiter corporis sui lagenam contriuerit, quo splendore vitae mundum illuminasse credendus est! Nouerat enim vir sanctus, humanas mentes non tam verborum pondere, quam splendore vitae commoueri. Hinc de eo legimus, quod cum celebris disputatio cum haeticis constituta esset, ad quam Episcopus loci cum multa pompa esset iturus, humilis Christi praeco Dominicus Episcopo dixit: Non sic, mi Domine pater, non sic aduersus filios superbiae est progrediendum: sed humilitatis, patientiae, religionis, aliarumque virtutum exemplis reuincendi sunt hostes veritatis, non siltu elationis, & ostentatione gloriae secularis. Armemur ergo deuotis precibus, & humilitatis insignia praenobis ferentes, detractis calcceis contra illos procedamus. Assensit Episcopus consilio pietatis, & omnes à se calcceos amouerunt. Cumque de itinere essent incerti, obuium quendam haeticum habuerunt, quem catholicum putabant. Is promisit quidem se illos rectè perducturum ad locum destinatum, sed perfidus in syluam quandam eos abduxit, vbi inter yepres & spinas pedes eorum sauciabantur, & tibiae sanguine conspergebantur. Tum verò beatus Dominicus cum omni patientia id ferens, & in iucundas Dei laudes erumpens, ad collaudandum Deum, & comiter ferendas molestias, illos omnes adhortabatur, ita dicens, Confidite in Domino charissimi, quia de caelo manet nos triumphus & victoria: iam enim peccata nostra sanguine expiantur. Cernens autem venerator ille, miram illorum & iucundam patientiam, optimis beati viri sermonibus compunctus, errorem suum confessus, haereticum abiurauit.

Ad dam hinc aliud, quod sancti viri in animarum salute procuranda singularem prudentiam declarat. Didicerat enim ab Apostolo, 1. Tim. 3. modis omnibus irreprehensibilem esse debere, qui aliorum vitia repre-

reprehendere, & vitam instituere debet. Quod consilium idem Apostolus, qui Timotheum instruxerat, adeo castè integreque seruauit, vt de se ad Corinthios scriberet: Et ego fratres in timore & tremore multo fui apud vos, videlicet (quemadmodum Theophilactus interpretatur) sollicitus ne vllum Christi Euangelio offendiculum præberem. Hoc igitur exemplo sanctissimus Pater ne vel minima labecula officij sui dignitatem aspergeret, cum fatigatus de via, & siti confectus veniret, si fontem in itinere deprehendisset, sitim prius quam ad mensam accumberet, in fonte sedabat, ne plus solito bibens, hanc ad paruam offensionis materiam fratribus præberet. Quis igitur sanctissimam illam animam non amplecti & exoculari cupiat, quæ tanta cura ac prudentia studebat, ne vel hac tantilla re eorum oculos offenderet, quibus se in patrem & virtutis exemplum propositum esse sciebat? Quanta quæso cura maiora caueret, qui tanto studio etiam minora curabat?

Nec hoc tamen officio contentus, altera manu tubam tenens, clarissima prædicationis suæ voce castra Madianitarum, hoc est, hæreticorum, cæterorumque diaboli satellitum conciliabula deiecit, & christianum populum, sub diaboli tyrannide seruientem, ab impietatis iugo liberauit. Nec sola vocis suæ tuba contentus, locios quoque secum asciuit, qui simili studio & ardore tubis Euangelicis personantes, Dei nomen & gloriam læge læge diffunderent. Quod vt non solum ætate sua, sed perpetuò in Ecclesia fieret, nouum Prædicatorum ordinem, nusquam antea institutum, creari ardentissimis precibus ac desiderijs & à Christo Domino, & ab eius in terris Vicario impetrauit. Itaque desiderium animæ eius tribuit ei, qui & ipsum contulit desiderium: ordoque nouus Apostolica autoritate fundatus est. In quo impletum videre licet in seruo, quod longè antè de vngena Dei filio prænunciatum fuerat: Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui à modò & vsque in sempiternum. Qui quidè spiritus vsque ad hoc ordini cõiunctus est, vt non ad filios modò, sed ad filias quoque peruaserit. Vna certè Catharina Senensis ita sanctissimi huius Patris spiritum hausit, vt (quod ex Ecclesiasticis historijs constat) nulla sanctorum sceminarum ad eò se totam fraternæ salutis studio, quemadmodum illa, ad dixerit. Non enim verbis, & epistolis modò, sed libris etiam ad posteritatis memoriam editis, ac diuina, non humana doctrina referens, hunc mentis suæ ardorem testata est.

Quin etiam Apostoli Pauli (cuius illa eximio amore flagrabat) charitatem

34 charitatem & exemplum imitata, ardentissimis à Domino precibus postulat, vt ipsa quoque fieret anathema pro fratribus, & gehennæ supplicijs torqueretur, vt ipsi ab illis immunes conseruarentur. Quis igitur hunc virginis animum non miretur? quis ardentissimam charitatis huius flammam non obstupescat? quis non vel hoc vno argumento salutis suæ negotium negotiorum omnium summum esse non videat? quod hodiè (pro humanarum mentium stupor) in postremis habetur. Quis hinc lethargiam & phrenesim mundi non agnoscat, quando quidem ibi mundus otatur & ridet, vbi qui diuino sensu præditi sunt, propter eius morbum acerbissimo luctu conficiuntur? Ab hoc igitur pestifero somno, fratres, excitemur, & Sanctorum charitas, salutem nostram ardentissime licentium, mortemque nostram acerbissime lugentium, euigilare nos faciat; vt curam nostri gerentes, & male actæ vitæ crimina desidentes, ad æternæ felicitatis gaudia per luctum & lachrymas peruenire mereamur: præstante Domino Iesu Christo, cui est honor, & imperium in secula seculorum, Amen.

IN EODEM FESTO BEATISSIMI
D. Dominici Patris nostri Concio tertia; in qua, post Enangelicæ lectionis explanationem, de eximia charitate, qua tum hic beatissimus Pater, tum ceteri quoque Sanctissimi & Apostoli viri flagrauerunt, agitur.

T H E. Vos estis sal terra. Matth. 5.



Odiè, fratres charissimi, beatissimi Patris nostri festum celebramus; cui nos hoc ipsum debemus, quod eius filij sumus (eius videlicet lacte nutriti, & institutis educati) vos vero, quod nostro ministerio ad salutem vestram perpetuò vitimini. Vtrique igitur debito res sumus, vtrique hodiè pari deuotione ac pietate festum eius diem celebrare debemus. Cæterum cum hodiè de virtutibus & laudibus sanctissimi huius Patris dicendum sit (neque vnus sermo innumeris eius virtutibus prædicandis sufficiat) solam eius charitatem; quæ virtutum regina est, & flagrantissimum fraternæ salutis desiderium, quod in eo potissimum emicuit; explicare constitui. Vt autem hoc ad Dei nostri gloriam, & vestram salutem pro dignitate tractare possimus, celestem opem, sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploramus.

[*Vos estis sal terræ.*] Paulò ante verba hæc Dominus totius Euangelicæ vitæ summam breuiter complexus fuerat; in qua paupertatem, lucum, persecutiones, opprobria, & maledicta propter iustitiam cõmendauerat. Sed quoniam vehementer mundus ab huiusmodi doctrina abhorreere videbatur, declarat protinus, qui, & quales esse deberent, qui hæc dura Euangelicæ philosophiæ dogmata hominibus persuaderent, dicens; [*Vos estis sal terræ.*] Apostolis enim loquebatur, quos sal terræ futuros esse dicebat. Est autem, vt scitis, salis proprius, primum quidem cibos condire; deinde etiam carnes à putredine & corruptione seruare. Hoc autem sale maximè homines indigebant; qui carnis nomine in literis sanctis passim appellantur. Vnde est illud; Recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens. Caro autem, ne corrumpatur, salis condimento eget. Quid igitur non habet caro hæc spiritum, & rationalem animam, à qua vitam trahit? Habet planè: sed ipsa tamen rationalis anima, carni coniuncta, in ipsius quodammodo carnis naturam degenerauit. Sicut enim si pretiosum vinum aceto miscetur, in acetum vertitur; & suauissimum etiam vnguentum, si supra cœnum effundatur, eius quoque tetræ odorem refert; ita rationalis anima, carni immerfa atque coniuncta, sic in eius naturam transit, vt (nisi hoc sale condiatur) nihil aliud sapere, nihil cogitare, nihil cupere, aut agitare, nisi quæ carnis sunt, tanquàm ipsius effrænate carnis mancipium, sciat. Ad huius igitur carnis condimentum hic à Domino sal in Ecclesia positus est. ¶ Quisquis autè salis huius efficaciam nosse cupit, mundi faciem sibi ante huius Apostolici salis remedium contempletur. Et ne diu multumque in hoc labore, caput primum Epistolæ ad Romanos perlegat, vbi hanc tetræ & funestam mundi faciem suis (vt ita dicam) coloribus depingit Apostolus, ea ibi horrenda Gentilium vitia recensens, quæ piæ aures vel audire nefas esse putent. In hoc autem malorum barathrum præcipitari eos necesse fuit, qui Dei gloriam ad ligna, & lapides, & serpentes, variaque reptilia transtulerunt. D. quoque Hieronymus illa Esaiæ verba explanans; Et pueris alienis adhæserunt, quo nefanda Idæorum scelera Propheta à Gentilibus mutua commemorat, sic ait: In tantum autem Græci, & Romani hoc quondam vitio laborauerunt, vt & clarissimi Philosophorum Græciæ haberent publicè cõcubinos: & Adrianus, Philosophiæ artibus eruditus, Antinouum consecrarit in Deum, templumque; eiq; ac victimas, & sacerdotes instituerit, & ex eo Aegypti ciuitas ac religio nomen acceperit. Inter scorta quoque

Psal. 77.

Simil.

Rom. 11. 1.

Hieronymus.
Isai. 2.

quoque in fornicibus spectaculorum pueri steterunt publicæ libidini expositi, donec sub Constantino Imperatore, Christi Euangelio coruscante, & infidelitas vniuersarum gentiũ, & turpitudò deleta est. Hactenus ille. Quoque magis miremini, addam aliquid horribilius. In vetustis historijs legimus, apud Gallos, ante salis huius remedium, hunc execrandum morem fuisse, vt masculi (perinde atque fœminæ solent) publicè in matrimonium ducerentur, & eorum nuptiæ celebrarentur. Ex hoc autem cætera hominum vitia diuinare facile erit. Qualis ergo erat mundi facies, quæ tam terribis atque horrendis vitiorum maculis deformata erat? At vbi Euangelico sale conditi cœpit orbis terræ, & Dei agnitio Apostolorum prædicatione inuacata est, ex brutis, & tanquam ratione carentibus animantibus, non homines, sed Angeli euasere. Neque enim solum ea carnis vitia, quæ naturæ limites transgrediuntur, abominari cœperunt, sed coniugij vsum, qui naturæ legibus vt res honesta conceditur, multa hominum millia virorum ac fœminarum contemnentibus, propterea quòd fruendæ cœlesti philosophiæ impedimento esse videbatur. Deserta quoque loca, & solitudines, quæ vix feris erant peruia, hominibus repleta fuerunt, qui ob hoc à cæterorum hominum cœtu distingebantur, vt Euangelicis institutis commodius vacarent, & consuetudinem cum cœlo tantum haberent. In omnibus item, quamuis barbaris regionibus, vbicunq; Euangelica lux proferebatur, continuè crudelitas omnis, atque efferi mores, & vitia, quibus vsque ad ea tempora fuerant assueti, reiciebantur. Qui iniuria alios afficere antea consueuerant, ipsi postea iniuriam inferentibus minimè succensebant. Qui aliena rapere consueuerant, sua libenter largiebantur: neque solum malum pro malo non reddebant, sed pro maleficio beneficium rependebant. Hæc igitur omnia salis huius, hoc est, Euangelicæ doctrinæ virtute facta constat.

Quæ cum ita sint, inquisitione dignissimum est, quid fieri possit, vt cum nos quoque vos quotidie hoc eodem sale condiamus; hoc est, cum eandem Euangelicam doctrinam (quæ semper integra & illibata seculis omnibus conseruata est) prædicemus, vix quicquid horum efficiamus. Vnde tanta in hominibus morum corruptio, cum tantum super eos salis quotidie effundatur? Si quis enim per totum Ecclesiæ corpus, perque omnes personarum ordines oculos circumducatur, intenet planè apud multos verum esse quod Propheta dicit; Omnes declinauerunt, inuoluntates facti sunt. Vnde ergo tanto sale fuso,

Psal. 23.

tanta vitæ corruptio? Nolo, fratres, ad eò grauis exactor esse, vt huius tanti mali in solos vos causam conijciam, sed inter vos tamen atque nos, hoc est, huius officij ministros partiri culpam volo. ¶ Nos igitur primum in causa sumus, qui nò præstamus factis, quod verbis astruimus, qui non rectè factis, quæ dicimus, confirmamus. Homines nam quæ (vt Lactantius ait) malunt exempla quàm verba: quia loqui facile, præstare difficile. Vnde Dominus in præsentì lectione magnos in regno cælorum futuros ait, qui & fecerint, & docuerint. Quorù cum sit vtrumque necessarium, plus tamen rectè facta quàm dicta mouent; quæ & verècundè faciendà docent, & possibilia esse quæ præcipiuntur, ostendunt, & ad imitandum stimulos atq; animum addunt. Nos igitur hac ratione in causa sumus, cur hoc sal Euangelicum frustra sæpe spargatur.

Vos quoque fratres non minus forsitan quàm nos huius tanti mali causa estis; qui nulla ferè animi præparatione, nullo deuotionis affectu, nullo proficiendi studio, sed languida mente, solaque audiendi consuetudine ducti ad conciones audiendas confluistis; quo factù est, vt hac diuturna audiendi consuetudine callos auribus ita obdixeritis, vt diuinorum verborum vim & acrimoniam minimè sentiat. Tales autem Apostolus, quasi iam desperatos, ac penè conclamatos, deplorat: quos cauteriatam conscientiam habere ait: quo verbo obduratos improborum animos designauit. Quemadmodum enim ea pars corporis, cui cauterium impressum fuit, sentiendi vim amisit: ita qui cauteriatam conscientiam habent, eò perducti sunt, vt omnè penè spiritualem sensum amiserint: quibus illud Salomonis conuenit; Peccator, cum venerit in profundum malorum, contemnit. Quo circa nihil mirum, si tales verbi Dei sale minimè condiantur, quando etiam nec diuinis plagis, quotidianisque cladibus corripuntur. Ne verò me, dum hæc dico, somnia consecrari exilimetis, rationè assig-nabo, qua summum hoc vitæ nostræ periculum euidenter ostendam. Constat Israheliticum populum ab Aegypto egressum, & per deserta vagantem, durissimæ ceruicis fuisse; quod non semel Moyses in Deu teronomio significauit; utpote qui aduersus Dominum semper contenderit: idemque Dominus ipse declarauit, cum dixit; Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant in corde, & iterum; Scio enim quòd durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & transgressorem ex vtero vocaui te. Quo in loco duabus rebus durissimis, videlicet neruo, & ferro, maximam illius populi duritiem & rebellione[m] designauit. De hoc tamen populo, quamlibet duro, ac rebelli,

11 ac rebelli, scriptum legimus: Cum occideret eos, quarebant eum, & Psal. 77. reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Hic enim ferè huius populi mos fuit (quem admodum liber Iudicum passim ostendit) vt cum vehementer à finitimis Regibus premeretur, cladibus suis eruditus ad Dominum rediret: at nos miserè eò stuporis perducti sumus, vt nos tot ætatis nostræ plagæ, tot bella, tot hominum cædes, quas ætate nostra vidimus, tot hæreses (quibus maxima Christiani orbis pars hæreticorum veneno infecta est) nihil nos moueat, nihil sollicitent. Itaque meritò hoc tempore Propheticum illud inelamare Dominus poterit, Magno labore sudatum est, & non exiit de ea nimia Exec. 24. rubigo eius, neque per ignem. Idem modò ambitionis & superbiae tumor, eadem pecuniæ stis, idem luxuriæ ardor, eadem odij & furoris rabies, idem inuidia iuor, eadem maledicendi, & obloquendi, & 12 malè precandi virulentia, eadem irrandi & peirandi praua consuetudo, idem diuarum legum contemptus, pauperumque neglectus, qui antea fuerat, dominatur. Vbi que meretrices, vbi que lenones reperire licet. Cum igitur hæc tanta hominum strages, tantaque diuinæ furoris significatio vix quicquam apud nos effecerit, an non fatiscõstat, nos in profundum penè malorum decidisse, quando hæc ipsa contemnimus, & pro nihilo ducimus? Quid amplius, Domine, in posterum facturus sis, prorsus ignoro. Nihil enim intentatum reliquit, nec tamen profuisti. Morædè fortasse vos hæc mea castigatio fratres, sed quid mirum si Euangelicus sal suo fungatur officio? Salis enim est mentis vlcera non quidem vngere, ac delinire, sed mordere, ac pun gere, nisi fuerit infatuatus.

13 ¶ Hæc de sale dicta sunt: sequuntur deinde alia nomina, quibus Ecclesiasticorum Doctorum dignitas & officium in hoc Euangelio designatur. [Vos, inquit, estis lux mundi.] Nihil in mundo luce pulchrius ad videndum, nihil ad agendum efficacius. Sol enim, & Luna, cætera que inerratia: lydera lucis ministerio inferiora corpora alunt, atque gubernant. Idem ergo in mundo efficit Euangelicæ doctrinæ splendor, quæ errorum tenebras dispulit, & veritatis, atque doctrinæ lucem humanis mentibus prætulit, qua vim, quæ ad immortalitatem ducit, apertè cognoscerent. ¶ Verùm si lucis nomine Euangelicam doctrinam accipimus, cur Dominus paulò inferius eisdem doctrinæ ministros lucernam vocat supra candelabrum positam, vt luceat omnibus qui in domo sunt? Videatur enim lucis, & lucernæ nom. Tom. ij. G 3 ming

mine idem veritatis splendor significari. Sit ita sanè. Veruntamen 14
 illic Dominus doctrinæ lucem, hæc verò vitæ fulgorem significare
 magis voluit. Quod quidem non obscure insinuat; cum sub-
 dit; [Sic luceat lux vestra coram hominibus; ut videant opera vestra bo-
 na; et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.] Illic ergo de ver-
 bis, hæc de rectè factis; & virtutum exemplis mentionem facit.
 Quamuis enim verba necessaria sint; superiori tamen libeo bona
 opera habenda sunt, longoque magis cælestem Patrem glorificent.
 Nostro verò seculo minor operum; maior verborum cura est: V-
 trumque autem præstandum erat; ut videlicet doctrinæ vocem
 operis testimonium confirmaret; ut ita demum verbis nostris fi-
 dem apud auditores faceremus. Hinc Paulus, De cætero, inquit,
 fratres, quæcunq; sunt vera; quæcunq; pudica, quæcunq; ius-
 ta; quæcunq; sancta; hæc cogitate: quæ & didicistis, & accep-
 istis, & audistis, & vidistis in me. Videtis ergo quomodo Aposto- 15
 lus utramque iunxit, cum ait, Audistis, & vidistis in me? Talem
 autem Doctorem agnovit, & commendavit Seneca, cum dixit; Il-
 le promissum suum implevit, quem cum audieris, & videris, idem
 est; in quo videlicet neque à doctrinâ vita, neque à vita doctrinâ
 discordat. Eleganter autem hoc Dominus olim in pontificali veste
 adumbravit, ex cuius extrema ora pendere tintinnabula malogra-
 natis admixta iussit, ita ut tintinnabulis intertexta malograna ef-
 fent. Quid autem per tintinnabula nisi prædicatoris vocem? quid
 per malograna (ad quæ videnda Sponsus in Canticis inuitatur
 nisi vnitatem charitatis, & vitæ ordinem intelligimus? Vtrumque
 ergo Ecclesiæ minister habere debet, ut videlicet doctrinæ sonitu,
 & innocentis vitæ exemplo populum erudiat: aliter enim (vt Di- 16
 uis Hieronymus ait) delicatus magister erit, qui pleno ventre dis-
 putet deiciuijs. ¶ His etiam adde, quod verbi Dei minister hoc
 tantum negotium non solum vitæ integritate, sed absiduis etiam
 precibus vrgere debet. Hinc Diuus Augustinus, Prædicator, in-
 quit, laboret, ut intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur,
 & hoc se posse magis pietate orationum, quam oratoris facultate
 non dubitet; vt orando pro se, ac pro ijs, quos est allocutus; sit
 prius orator antequam doctor: & ipsa hora accedens, priusquam
 exeret proferentem linguam, ad Deum leuet animam sitientem,
 vt ructet quod biberit, vel quod impleuerit; effundat. Hactenus
 illæ. Quod minus mirandum est; si beatus pater Dominicus perdis-
 tos homines ad veteris vitæ poenitentiam, & pietatis cultum; salu-
 tariis

17 taris doctrinæ monitis traduceret; qui non solum summa vitæ in-
 nocentia; sed lachrymis etiam, & precationibus absiduis hoc tan-
 tum opus agebat. Quo modo autem diuina illa pietas, quæ fraternæ
 charitate tantopere delectatur, huic tantæ charitati negare poterat,
 quod id per eam petebatur? At nos, qui tam longè ab hoc officio dista-
 mus, qui totum hoc opus magis volubilitate linguæ, quam integrita-
 te vitæ, & orationis suffragio fieri arbitramur, quem ex hoc studio fru-
 ctum referre possumus?

¶ Hactenus de Euangelica lectione; nunc ad beatissimum patrem
 Dominicum veniamus, qui etiam ipse verè sal talarum fuit. Cum enim
 mater eius grauida esset, vidit in somnis se ceterum in vtero gesta-
 re, accensam in ore faculam baiulantem. Diuersa quidem meta- 18
 phora, salis, & canis; sed idem tamen officium: vtriusque enim est
 mordere. Quod munus Beatus hic Pater perfectissimè exercuit, qui
 zelo diuini honoris incensus, seuersissimus vitiorum obiurgator
 fuit. Sed quoniam charitas, zelus, ac fides fraternæ salutis in eo inter
 cæteras eius laudes potissimum enituit, de hac ipsa charitate, qua tum
 sanctissimus hic Pater, tum etiam cæteri Sanctissimi & Apostolici vi-
 ri flagrauerunt, dicendum nobis erit.

¶ Constat autem (vt hinc dicendi initium faciamus) omnia quæ
 sunt, dilectionis vi non modò inter se deuinciri, sed etiam guber-
 nari. Et quidem Deus ipse beatissimus suæ bonitatis atque electo-
 rum amore captus, hunc mundum condidit, cuius fructibus homi-
 nes pascerentur, & ex mirabili eius fabrica ad conditoris sui cognitio-
 nem, & amorem excitarentur. Intelligentiæ quoque cælestium or-
 bium motrices (vt Aristoteles ait) primi & summi motoris amore 19
 inductæ, vt illi in officio suo obsequantur, atque illi similes, hoc est,
 Deiformes efficiantur, eorundem orbium motu inferiorem hunc
 mundum moderantur. Animantia verò cuncta, ac homines præ-
 cipue, sui ipsorum amore ducti, ea quæ ad vitæ vsum & conservatio-
 nem pertinent, summo studio inquirunt. Vnde Stoici Philosophi
 vnumquemque hominum amoris sui, velut cuidam pædagoگو atque
 tutori, à natura commissum esse testantur. Quid verò de filiorum pro-
 creatione dicâ? An non constat, rotam hanc sobolis educandæ & pro-
 creandæ curam ex ardentissimo parentum erga filios amore profici-
 sci? Omnia igitur vt amoris foedere colligantur, ita amore sustinentur.
 Quò minus mirandum est, si animarum quoque salus & procuratio
 ab eodem hoc dilectionis fonte proficiatur.

Ex hoc enim summum quoddam diuinæ gloriæ studium, & 20
fraternæ salutis amor in piorum cordibus excitatur. Quisquis enim
ardentissimè amore Deum diligit, tantum ei obsequi & placere de
siderat, quantum diligit. Cum verò inter omnia obsequia no
stra, fraternæ salutis cura gratissimum illi sacrificium sit, huic po
tissimum operi, quanta potest diligentia, incumbit, quisquis ar
dentè Deum diligit. Meminit enim ipsum Dominum per Osæam
dixisse, Misericordiam volui, & non sacrificium. Nulla autem mise
ricordia maior, quàm hominè ab æterna miseria liberare. ¶ De in
de, quisquis Dei amore flagrat, eos etiam vehemèter diligit, qui
à dilecto suo diliguntur. Cum verò Christus Dominus tanto homi
nes amore dilexerit, vt pro eorum salute mori non dubitauerit, con
sequens etiam est, vt qui Christum eximè diligit, eximio etiam sa
lutis hominum amore teneatur.

Osee. 6.

Atque vt ad beatissimum Patrem nostrum veniamus, quanta
fuerit eius charitas, à qua salutis humanæ desiderium proficiscitur,
vt alia prætermittamus argumenta, admiranda martyrij stis maxi
mè declarat. Cum enim multi sint in charitate gradus (qui à sanctis
Patribus describuntur) ille præcipuus esse videtur, qui eò pertine
git, vt vitam (qua nihil homini charius est) propter Dei gloriam
profundere alacriter & sitienter appetat. Hoc enim Domini testi
monio comprobatur, qui ait; Maiorem hæc dilectionem nemo ha
bet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. At verò tan
tus in hoc beatissimo Patre martyrij ardor & desiderium fuit, vt de
eo dictum sit; Sitiebat seruus Christi martyrium, sicut sitit ceruus
ad aquæ fluuium. Cumque hæretici mortem illi minitarentur, is
multa cum fiducia respondebat; Non sum ego dignus martyrio;
nondum merui mortem istam. Itaque transiens per loca ea, vbi
structæ illi ferebantur insidiæ, cantans & alacer ingrediebat. Ea
re in admirationem adducti satellites Antichristi dicebant ei; An
non mortis horrore tu afficeris? quid acturus eras si te comprehen
dissemus? Obsecrarem, inquit, vos, ne me celeri morte absumere
tis, sed sentim omnes corporis mei artus membratim disceratis;
deinde oculis meis videndos subijceretis, vt hoc gratissimo spe
tulo animum meum oblectarem: post hæc verò erutis aur confos
sis oculis corpus truncum & mutilum in suo sanguine volutari sine
retis. O vocem omni laude & prædicatione dignissimam! & admi
rabilem charitatis ardorem, à qua talis flamma prodibat! Non con
tentus enim vna morte, tot mortibus vitam volebat absumere,
quod

Eod. 15.

23 quot membra habebat in corpore: nec contentus simplici corporis
martyrio, omnes corporis artus martyres effici cupiebat: & quando
illi non dabatur nisi vna tantum morte occumbere, eam volebat
longissimo spatio dilatari, vt hæc ratione vna mors inlitar multarum
esset. Quantum ergo in sacro illo pectore charitatis ignis æstua
bat, ex quo hæc tam ingens desiderij flamma prodibat? ¶ Quia verò
hanc tantam sanguinis fundendi sitim inter fideles agens explere
non poterat, ad infidelium nationes transire destinabat, & ad hoc ali
quo tempore barbam nutriuit, vt hac ratione vel Christi fidem inter
infideles propagaret, vel certè desiderata martyrij corona frueretur:
Dominus tamen, futurorum præcius, huic eius voto oblitit, quia eū
ad Ecclesiæ suæ salutem destinauerat.

Ex hoc autem charitatis fonte, bone Deus, quàm multa cha
24 ritaris officia manarunt! Hæc enim charitatis flamma in sacro illo
pectore æstua faciebat, vt cum tot in mundo flagitia, tot ani
mas præcipites in gehennam ruere videret, arderet utique quali fa
cula zelo pereuntium. Hæc autem pijsima affectio sanctissimum
eius pectus sibi totum vendicari, vt animas proximorum lucrare
tur, & suo coniungeret creatori. Hoc lachrymis, & precibus à Do
mino contendeat, & seruentissimis concionibus ac miraculis per
eum editis Dominus compleuit. Optabat cum Apostolo impendi, 2. Cor. 12.
& superimpendi pro animarum salute; idque exemplo Saluatoris,
qui se ipsum tradidit pro animabus nostris. ¶ Ex hoc eodem chari
tatis fonte maxima illa compassio prodibat, qua erga afflictos, & va
25 rios calamitatibus oppressos afficiebatur. Hanc enim excellentissi
mam charitatis gratiam habebat à Deo; fletu scilicet pro peccato
ribus, & miseris atque afflictis omnibus condolendi. Qua in re san
ctissimi Iob miserationem imitabatur, qui inter cætera virtutum sua
rum insignia hoc etiam de se ipso ait; Flebam quondam super eo qui
Iob. 30.
afflictus erat, & compatiebar anima mea pauperi. Quod quidem
misericordiæ opus non solum diuitibus, sed pauperibus etiam in
promptu est; quibus, quamuis desit census, non deerit tamen (si mo
dò viscera charitatis adsint) miserationis affectus.

§. III.

¶ Ex hoc eodem charitatis fonte prudentissima illa temporis parti
tio proficisciebat, qua sic animarum salutem operam dabat, ne sa
luis propriæ curam negligeret. Memor quippe illius consilij erat,
quo Apostolus Timotheum instruit, cum ait; Attende tibi & doct. 1. Tim. 4.
G 3

Striaz:

Eccl. 29. *Et* tria: hoc enim modo & te ipsum saluum facies, & eos qui te au-
 diunt, & illud item Ecclesiastici: Recupera proximum secundum
 virtutem tuam, & attende tibi, ne incidas. Horum consiliorum
 vir Dei memor, sic temporum spatia disponebat, vt nocte quidem
 facris vigilijs, & pijs precibus destinata, totum diem salutem impen-
 deret animarum. ¶ Ex hoc item fonte tot itinera prodibant, quæ nu-
 dis pedibus conficiebat; quibus ab Hispania in Galliam, ex Gal-
 lia in Italiam; ex Italia rursus in Hispaniam contendebat. In qui-
 bus non seculi dignitates, non claritatem nominis, non terrenos
 thesauros, sed solam Dei gloriam cum animarum salute coniun-
 ctam studiosissime quarebat. ¶ Ex hoc etiam charitatis igne, & ignea
 illa verba emicabant, quæ in admirationem, & amorem in Deum
 mentes hominum rapiebant. A quibus aliquando rogatus; Vbi nam
 mira illa, quæ populis prædicabat, didicisset? In libello, inquit,
 charitatis. Hæc enim virtus mirabiliter prædicatoris linguam & eru-
 dit, & incendit. Ad alia quidem docenda, verborum & rerum
 scientia plurimum valet; ad diuina tamen eloquia pro dignitate tra-
 ctanda, & languentia hominum corda inflammanda, charitatis
 ignis mirè facit. Adde, quod hæc eadem charitas non modò dicen-
 tem incendit, sed mirabilem quoque persuadenti vim tribuit, dum
 aptissimas rationes excogitat, quibus eos sanet, quos ardentissime
 seruare cupit.

VI. ¶ Nec verbis solum, sed multò magis precibus, & exemplis hoc
 negotium beatus Pater agebat. Vnde singulis noctibus catena fer-
 rea corpusculum, vigilijs & inedia confectum, propter scelerato-
 rum hominum crimina verberabat. ¶ Hinc etiam factum est, vt
 eum mulieres, apud quas hospitabatur, ab hæreticis deceptas of-
 fendisset, tanto salutis earum desiderio flagrauerit, vt integram
 Quadragesimam solo pane & aqua victitaret, humique super nu-
 dam tabulam cubitarit: idque cum totos dies in docendi atque
 prædicandi labore consumeret, ad quod laterum firmitate, & vo-
 cis robore opus erat: quæ duo, nisi saluari cibo & somno para-
 ri nequeunt. Quo tam insigni sanctitatis exemplo effecit, quod
 nullis fortasse persuasionibus obtinere potuisset: nempe, vt mu-
 lieres illæ, hæretica prauitate repudiata, ad sanctæ matris Ecclesiæ
 gremium humili erroris sui confessione redierint. ¶ Quid verò il-
 lud? quibus laudibus & prædicatione commemorandum? Cum
 enim quidam nobilis, paupertate pressus, ad hæreticos, (qui
 per secula pietate inopiam eius leuabant) descisisset, tanto ex hæc re
 doloris

29 doloris affectu pectus illud pijsimum fauciatum fuit, vt cum opi-
 bus pauper Christi delitueretur, seipsum incredibili pietatis ar-
 dore vendendum obtulerit, vt ille venditionis pretio inopiam
 suam leuaret, ne eius occasione à fidei sinceritate deficeret. Quis
 igitur sacrum hoc pectus non excoleatur? quis non apertè videat,
 illum in eo sedem sibi delegisse, qui seipsum propter mundi salu-
 tem proditori discipulo venalem exhibuit? ¶ Atque vt vno tantum
 argumento rem omnem absoluit; ex hoc eodem fonte in
 Ecclesia Dei celebris Prædicatorum Ordo manauit. Cum enim vir
 sanctus totum se ad animarum studium contulisset, & sitis hæc in
 eius pectore incredibili ardore flagraret, priuato labore atque ope-
 ra sua minimè contentus, socios, vndeunque potuit, asciuit,
 qui eodem spiritu acti, se in hoc pietatis opere exercebant. Cum-
 que res illi feliciter cederet, diuinæ opis fiducia fretus, ad maiora
 30 animum extulit; nempe vt in Ecclesia Prædicatorum Ordinem
 (nusquam antea institutum) excogitaret; cuius hoc esset munus,
 hoc præcipuum studium; exemplo vitæ, & assiduæ doctrinæ of-
 ficio animarum salutem curare: vt quemadmodum olim ante con-
 uersionem suam Saulus, dum protomartyr Stephanus lapidaretur,
 lapidantium vestes seruabat, vt eum manibus omnium lapidaret;
 ita contra beatus Pater amore salutis humanæ incensus, hunc Præ-
 dicatorum Ordinem instituit, vt animarum salutem, & Christi glo-
 riam non solus ipse, sed cum multis alijs; nec seculo suo tantum, sed
 omnibus etiam seculis per tot filiorum suorum ora, quot hæc tenus
 fuere, quotque in posterum futuri sunt, quæreret.

§. IIII.

¶ Hæc igitur officia fratres, hi labores atque certamina (vt antè
 diximus) ex flagrantissima in Deum charitate profecta sunt. Quæ
 quidem charitas simili ardore, simili que fraternæ salutis, & diuinæ
 gloria studio in sanctissimis quibusque viris flagrauit. Hinc ille Pro-
 phetæ voces; Zelus domus tuæ comedit me. Et, Vidi præuaticates,
 & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. Et, Tabescerè
 me fecit zelus meus, qui oblitus sunt verba tua inimici mei. His
 autem comedendi & tabescendi verbis Vates sanctus satis indi-
 cat, ad eò vehementer omnia interiora sua cruciari, & exedi, vt ex
 vi & impetu interni cruciatus macies, & pallor, & tabes in corpore
 serue-

sequerentur. Simili etiam affectu, atque aded acriori Apostolus
 2. Cor. 11. angebatur, cum diceret; Quis infirmatur, & ego non infirmor?
 quis scandalizatur, & ego non vror? Elia verò Prophetæ pro
 Dei gloria flagrantissimum zelum quis non miretur? Sic enim ad-
 uersus hominum scelera incanduit, vt oratione sua trium anno-
 rum & sex mensium fauissimam famem à Domino impetrauerit,
 3. Reg. 17. Vnde ad Achab perfidum Regem, precipuumque perfidiæ popu-
 laris autorem diuino Spiritu concitatus ait; Viuis Dominus
 Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia,
 nisi iuxta oris mei verbum. Ex his autem verbis colligere licet, vi-
 rum sanctum hoc modo orasse: Domine Deus meus, tu, qui nul-
 la re indigens omnia propter temetipsum, hoc est, propter no-
 minis tui gloriam condidisti (tu enim es & ego, hoc est, princi-
 pium & finis rerum: sicut enim nullum aliud esse rerum princi-
 pium potuit nisi tu: ita nullus alius finis, cui omnia deseruient,
 præter te.) sic tamen omnia in sapientia tua disposuisti, vt cæli
 quidem, terræ, ac maria, & omnia quæ cæli complexu continen-
 tur, humanæ vitæ vsibus deseruient: homo autem, harum rerum
 dominus, te vnum suspiceret, te coleret, tibi omnia accepta refer-
 ret, tibi pro tantis beneficijs gratias ageret, tibi que inseparabili
 amoris vinculo copularetur. Hoc nisi fiat, quis huius mundi, quis
 rerum omnium in hoc inferiori mundo conditarum vsus dignus
 erit? At miserandi homines eò cæcitatibus atque vesanis, Satana de-
 mentante, peruenerunt, vt nihil minus cogitent, nihil minus cu-
 rent, nihil minus faciant, quàm id ad quod facti & conditi sunt:
 imo verò gloriam tibi vni tot nominibus debitam, ad lapides, &
 ligna impiè atque nefariè transfulerunt. Quæ cum ita sint, non video
 in quem vsum tales homines in mundo agere, vel cur superstitēs es-
 se, vel cur cæteræ illis creaturæ obsequi & seruire debeant, cum ipsi
 communi omnium Domino minimè obsequantur. Fac ergo, Do-
 mine, ne cæli de super pluuia in terram demittant. Vim cælorum,
 imbrium, nubium, ventorum, maris, & fontium contine: vt neque
 cæli rorem, nec terra germen illis præbeat, quò acerbissima fame
 præuaricatores conficiantur, & intercant, atque meritas scelerum
 suorum pœnas pendant. Ad has ergo preces, non vnus annus, sed triū
 annorum & sex mensium sterilitas sequuta est. Quo quidem tempo-
 re, cum vir diuinus tantam illam cladem cerneret, cum hic pueros
 clamantes, & lamentabili voce panem postulantes, alibi cadentes, &
 animam præ famis magnitudine efflantes, alios rapientes, & vim alijs
 (si quid

33 (si quid fortè panis alicubi repositum esse intelligerent) inferentes,
 alios verò lurida facie, & pallore oris famem & maciem ostentantes,
 & omnia denique luctu, lachrymis, & morte plena cerneret; nanquã
 tamen vir sanctissimus hoc tam diuturno & miserabili spectaculo ad
 misericordiam flexus est, vt vel guttam aque impetraret his, quos vi-
 ta indignissimos iudicabat. Nec hoc tandem in animum induxit, do-
 nec de sceleris autoribus, nempe sacerdotibus Baal, supplicium sum-
 pfit. Vbi enim insigni edito miraculo populum ad Dei cultum tradu-
 xisset, & quadringentos prophetas Baal vno die super vno lapide iu-
 gularisset, corporaq; eorum inhumata in torrentem præcipitari iussit.
 tunc demum impiorum cruore atque vindicta exatiatus, pluuia
 à Domino petijt, & impetrauit. ¶ Quid verò Moyse? quo diuini ar-
 doris zelo incanduit, vir alioqui super omnes qui morabantur in ter-
 ra mitissimus? Is enim qui regi apum exemit aculeum, huic, populi
 sui principi, omnè iram impetum ademittit. Quòd verò is diuini gloriæ
 zelo exarsit, cum è monte descendens populum ante vitulum, quem
 sacrilega perfidia pro Deo fabricauerat, iudètem inuenit? Tãto enim
 furore ac dolore exagitatatus fuit, vt sacratissimas illas tabulas, ip-
 sius digito Dei mirabiliter inscriptas, & quadraginta dièrum ieiunio im-
 petratas, ad saxa montis illiserit: ac deinde in castra veniens, conueni-
 entibus ad se Leuitis præcepit, vt per medium castrorum districtis gla-
 dijs irruentes, amicos, fratres, filios, ac ipsos denique parentes fer-
 ro trucidarent, nullique vel sexui, vel ætati, vel sanguinis communi-
 ni parcerent. Quod vbi animosè factum est, Consecrasti, ait, hodiè
 manus vestras Domino vnusquisque in filio & in fratre suo. ¶ Et ani-
 maduertite, quæso, mirabilem viri sanctissimi pietatem. Is, qui ita ad-
 uersus infidelem populum desauerat, tanto erga illum compassio-
 nis affectu commotus est, vt rursum quadraginta dièrum ieiunio in-
 dignantis Domini iram tanto studio lenire curauerit, vt dicere non
 dubitauerit; Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, in quo
 scripsisti me. Anima duertite quæso fratres, quanta hinc lenitas, quanta
 illic seueritas: quanta illic indignatio, quanta hinc compassio: quantus
 denique illic furor, quantus verò hinc amor! His enim verbis hoc dice-
 re videbatur; Tanto, Domine, huic populo, quem mihi seruandum
 tradidisti, amore conglutinatus sum, vt nullo modo me ab illo sece-
 nere valeam: sed quæ illius fors futura sit, eadem mihi cum illo com-
 munis sit: neq; enim illo pereunte, salus mea esse mihi grata poterit.
 Quare aut vtrosque seruare, aut vtrosque damnare debes: ideoque
 precor, vt vel dimittas eis hanc noxam, vel de libro, in quo me scripsi-
 sti, deleas.

3. Reg. 18.

Num. 12.

Simil.

Exod. 32.

Exod. 32.

Exod. 32.

sti, deleas. Quis igitur hanc tantam veræ charitatis flammam non miretur? non obftupefcatur? non meritis in cælum laudibus tollatur? Quid verò illud? quàm ftupendum, quòd Paulus anathema fieri pro hominum falute optauit? Vnde, quæfo te Paule, tantus hic fraternæ falutis amor? vnde hæc ingens charitatis flamma? vnde tantus dolor propter eos, quos à cæleſti hæreditate excidere videbas? Reſpondere utique is poterat; Nimirum, quia quæ bona iſti amittant, & in quas ſeſe miseras conijciant, non ſolum fide teneo, ſed oculis etiam contemplatus ſum. Cùm enim in paradifum delatus fui, ac illius immentæ pulchritudinis ſpeciem contemplatus ſum, vidi quæ pios felicitas, quæ improbos maneat infelicitas, qui hoc tanto bono priuandi ſunt. Quæ res animam fraternam charitate flagrantem tam acerbò dolore cruciat, vt bene mecum agi putarem, ſi illis hæc tanta felicitate fruantibus, ab ea ego exciderem.

Rom. ii. 9.

a. Cor. 12.

Nunc ad vos fratres: diligenter quæſo hoc negotium expendamus. Si tantum illud bonum eſt, quod pijs in cælo reſiſtum eſt, & quo reprobi omnes priuandi ſunt, vt tanto ſe Paulus diſcriminari obijceret, quo nullum excogitari maius poteſt, ne homines felicitatem amitterent, (cùm eorum tamen falus ad ſe nihil pertineret) quis hæc tantam cæcitatem & amentiam hominum ferre poterit, qui propter ſuam ipſorum falutem ne leuiſimæ quidem diuinæ legis ſarcinæ humeros ſupponere velint, cùm Apoſtolus tanto ſe oneri non propter ſuam, ſed propter aliorum falutem verè & ex animo ſubiecerit? Quis non obftupeſcat? cuius viſcera non ditrumpanantur? quis non etiam clamores in cælum tollat? Quis hoc argumento Dæmonum potentiam, & hominum dementiam & ſtuporem non videret? Quid hic ratio, quid conſilium, quid cæleſtis doctrina in pectore chriſtiano facit? quo modo aduerſus eos, qui cum in iniuſtitia detinent, non inſclamat?

Quid ergo nunc ſuper eſt fratres, niſi deprecari vos atque obſtari, vt tot propoſitis argumentis & exemplis intelligatis tandem, qua ſollicitudine & ſtudio falutis veſtræ negotium curare debeatis: quandoquidem tam multa propter illud ſanctiſſimi quiſque viri & fecerunt, & pertulerunt. Ferreus enim ſit oportet, quiſque tam magna propoſitis argumentis, & exemplis, ad pietatem non emollitur.

Quod à nobis auertat Chriſtus Ieſus, qui cum Patre, & ſancto Spiritu viuunt & regnant in ſæcula ſæculorum Amen.

I N

IN EODEM FESTO BEATISSIMI Dominici Patris noſtri Concio quarta, quæ poſt breuem Euangelicæ lectionis explanationem, clariffima eiufdem Patris miracula, ab eius incomparabili fide & charitate manantia, perſcruſet.

T H E. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regnum cælorum. Matth. 5.



Mnia (inquit Eccleſiaſticus) duplicia: vnum contra vnum, & non fecit quidquam deſſe. His verbis, fratres chariſſimi, diuinæ prouidentie ſolertia declaratur, quæ videlicet nunquam deſicit in neceſſarijs, quæque rebus noxijs ſalutares atque contrarias adiunxit, quæ illarum vim & nocumenta repellerent. Sunt quidem lupi gregibus inſidiantes, ſed ſunt contra canes, gregem aduerſus eorum rabiem tuentes. Sunt viperæ hominibus inſeſtæ, eſt & tiriaca præſentiſſimum contra vipersas remedium. Sunt herbæ noxiæ, morbos inferentes, ſunt rurfum ſalutares, morbos auertentes. Apud Orientales Indos, ac in ea præcipuè Inſula, quæ Ceilam appellatur, capillares colubri ſunt, qui venenato morſu celeri morte interimunt: diuina prouidentia, vt huic præſenti periculo ſuccurreret, eam regionem ſeraciſſimam eſſe quarundam arborum voluit; quarum vel odore, vel guſtu ab hoc periculo homines liberantur. Pomponius Mographus in quadam ex Fortunatis inſulis duos fontes verè mirandæ & occultæ naturæ eſſe ait, ex quorum altero ſi quis biberit, riſu ſoluitur: cuius mali remedium eſt, ex altero bibere. Sed dicet aliquis forſitan; An non fatius fuiſſet, ſi diuina prouidentia à nocituris creandis abſtinuiſſet, quàm ſi cum nocituris etiam profutura creaiſſet? Minimè quidem: hæc enim ratione non ita admirabilis diuinæ prouidentie cura eluceret, quæ modò manifeſta eſt, dum tam varia & exquisita remedia aduerſus tam multa incommoda excogitauit. Hæc enim ratione, qualem noſtri curam gerat, multis ac maximis argumentis declarauit. Quorſum hæc? Nempe vt in operibus etiam gratiæ, diuinæ prouidentie ſolertiam agnoſcamus. Cùm enim humana natura, propter commune originis peccatū, multis modis læſa & ſauciata

Pomponius

sauciata fuerit, multis quoque medicamentis & remedijs indiget. Inter omnia autem vitiatæ naturæ mala, quatuor præcipuè numerantur, nempe, cæcitas in intellectu, languor in voluntate, in libero arbitrio infirmitas, & in sentiendi appetitu variarum prurigo cupiditatũ. Aduersus autem quatuor hæc mala, post sacramentorum medicamentis, diuini verbi ministerium cælestis medicus opposuit, quod præsentissimum malorum omnium remedium & medicamentum est. Sic

Sapient. 16. enim de eo in libro Sapientiæ legimus; Non herba, aut malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine qui sanat omnia. Hoc igitur medicamento quatuor illa animæ nostræ vulnera sanantur: ideoque quatuor nominibus verbi huius ministri in hodierna sancti Euangelij lectione designantur. Primum enim, vt ab hoc incipiamus, sal terræ appellantur; quoniam appetitus & cordis nostri pruriginem, diuini verbi mordacitate & acrimonia à peccati corruptela præseruant. Deinde mundi lumen, & veluti spirituales Solem eos vocat, qui eiusdem diuini verbi luce prauarum opinionum atque errorum tenebras à mentibus nostris discutiunt. Exinde verò illos ciuitatem supra montem positam esse ait: quoniam ipsi cælestis doctrinæ virtute, nutantia infirmorum hominũ corda, cum eos humani generis hostes adoriuntur, confirmant: quod planè faciebat ille, de quo scriptum est; Nutantes confirmauerunt sermones tui, & genua debilia roborasti. Postremò, lucernam ardentem. eòdem nominat: quoniam argentia hominum pectora diuini amoris igne inflamment. Videtis ergo fratres, verum esse, quod Ecclesiasticus ait; Omnia duplicia, vnum contra vnum à diuina providentia conuenientissimè instituta fuisse.

Cæterum, quanta sit eorum dignitas, qui hoc diuini verbi ministerio in Ecclesia funguntur, in sacra huius lectionis sine Dominus ostendit, cum ait; [Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum.] Quæ quidem verba summam Dei nostri bonitatem, summamque erga genus hominum charitatem maximè declarant: quandoquidem ad eòdè magnum præmium alienæ salutis autoribus proponit, vt inter principes & magnos viros in eo regno numerentur, in quo magnum esse summam dignitas & gloria est. Hac enim tanta gloria prædicatoribus constituta, non obscure declarauit, quanto salutis nostræ amore teneatur. Sicut enim Rex, qui multa aureorum millia pollicetur ei, qui homicidam aliquem prodiderit, hoc ipso quàm sit iustitiæ cultor & amator ostendit: sic, cum Dominus tam magnifica præmia ijs, qui aliorum salutem student, proposuerit, satis declarat, quanto opere hominum salutem sitiat. Idem etiam non mi-

Psal. 108. nus aperte ostendit, cum ad inferenda Sodomæ supplicia pergens, ait ad Abraham; Nunquid celare potero Abraham quæ facturus sum, cum futurus sit in gentem magnam? Amicorum maximè proprium est, arcanorum communio, quemadmodum Saluator ait; Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Ad hanc ergo tantam dignitatem sanctus ille Patriarcha euectus fuit, vt amicus Dei nominaretur, & esset: ideoque cõtra leges, & sanctissimam amicitia iura se facturum Dominus insinuat, si consilia & arcana sua ab eo absconderet: vnde ait; Num celare potero, &c. Vnde verò hæc tanta dignitas? vnde tanta gloria? Subdit causam: Scio enim quòd præcepturus sit filiis suis, vt timeant Dominum. Hanc verò præcipuam huius amicitia causam affert, quæ non modò in Episcopos, & Ecclesiæ Doctores, fed etiam in bonos patres familias (quælis ille erat) cadere potest: vt hinc intelligatis, qui seruatorũ, aut filiorũ greges habetis, quàm lata vobis ad amicitiam Dei promerendam via pateat. ¶ Nec verò merces illa, quam Iacobus Apostolus præscribit, paruifacienda est: sic enim ait; Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudine peccatorum. Cur hoc præmium, quod veræ penitentia proprium est, officio docendi tribuit? Nimirum, quia sicut is, qui prauis cõsilijs alium inducit ad flagitia, flagitiorum eius particeps efficitur: ita qui alium reuocat ab illis, hanc à superno iudice mercedem percipit, vt ipse à suis quoque sceleribus liberetur. His igitur tantis præmijs propositis, fratres, hoc agamus, hoc diligentissimè curemus, vt partim verbo, partim exemplo, partim pijs admonitionibus, partim etiam præcationibus alios ad saniorè mètè perducere studeamus. Cum enim alienè salutis negotium gerimus, nostram planè causam agimus, sicut scriptum est; Anima quæ benedicit, impinguabitur; & quæ inebriat, ipsa quoque inebriabitur. Hac autem ratione beatissimi Patris Dominici ingentes gratiarum opes & virtutes colligere licebit. Si enim qui fecerit, & docuerit, magnus est habendus in regno cœlorũ (hoc est, in Ecclesia, quæ nunc contra hostes militat, & in ea, quæ gloriosa de triumphato hoste trophæa reportat) quàm magnus vtrobique erit, qui tot animarum millia, vitæ atque doctrinæ suæ ministerio tum per se, tum per ordinis à se instituti ministros, Christo lucrificet?

Math. 5. §. I.
¶ Hanc autem singularem beatissimi Patris nostri magnitudinem declarat non solum eius vitæ sanctissimè acta, sed etiam miraculorum

Pro. 11. §. I.
¶ Hanc autem singularem beatissimi Patris nostri magnitudinem declarat non solum eius vitæ sanctissimè acta, sed etiam miraculorum

Tom. ij. H magni-

7 nus aperte ostendit, cum ad inferenda Sodomæ supplicia pergens, ait ad Abraham; Nunquid celare potero Abraham quæ facturus sum, cum futurus sit in gentem magnam? Amicorum maximè proprium est, arcanorum communio, quemadmodum Saluator ait; Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Ad hanc ergo tantam dignitatem sanctus ille Patriarcha euectus fuit, vt amicus Dei nominaretur, & esset: ideoque cõtra leges, & sanctissimam amicitia iura se facturum Dominus insinuat, si consilia & arcana sua ab eo absconderet: vnde ait; Num celare potero, &c. Vnde verò hæc tanta dignitas? vnde tanta gloria? Subdit causam: Scio enim quòd præcepturus sit filiis suis, vt timeant Dominum. Hanc verò præcipuam huius amicitia causam affert, quæ non modò in Episcopos, & Ecclesiæ Doctores, fed etiam in bonos patres familias (quælis ille erat) cadere potest: vt hinc intelligatis, qui seruatorũ, aut filiorũ greges habetis, quàm lata vobis ad amicitiam Dei promerendam via pateat. ¶ Nec verò merces illa, quam Iacobus Apostolus præscribit, paruifacienda est: sic enim ait; Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudine peccatorum. Cur hoc præmium, quod veræ penitentia proprium est, officio docendi tribuit? Nimirum, quia sicut is, qui prauis cõsilijs alium inducit ad flagitia, flagitiorum eius particeps efficitur: ita qui alium reuocat ab illis, hanc à superno iudice mercedem percipit, vt ipse à suis quoque sceleribus liberetur. His igitur tantis præmijs propositis, fratres, hoc agamus, hoc diligentissimè curemus, vt partim verbo, partim exemplo, partim pijs admonitionibus, partim etiam præcationibus alios ad saniorè mètè perducere studeamus. Cum enim alienè salutis negotium gerimus, nostram planè causam agimus, sicut scriptum est; Anima quæ benedicit, impinguabitur; & quæ inebriat, ipsa quoque inebriabitur. Hac autem ratione beatissimi Patris Dominici ingentes gratiarum opes & virtutes colligere licebit. Si enim qui fecerit, & docuerit, magnus est habendus in regno cœlorũ (hoc est, in Ecclesia, quæ nunc contra hostes militat, & in ea, quæ gloriosa de triumphato hoste trophæa reportat) quàm magnus vtrobique erit, qui tot animarum millia, vitæ atque doctrinæ suæ ministerio tum per se, tum per ordinis à se instituti ministros, Christo lucrificet?

8 §. I.
¶ Hanc autem singularem beatissimi Patris nostri magnitudinem declarat non solum eius vitæ sanctissimè acta, sed etiam miraculorum

9 §. I.
¶ Hanc autem singularem beatissimi Patris nostri magnitudinem declarat non solum eius vitæ sanctissimè acta, sed etiam miraculorum

¶ Hanc autem singularem beatissimi Patris nostri magnitudinem declarat non solum eius vitæ sanctissimè acta, sed etiam miraculorum

¶ Hanc autem singularem beatissimi Patris nostri magnitudinem declarat non solum eius vitæ sanctissimè acta, sed etiam miraculorum

¶ Hanc autem singularem beatissimi Patris nostri magnitudinem declarat non solum eius vitæ sanctissimè acta, sed etiam miraculorum

¶ Hanc autem singularem beatissimi Patris nostri magnitudinem declarat non solum eius vitæ sanctissimè acta, sed etiam miraculorum

¶ Hanc autem singularem beatissimi Patris nostri magnitudinem declarat non solum eius vitæ sanctissimè acta, sed etiam miraculorum

magnitudo, quæ eiusdem fanctitatis locupletiffimus testis eft. De his 10 ergo fratres in præfenti concione dicere inftitui, fed ita tamen oratio nem meam temperabo, vt non folum tantarum rerum admiratione, fed multò magis imitationis cupiditatem animis veftris iniiciã. Quid enim noftra refert præclara fanctorum gelta virtuteſque mirari, fi vita noftra à fanctiffimis eorum moribus inftitutifque abhorreat?

Principiò igitur fatiſ conſtat, tam multas eſſe cauſas, propter quas faluti, & vitæ noſtræ autorem Deum diligere, & colere debeamus, vt fi omnes Angelicæ mentes in linguas verterentur, non modò pro dignitate explicare, fed nec percenſere quidem eas & enumerare poſſent. Quia tamen varia ſunt hominum ingenia, variæque mores & affectus, aliæ cauſæ alios mouere magis ſolent. Quofdam enim celeſtis præmij ſpes & amor vehementer allicit: quo affectu fanctus illè

Paſal. 118. Hierony. Rex aiebat: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem. pro quo Hieronymus ex Hebræo

Hieron. ad Eufioch. vertit, propter æternã retributionem. ¶ Sunt rurfus alij, quos gehennæ metus vehementer concutit, & ad officium inducit. Quod quidem de ſe D. Hieron. in Epifto. ad Eufiochium de virginitate ſeruada fatetur: in qua, vbi ſolitudinis & inediæ ſuæ labores, quos in deſerto pertulerat, enumeraflet (in quo. cibus illi crudæ herbe, potus aqua, ſocij ſerpi & ſcorpiones erant) tandem ait, Ego ipſe, qui gehennæ metu talime carcere damnaueram, ſcorpionum tantum locius & ferarum, &c. ¶ Sunt autem alij, quos extremi iudicij metus, & horrendus ille tubæ ſonus, quo ſepulta omnium corpora excitabuntur, & ad præteritæ vitæ iudicium vocabuntur, illudque diuinæ ſententiæ fulmen;

Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum; magno opere perterrefaciunt, & à peccando cohibent, ne hoc adeò tremendo fulmine feriantur. ¶ Alios vero quotidianæ mortis conſpectus, & incertæ mortis hora, & ſepulchra, atque deſuncti cadaueris horror, & ratio in morte reddenda, & incertæ ſortis metus plurimum mouet, & ad mundi contemptum inducit. ¶ Sunt alij, quos non tam harum rerum ſpes, aut metus, quàm diuinorum beneficiorum, ac præcipuè Dominicæ paſſionis & redemptiõnis conſideratio allicit; cum animaduertunt ſe totos debere illi, à quo, cum nò eſſent cõditi, & cum perditie eſſent, non corruptibilibus auro & argento, ſed precioſo eius ſanguine redẽpti ſunt. Huius enim beneficij merito Apoſtolus fideles ad pietatis labores & certamina prouocat his verbis, Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus cõtradictione, vt nò fatigemini animis veftris deſideres. Nondũ enim vſque ad ſanguinem reſiſtiſtis, aduerſus peccatum repugnantes.

2. Petri. 1.

Hebræo. 12.

Hæc

Hæc igitur, quæ diximus omnia, haud dubium quin ingentes homini acules ad pietatem admoveant, cum fatiſ ad hoc vel ſingula eſſe deberent. Sed inter has tamen cauſas potentiffima eſt Dei erga pios omnes amicitia, & charitas, quæ ab inexhaulto bonitatis eius fonte dimanat. Amor enim beneficiorum omnium & primum, & maximum, & aliorum omnium cauſa exiſtit. Quiſquis enim verè amat, ſeipſum primò, deinde (quod eſt conſequens) quæ ſua ſunt, ei elargitur. Quod quidem intelligens Ioannes Euangelifta, cum ſe Apoſtolum, Prophetam, Euangeliftam, & Virgineum, Virgineque maris adoptionis filium appellare potuiſſet, his magnificentiſſimis titulis ſilentio præſiſ, vbi que de diſcipulum, què diligebat Ieſus, appellat: vt qui pro bè noſſet, omnia alia dignitatis inſignia hac vna dignitate contineri.

Ioan. 23.

Qua autem dilectione pios Dominus proſequatur, neque vlla ratione predicari, neque vllius amaris comparatione comprehendipotest. Quamuis enim ſponſi erga amantiffimam ſponſam, & parètum erga filios amor maximus ſit (quod Dauidiſ erga paritidam filium amor oftendit) & quicumque alij ſint his etiam vehementiores, algèt tamen, ſi cum Dei erga amicos ſuos dilectione conferantur.

2. Reg. 18.

Cæterum ex immenſa diuinæ bonitatis magnitudine huius fumæ dilectionis coniecturam facere poſſumus. Cum enim eximie bonitatis proprium ſit, bonos diligere, quoque bonitas maior eſt, hoc ſit vehementior hæc dilectio: quæ, quæſo, dilectione bonos diligit, cuius ineffabilis, incomprehenſa, & infinita bonitas eſt? Veruntamè ex donis, atque magnificentiſſimis beneficijs, quibus Dominus amicos ſuos honorat, huius dilectionis cõiecturam facere licet: cum dona hæc velut ſcintillæ quædam ſint, quæ ex huius dilectionis fornacè emicant.

Cuius rei cum tot nobis exempla ſuppellant, quot fancti ab origine mundi ad hanc vſque ætatem exiterunt (in quos Dominus magnificentiſſima dona & beneficia contulit), quàm tamen beatiſſimi Patris Dominici in medium proferã; cuius clariffima ſigna & miracula in cõparabilem Dei noſtri erga ſuos amicitia apertiffimè declarant. Quid enim illi diuina charitas, & benignitas contuliſſimo verò quid nò contulit? Is namque & demonibus potenter imperabat, & omnis generis morbos ſanabat, pluuijs & imbris imperabat; peregriniſ linguis eloquia Domini prædicabat: futura multa propheticò ſpiritu prædixit, obdurata hominum corda potenti virtute, ac precibus flexit, & emolluit. Sed quoniam hæc generatiſ diſta minus fortalle moueãt animos, ad ſingularia miraculorum eius opera deſcendamus; quibus apertè intelligemus, quo honore amicos ſuos Dominus proſequatur.

Hæc quancque

1. Reg. 2. quamque verè ab eodem Domino dictum fit; Quicumque honorifi- 16
gauerit me, glorificabo eum. O si quicumque feculi honores ardentè
exquiritis, huius honoris ambitione flagraretis!

§. II.

¶ Mitto igitur communia hæc miracula, quibus fanitates ægri red-
ditæ fuerunt, ad mortuos, quos vir sanctus ad vitam reuocauit, oratio-
nem conuertamus, à minoribus ad maiora transitum facientes. Quo-
dam in loco fratribus in structura laborantibus, architectum quendam
conductitium in crypta moles supernè dissoluta contriuit, & sub tan-
to pondere diu iacentem penitus extinxit. Concurrunt fratres ad mi-
serabile spectaculum, summo dolore affecti. At pius Pater Domini-
cus, & inopinatæ mortis casum vehemèter miserans, & filiorum mor-
tentium afflictionem non ferens, extinctum cadauer è caeuerna ad fe-
iussit deportari, fuffisque precibus mox illum & viuum, & incolumè 17
restituit, & tristes filios gaudio & consolatione affectit. Qualis ergo
fides illa atque fiducia de diuina benignitate fuit, quæ mortuum homi-
nem, atque ruina ipsa attritum, tam faciliè potuerit vitæ integrum
reddere? ¶ Addam aliud simile, nec minus tamen mirandum. Erat
Romæ matrona quædam vidua, quæ mira erga beatum Dominicum
deuotione ferebatur. Habebat autem filium vnum paruulum, mala
affectum valitudine. Cumque vir Dei in Ecclesia concionem habitu-
rus esset, matrona hæc desiderio audiendi verbum Dei ex ore eius, re-
lictò filio, venit ad concionem. Ea finita, domum reuertens, filium
exanimem inuenit: sed immodicum dolorem ex eius morte conce-
ptum silentio premens, & tum de Dei virtute, tum de beati Domini
ei meritis fiduciam concipiens, assumptis ancillis suis tulit filium ad
Ecclesiam sancti Sixti, vbi tum vir sanctus cum fratribus morabatur. 18
Inuenit autem virum Dei stantem ad fores domus, quam Capitula-
rem vocant, tanquam ibi aliquem expectaret. Vt verò illum vidit, mi-
sit filium defunctum ad pedes eius, & prostrata corâ illo cum lacry-
mis orabat, vt sibi filium restitueret. Dolens ergo ex animo vicem
eius vir misericors, fecerit paululum ab ea, humique se abiciens, bre-
ues Deo preces obtulit. Mox surgens accessit ad mortuum, crucis in
eum signum expresit, manūque eius apprehensa, sanum & incolumè
erexit, reddiditque matri eius, præcipiens ne hoc ad vllius notitiam
perferret. Illa verò cum ingenti gaudio discedens, beneficium Dei,
quod in suscitato filio acceperat, iucunda & glorians in Domino alijs
indicauit, sic vt etiam ad Pontificis aures perueniret. Qui sanè exul-
sans, & donis Dei gratulans, quæ ipsius tempore extitissent, decreuit,
vt omni

19 vt omni populo id pro concione exponeretur. Sed verus humilitatis
cultor Dominicus obstitit, protestans, si id heret, se mare transmis-
surum, nec vnquam deinceps in hisce regionibus moraturum. Remisit
igitur summus Pontifex decretum suum. At quantò vir Dei profun-
dus sese abijcere nitebatur, tantò præpotens Deus eum iubilantius
erigere pergebat.

Quo exemplo, fratres, non solum miram fidei virtutem, quæ in
beatissimo Patre fuit, sed etiam humana gloriæ periculum intellige
re licet: cum eam vir sanctissimus, & supra firmam Euangelij petram
stabilis vsque ad eò exhoruerit, vt mare transire, & in vltimas ter-
rarum oras fugere decreuerit, ne opus illud, (quod tãtam ei gloriã
allaturum fuisse) euulgaretur. O quàm dissimilia sunt carnalium &
spiritualium hominũ studia! Nos inanem gloriam per tela, per ignes,
20 terra marique conquirimus; hic autem vir diuinitus solidam gloriã,
ceu pestem quandam, terra marique fugere destinabat.

Sed quantò magis ille gloriã propter humilitatis custodiam sa-
giebat, tanto maiore illum Dominus honore profecuebatur. Oblata
est igitur illi occasio, qua magnificentissimũ aliud miraculum oculat-
ari eò potuit. Contigit enim virum Dei apud sanctum Sixtum cum
tribus illustrissimis Cardinalibus, eiusdemque domus Abbatissa, &
cunctis monialibus de earundem institutione tractare. Ecce autem
his omnibus cum sancto viro stantibus (vt eæ res diuinitus gesta cui-
dem miraculo declararetur) vir quidam euulans, & comam vellens
voce horribili exclamat; Eheu, cheu. Cunctis exterritis, & sciscitantibus
quid haberet; respondit; Nepos Stephani Cardinalis ab equo ca-
dens mortuus est. Dicebatur is Neapoleon. Ea re. prorsus inopinata
21 & miserabili Stephanus Cardinalis patruus eius attonitus atque percul-
sus in beatum Dominicum caput reclinauit; alij verò excipientes su-
stulerunt eum. At sanctus Pater surgens, aquam benedictã in Chri-
sti nomine ei asperxit. Porro frater Tancredus dixit ad virum Dei:
Vbi est pietas tua pater? vbi nunc fides in Dominum? Cur pro salute
adolescentis non oras Deum? Tum vir Dei egressus ibat ad cadauer,
miseranda cõulsione, & immodica dissipatione horribiliter detur-
patum. Insuper autem illud in quãdam ædes inferri; porro F. Tancre-
do, & alijs, qui cum ipso erant, dixit vt pro sacrificio offerendò altare
sibi præpararent. Ibant ergo Cardinales cum suis, & Abbatissa cum
sanctimonialibus ad locum vbi vir beatus erat hostiam salutarem
immolaturus. Cum autem iam astaret ad aram cum summa, vt sole-
bat, reuerentia, immenso perfusus est lachrymarum imbre, Spiritu
Tom. ij. H 3 sancto

ſancto flante : cumque corpus Chriſti puriſſimis manibus in altum 22
 eleuaret, cunctis, qui aderant, ſpectantibus, & ſtupentibus, ipſe pari-
 ter cubiti vnus altitudine à terra eleuatus eſt, corpus terrenum &
 graue animi deuotione & ſpiritu gratiæ ſurſum attollente. Oblatio-
 nis inde miniſterio piſſimè peracto, vir beatiſſimus ad corpus de-
 functi, Domini miſericordiam imploraturus, acceſſit. Sequebantur
 eum Cardinales cum famulis ſuis, item Abbatiffa cū fororibus ſuis,
 cum morore & fiducia, quid in ſui nominis gloriâ Dominus factu-
 rus eſſet ignorantes. Stans autem vir piſſimus ad corpus extinctum,
 caput, & cætera membra conquaſſata, ipſoſque pedes manu ſua con-
 tractauit, ſuis locis accuratè & commode omnia componendo. Dein
 de ad preces iuxta feretrum ſe contulit. Cumque hunc in modum
 ſecundò & tertio feciſſet, ſurgens ab oratione, ſigno crucis eum con-
 ſignauit: ſtanſque ad caput defuncti, ſublatis in cælum manibus, di-
 uina virtute ipſe plus quam cubito vno ſuſpenſus in aère, magna vo-
 ce clamauit, Adoleſcens Neapoleon, in nomine Domini noſtri Ieſu
 Chriſti tibi dico, ſurge. Confeſſim videntibus cunctis, qui ad tam
 grande ſpectaculum confluxerant, ſanus & incolomis ſurrexit, di-
 xitque ad virum Dei : Pater, da mihi: quod edam. Moxque vir pius
 dedit ei cibum & potum, ſanumque & hilarem; nec vllum contriti
 corporis veſtigium habentem reddidit venerabili viro Stephano
 Cardinali. Iacuerat exanimis à mane vſque ad horam nonam. Quàm
 multa ſunt fratres, quæ in hoc diuino opere mirari poſſumus? Et
 quidem, ne cui de hoc tanto ac tam inſolito miraculo vlla dubitatio
 ſubrepat, meminerit illud non in angulo, aut intra priuatos parietes,
 ſed in frequentia ac luce populi Romani geſtum fuiſſe. Nam & de
 caſu ac morte adeò nobilis adoleſcētis rumor per totam urbem per-
 24
 latus eſt. Excitatiōi autem eius tres Cardinales, totidemque eorum-
 dem familia, & magnus ille virginum cum Abbatiffa ſua chorus in-
 terſuerunt. Quis igitur adeò impudens eſſet, qui ea tempeſtate hoc
 miraculum fingere potuiſſet, cuius teſtimonio tot teſtes, tam multi,
 tamque idonei refragari potuiſſent? De hoc igitur opere, quamuis
 adeò ſtupendo atque mirabili, nulli ſanæ mentis homini dubitare
 licet. In quo quidem cum multa ſint admiratione digniſſima, illud
 ego cum primis admirandum iudico, potuiſſe virum ſanctum in
 tanta ſpectatorum frequentia ſic à ſenſibus abſtrahi, & in Deum ele-
 uari, vt corpus etiam ſimul cum ſpiritu à terra ſublatum in aère
 pendēret. Si hoc enim illi aut in ſolitudine, aut in abditiſſimo loco
 degenti contigiſſet, vbi nihil eſſet quod orantis mentem intertur-
 baret,

25
 baret, non adeò mirum eſſet; ſed quòd in media populi turba poſi-
 to, hoc illi contigerit, id verò maximè mirabile eſt. Si enim magnus
 ille Antonius orientem Solem accuſabat, quòd eius luce oculi cor-
 porearum rerum obiectu intentionem animi eius aliquatenus im-
 pedirent; cum is tamen in deſerto vitam ageret: ſi beatus item Syl-
 uanus, dum hortulum foderet, oculos ita contegebat, vt terram ſo-
 lum aſpiceret, ne per alia diſſuuentes oculi animi eius intentionem à
 Deo auocarent; cuius admirationis eſt; beatum Dominicum tanta
 ſpectatorum multitudine aſtante; & rei ſuam expectante, potuiſſe
 ſic mentem ſuam colligere, & omnes animæ ſuæ vires ſic ad interio-
 ra reuocare, vt ipſum etiam graue ac ponderoſum corpus à terra
 eleuaretur: hoc mihi planè non minus mirum, quàm defuncti cor-
 poris ſuſcitatio videtur. Et quidem apparet, virum ſanctum diuina
 26
 reuelatione præuidiſſe; mortuum illum eſſe in omnium conſpectu
 ad vitam reuocandum: quo miraculo omnipotens Deus veller &
 multorum fidem confirmare, & ordinis à ſe inſtituti gloriā illu-
 ſtrare; & ſeruum ſuum magnificentiſſimo illo opere honorare.
 Quæ quidem diuina bonitatis dignatione vir ſanctus vſque adeò
 in conditoris ſui amorem exarſit, vt graue corpus ſpiritu ad ſu-
 pera in amplexus cœleſtis Sponſi tendentem ſequeretur. Cur enim
 ardentiffimo amore non flagraret, qui ſe Dei filio, Lazarum à mor-
 tuis excitanti, ſimilem quodammodo fieri cerneret? Si enim idem
 filius Lazarum ad vitam reuocaturus, ob inſigne illud miraculum,
 quo erat eius gloria illuſtranda, eleuata voce gratias egit cœleſti
 Patri dicens, Pater gratias ago tibi, quia ſemper me exaudis: quo
 27
 mentis ardore beatus Dominicus eidem Patri gratias egit; cum ſe
 in hoc opere Dei filio, & vniuerſorum hæredè ſimilem quòdam-
 modo fieri vidit. Hoc etiam exemplo diuinæ providentiæ curam
 atque ſolertiam animaduertere licet, cuius eſt attingere à fine vſque
 ad finem fortiter, & diſponere omnia ſuauius. Volebat enim hu-
 manæ ſalutis amator Dominus in Eccleſia ſua nouum ordinem
 inſtitui, cuius profeſſores ſtudium ſuum ad animarum ſalutem
 conferrent: ideoque eius ordinis autorem & parentem hac tan-
 ta ſignorum claritate voluit apud homines illuſtrare, vt paren-
 tis gloria in ordinis à ſe inſtituti gloriā & firmamentum ce-
 deret. Olim quidem Dominus duci Ioſue, quem ipſe populo ſuo
 præſecerat; Iordanis aquas ad eius imperium ſurſum reſecti
 voluit; quòd populus per arenam alueum tranſiret; vt hoc nouo
 miraculo eius populi fidem atque obedientiam erga illum ſta-
 biliret.

20. 11. 11.

Sapient. 8.

Eosue. 3.

biliret: itaque ad illum ait; Hodie incipiam exaltare te coram omni 38
 Israel, ut sciant, quod sicut cum Moyse fui, ita & tecum sum. Cum igitur
 beatus Pater intelligeret, voluisse Dominum hoc nouo &
 insigni miraculo & seruum suum, & ordinis à se instituti gloriam
 illustrare, tanto erga illum amore exarsit, ut eius mens hanc adeo mi-
 rabilem in omnium conspectu egestatem pateretur. Hac enim ratione
 præclara sanctorum cepta felices exitus fortuntur. Deinde illud
 etiam considerandum est, quia se religione vir sanctus ad hoc opus
 antè parauerit. Eusebius Propheta platem ad se adduci præcepit, ut
 suauis illa modulatione mens eius in Deum sublata, diuina acciperet
 responsa. At beatus Pater Dominicus ad fontem gratiæ, hoc est, ad
 Eucharistiæ sacramentum accessit: in cuius celebratione, lachryma-
 rum flumina ex charitatis ardore emanantia ab eius oculis frequen-
 tissimè erumpebant: & ad illud omnes, qui varijs calamitatibus 29
 premèrentur, confugere docuit. In quo operè illud etiam mira-
 bile est, quod vir sanctus flagrantissimo miserationis affectu hu-
 manæ gloriæ metum superauit. Qui enim paulò antea, cum pue-
 rum infantem à morte excitasset, & Pontifex Maximus ingens illud
 miraculum ad fidei confirmationem promulgari voluisset, & vir
 sanctus ad egrè hoc tulisset, ut se maria transmissurum mina-
 tus fuerit si miraculum illud in publicum proderetur; modò inge-
 nti miserationis affectu superatus, periculum illud, diuina ope
 fretus, contempsit: nec spe sua fraudatus est, qui tam mirabili ac
 stupendo opere in media vrbe Roma spectantibus Cardinalibus
 edito, nullo humanæ gloriæ affectu eius mens aspersa fuit. Quis
 igitur non hic apertè videat, virum sanctum in mundo agentem,
 mundo penitus mortuum soli Deo viuere? Felices vos fratres, qui 30
 talem parentem habetis, sub cuius institutis & disciplina militatis:
 felices, qui talem apud Deum aduocatum atque patronum nacti
 estis: felices, qui hoc tantum fidei atque virtutum omnium exem-
 plar ante oculos positum habetis; si tamen vitam vestram huic
 exemplari conformare studeatis; ne illos imitemini, qui cum de Abra-
 hamo patre gloriarentur, Abrahamæ opera sectari detrectabant. Hac
 autem sancti viri humilitas eò mirabilior extitit, quod ex eò tempo-
 re tantæ venerationi hominibus fuit, ut quocumque pergeret, certam
 ad eum omnes currerent, vestimque oras ita discinderent, ut
 vix illius genua vestis tegeret. Cumque loci eos, qui hoc facere ten-
 tabant, à viro sancto repellerent, ille ad focios conuersus, Sinite, inquit,
 illos fidei suæ satisfacere.

Ioan. 8.

Quamuis

31 Quamuis autem opus hoc admirationem omnem superare videat-
 tur, dubius tamè animi sum, an. quod modò subijciam, sit mirabilius.
 Cuidam enim religioso patri illiusque familiari amico secretò reuela-
 uit, se nihil vnquam à Dei benignitate petiuisse, quod assequutus nõ
 fuerit. Hoc autem quid aliud est, quàm hominem quodammodo om-
 nipotentem fieri? Quis igitur hoc exemplo non apertè videat, verum
 esse quod Propheta dicit; Oculi Domini super iustos, & aures eius in
 preces eorum: & quod idem Dominus per Isaiam pollicetur, eum ait;
 Túc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum. 32
 Quàm promptam vir sanctus obedientiam Domino exhibebat, qui
 tam promptam erga se Domini misericordiam experiebat? Hoc e-
 nim idco miraculis cæteris mirabilius esse dixi, quod hoc non semel
 atque iterum, sicut cætera miracula, sed frequenter ipsi contigerit.

psal. 33.

Isai. 58.

32

§. III.

¶ Sunt autem alia minora, quæ tamen diuinæ erga illum charitatis,
 & paternæ providentiæ clarissima indicia sunt. Quò enim minora
 erant, quorum summa illa maiestas curam gerebat, hoc maiorem erga
 illum dilectionis vim ostendebat. Cum vir sanctus prædicando
 discurreret, crebriò fluniolum Aregiam pedibus transibat. Accidit
 autem, ut libri, quos in sinu ferebat, dum se succingeret, in medias
 aquas laberentur. Tum ille benedicens Deum cuidam religiosæ
 matronæ id indicauit. Tertio die piscator, capiendis illic piscibus in-
 tentus, cum se speraret grandem piscem hamo extracturum, libros
 extraxit vsque ad eò inuiolatos, ac si in bibliotheca asseruati fuissent.
 33 Quod miraculum ea res mirificè amplificat, quod nec pannum, nec
 quicquam munimenti habebant codices, præter beati viri merita.
 Eos matrona cum ingenti gaudio Tolosam misit seruo Dei. ¶ Addã
 aliud huic non dissimile miraculum. Traiecit quandoque cum mul-
 tis alijs vir sanctus quendam fluiuium. Is autem qui eos transuxerat,
 importunè denarium ab illo pro nauo exigebat. Respondit ei vir
 sanctus; Seruus Dei sum, & discipulus Iesu Christi. Argentum & au- 34
 rum non est mihi: mercedem regni cælorum tibi promitto. Quod
 miser ille vilipendens, inliruit acrius, & sanctum vi per cucullam tra-
 hens. Tum ille sublatis ad cælum oculis parumper intra se orauit: moxque
 in terram aspiciens, denarium diuino nutu illic iacentem vidit; aitque
 homini, Ecce frater, tolle quod petis, & me liberum in pace dimitte.

Acto. 3.

H 3 His

Seneca.

His exemplis, fratres, animaduertere licet, qualem superna illa ma-
iestas filiorum suorum curam & providentiam gerat: quippe quæ
non ad maiora solum, sed ad minima etiam eorum negotia curanda
sefe demittere non dedignetur. Quæ mihi non tam providentia,
quàm materna quædam suavitas & indulgentia esse videtur. Seneca,
acerrimus alioqui inter Stoicos providentiæ defensor, nequaquam
tamen eam ad minutissima quæque providenda descendere arbi-
tratur: itaque ait; Nunquid à Deo sperandum est, ut bonorum viro-
rum sarcinas seruet? At diuersum planè his exemplis animaduerti-
mus: cum Dominus serui sui res minimas, hoc est, amissos libellos,
quos sinu gestabat, duplici miraculo, & à piscatore inuentos, & ab
aquarum humore intactos illi restitutos curauerit; & naulum
etiam, ut exactori flagitanti satisfaceret, cœlitus prouiderit. Cæterum
quo vir sanctus charitatis ardore æstuaerit, quo spiritus gaudio
exultauerit, cum his argumentis talem erga se omnipotentis Dei
curam & providentiam contemplatus est, non est facultatis nostræ
hoc verbis consequi. Nec minus tamen sancti Patris spes quàm cha-
ritas his miraculis aucta est. Quid enim à Deo non speraret, qui tan-
tam hanc eius erga se benignitatem & indulgentiam experiebatur?
Quo enim studio curaret maiora, qui in his etiam minimis sic fideli
seruo suo prospiciebat?

2. Cor. 3.

Quid igitur ex his, quæ hæcenus dicta sunt, colligere licet fra-
tres? Multa sanè, si in his Domini operibus philosophari rectè scia-
mus. Constat planè salutis nostræ fundamentum & initium in diui-
næ bonitatis cognitione positum esse. Eius enim consideratio ad
ipsius amorem (in quo christianæ vitæ summa constituta est) nos
vehementer accendit. Hanc autem bonitatem, dum in hac vita sum-
mus, & per fidem, non per speciem ambulamus, per maxima illa be-
neficia, quæ in bonos confert, præcipuè cognoscimus. Quanta enim
illa bonitas est, quæ bonos viros tanto amore prosequitur, quæ tam
solicitam eorum non in magnis solum, sed in minimis etiam curam
gerit, quæ sic dæmones, sic omnis generis morbos, sic insuperabilem
mortem, sic postremò elementa omnia, & naturæ leges, quæ solius
Dei imperio parèt, eorum imperio & voluntati subiecit? Si enim amo-
ris magnitudo magnificis operibus & beneficijs agnoscitur, quo
pios Dominus amore complectitur, quando quæ sibi vni refer-
uauit, in illos confert; ut hæc ratione apertè doceat, amicis suis
bona quoque sua esse communia? Ad Regum filios pertinet, ut
in paterna dōno famuli omnes filiorum imperio perinde atque
parentes

Simil.

parentis obtemperant. Hunc autem honoris principatum Dominus
amicis suis confert, ut in amplissima huius mundi domo, quam
Deus inhabitat, cuius famuli omnes creaturæ sunt, sic eæ omnes
amicorum Dei præceptis, atque ipsius conditoris imperio pareant.
Quid igitur hoc esse dicam, nisi homines ipsos, hoc est, exiguos ver-
miculos ad supernæ diuinitatis consortium euehere? Quia enim illi
se totos conditoris sui obsequio tradiderunt, ipse vicissim se illis to-
tum tradidit: quia illi se fideles erga illum seruos præsterunt; ipse
fidelem se illis Dominum exhibet: quia illi filiorum affectu Deum ut
parentem dilexerunt, ipse illos ut charissimos filios paterno profe-
quitur affectu: quia ipsi sanctissimæ eius voluntatē plenissimè imple-
uerunt, ipse contrà erga eos implet, quod per Prophetam pollicitus
est, cum ait; Voluntatē timentium se faciet, & deprecatione eorum
exaudiet, & saluos faciet eos. Denique, quia ipsi nihil eius amoris præ-
tulerunt, non opes, non honores, non voluptates, nō patrem, aut ma-
trem, aut filios, non postremò vitam ipsam; ita is nullam inferioris
huius mundi creaturam ab eorum obsequio exemptam esse voluit.
Quis igitur tam ferreus esset, tamque sui ipsius inimicus, ut hanc tantā
Dei erga se amicitiam non tota animi contentione atque ardore expe-
tat? Quis hanc tantam summi Dei bonitatē & fidem erga suos non
tota mente, totisque viribus diligat? Quis in tantæ huius pulchritudi-
nis amorem, si quidem id fieri posset, non se totū cōuertere studeat?
O mortalium auaritia, quæ tantum perituris & caducis rebus inhiat!
O ambitio, quæ tanto ardore futiles honores, & variantis fortuna: lu-
dibria conquiris; cum tamē has tãtas diuinæ bonitatis & magnificen-
tiæ opes fastidias! Quid hoc aliud est, quàm iumentortū more inanes
paleas & scœnum auro & margaritis anteferre? Sed dicetis forsità; Hęc
tam magnifica priuilegia, quæ hæcenus percensuisti, non omnium,
sed paucorū, hoc est, sanctissimorū virorū sunt. Sic ita sanè: sed ea ta-
men, quāta sit illa bonitas, quāta erga pios charitas, quæ totū nostrū
amorem suo sibi iure vindicat, apertissimè declarat. Non excitabis
mortuos, sed tamen ille te in peccatis mortuum, sempiternæ morti
addictum, si ad illū conuersus fueris, suscitabit: non sanabis ægrotan-
tium corpora, sed is tamen lethalia animæ tuæ vulnera sanabit: nō su-
gabis à corporibus obsessis dæmones, sed (quod est multò saluta-
rius) ab anima tua eos pellet. Quauis igitur ad aliorum salutem mi-
racula patrare tibi minimè cōcedatur, hæc tamē paterna Dei cura &
providentia, quæ ad tuam ipsius salutem maximè pertinet, tibi parata
& promissa est. Nec ad hoc in longinquas oras proficisci, aut maria
transmittere,

Psal. 144.

transmittere, aut ingentes opes infumere necesse est. Hoc enim tantū opus in tua modō voluntate situm est, si vitij repellam dare velis, si diuinis legibus obedire constituas, si non peccata modō, sed omnes etiam peccandi causas fugias, si assiduīs precibus misericordiam Domini depreceris, si ad sacramentorum, hoc est, cœlestium medicamentorum opem & medelam confugas, si panem tuum esuriētī tribuas, si prauas dæmonis suggestiones in ipso primo aditu atque congressu celeriter ab te abigas. His enim rebus in gratiam & amicitiam Domini recipieris, & in ea stabilieris; ac sic tandem ad sempiternæ hereditatis gloriam, quæ fidelibus Dei seruis in cœlo parata est, feliciter peruenies.

¶ IN FESTO B. LAURENTII

Concio prima; in qua, post Euangelicę lectionis explanationem, laborum tolerantiam atque patientiam ad virtutem, & sempiternæ glorię coronam obtinendam esse necessariam, multis rationibus, & præcipuē beatissimi Laurentij Martyris exemplo comprobatur.

T H E. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ioan. 12.



Odierna sancti Euāgelij lectio, fratres charissimi, Dominicę passionis fructum, simul & exemplum, quod imitari debeamus, breuiter exponit. Huic autem doctrinæ tradenda: Gentiles quidam (qui ascenderunt ut Dominum in Ierusalem adorarent) occasionem Domino præbuerunt. Hi namque audita mirabilium operum eius fama, eiusque videndi desiderio incensi, Philippum adiere, hoc illi desiderium suum declarantes. Philippus autem hoc ipsum Andreę significauit, & uterque Domino. At Dominus, qui altissima temper miſeria animo versabat, hac occasione, hoc est, pio Gentilium desiderio commotus, de gentium conuersione, quæ sacratissimæ passionis suę merito & sacrificio iam iam perficienda erat, disserere cepit his verbis.

[Amch,

[Amch, dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.] Appositissima comparatione seipsum frumenti grano in terram iactō similem facit. Vt enim huiusmodi granum, nisi moriatur, ipsum quidem integrum manet, nullum tamen alium fructum profert: at si gremio & humore terrę confortum intreat, & radices altius iaciat, calamis & culmo erigitur, & vberem ex se messem profert: ita si granum illud, quod ex cœlesti horreo in terram decidit, integrum, hoc est, à morte & crucis supplicio liberum permanisset, ipsum solum inter homines æterna salute potiretur; at si per passionis & mortis suę sacrificium scelera nostra expiauerit (quæ aditum nobis in cœlestes illas sedes intercludebant) innumerabiles secum homines felicitatis & glorię suę confortes, passionis suę merito, effecerit. Non enim peccatorum strage (quæ ex natura sua nullius apud Deum meriti est) sed pretiosius corporis & sanguinis sui oblatione litauit: in qua (præter infinitā offerentis personę dignitatem) perfectissima obedientia, altissima humilitas, flagrantissima erga Deum & homines charitas, insuperabilis & inuicta patientia, & plenissima erga miseris misericordia mirabiliter eluxerunt. Quæ quidem virtutes gratissimæ cœlesti Patri fuerunt, qui solo virtutum & sanctitatis suauissimo odore mirifice pascitur, & oblectatur. Huius igitur tanti sacrificij merito, hominibus (quibus patri parentis vitio inſensus fuerat) placatus, propitius iam & amicus effectus, amici in illos officia exercere cepit, dum omnes in eos gratiarum & donorum suorum opes atque thesauros copiosissime effudit. Vnde factum est, ut barbarę immanisque nationes, feris moribus, & dijs commentitijs repudiatis, se Christi seruatoris sui imperio adiungerent, & pietatis, ac verę religionis cultu, meritisque virtutum sempiternam sibi salutem compararent; & illius glorię participes efficierentur, cuius meritis, & sanguine à Diaboli seruitute, & peccati iugo redempti fuerant. Hic est igitur copiosus ille electorum omnium fructus, qui ex cœlestis huius grani morte cōsequitur: est: qui omnes hęc tantum saluissimæ beneficium vni illi acceptum referentes, in Apocalypsi Ioannis magna voce clamant; Redemisti nos Domine in sanguine tuo ex omni lingua & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Apocal. 6.

Subdit autem illico Dominus, [Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.] Quorsum hæc? Opportunè admodum, ad multorum videlicet errorem eliminandum; qui existimant, ita salutem suam à Christi Domini passionis

paſſionis merito conſtitutam fuiſſe, vt ſine vlllo labore & pietatis cultu ſe illam adepturos arbitretur. Hos ergo admonet, illis quoque exemplo ſuo laborandum, & quatenus cuique licuerit, carnem ſuam cum vitij & concupiſcentijs eſſe crucifigendam, & ſalutari odio proſequendam. Hoc enim mentibus veſtris altiſſimè infixum eſſe velle fratres, tria potiſſimum in Chriſti Domini paſſione eſſe diligèter cōſideranda, & quid vnumquodque eorum à nobis exigat, ponderandum: nempe ſacrificium, beneficium, & exemplum. Et quidem ſacrificio, Dei Filius Patrem placauit, beneficio autè homines ad ſui amorem pellexit: exemplo autem ſuo ad virtutum ſuarum imitationem compulſit. Sacrificio igitur ipſe noſtra roboratur: beneficio charitas accenditur: exemplo autem paciētiae eius ad imitationem inuitamur. Ad hoc verò poſtremum nos hortatur, cum ſubdit, [*Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.*] Sequimur autem Dominum non grefſibus corporis, ſed paſſibus mentis; hoc eſt, imitatione laborum atque virtutum: vt videlicet quemadmodum ipſe amplexatus eſt crucem, vt obedientiam Patris impleteret, ita nos crucis mortificationē in corpore noſtro circūferamus, vt diuina legis præcepta fideliter exequamur. Huius igitur doctrinæ ſumma eſt, vt quoniam chriſtianæ vitæ finis in charitate poſitus eſt; nihil autem, poſt lethale peccatum, charitati magis quam immodicus ſui amor obſiſtit; aduerſus hunc amorem ſic arma capiamus, vt pro hoc amore ſanctum noſtri odiū mentibus noſtris inſigamus. Hoc enim dominante, perfectus Dei amor locum in nobis habere non poteſt. Quod quidem euidenter ſer, ſi vtriuſque amoris collatione facta, quantum inter vtrumque interſit, inſpiciamus. Primum enim Dei amor omnes vitæ actiones in Deum, tanquam in vltimum vitæ finem, refert: amor autem ſui, que agit omnia, ad ſeipſum dirigit, ſeque vltimum vitæ ſuę finem ſtatuit. Ille ſolam Dei gloriam, cum ſua etiam ignominia, captat: hic nullam diuini honoris, ſed ſui tantum curam gerit. Ille prius vitam, & omnia vitæ commoda quam charitatem amittere paratus eſt: hic cuiuſuis vtilitatis gratia diuinas leges violare non veretur. Ille caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem ſpiritus redigit: hic totus in oblectanda carne molliterque tractanda ſemper intentus eſt. Ille ſoli Deo; iſte ſoli carni & ſeculo placere & obſequi cupit. Ille diuinis eloquijs, ſacrifque electionibus, & precibus paſcitur: huic omnia diuina eloquia, omniſque ſpiritualium rerum commentatio tepido & faſtidio eſt. Ille ſua uiter & iucundè cum Deo, tanquam cum amico dilectiſſimo, loquitur & conuerſatur: hic ab omni hac ſua uitate & conſuetudine alienus eſt. Ille grauius & ſerijſ rebus;

rebus; hic iocis & luſibus ſemper intentus eſt. Ille cœleſtia atque diuina; hic terrena ſolum cogitat. Ille ſilentio; iſte loquacitate gaudet. Ille publicum fugit, & ſolitudinem amat, vt ſolus ſoli Deo vacare poſſit: iſte frequentiam diligit, vt inter homines humana ſolum atque terrena tractet. Hinc in ſanctiſſimis quibuſque uiris tantus ardor ab hominibus ſecedendi, & deſerta loca penetrandi exitit, vt diu notūque diuina pulchritudinis contemplationi ſine vlllo impedimento vacarent. Cuius rei memorabile, inter alia, extat beati Arſenij exemplum: à quo cum Theophilus Alexandrinæ urbis Epifcopus, eiufque ſocij ſermonem aliquem ſpiritualis doctrinæ poſtulaſſent, ille facturum ſe reſpondit, ſi ſibi, quod ab eis peteret, concederetur. Illis annuentibus ait, Hoc à uobis flagito, vt vbiunque Arſenium eſſe audieritis, eod nunquam accedatis. Cumque iterum idem Theophilus facultatem illius adeundi per nuntium petiſſet, ille reſpondit; Quod poſtulas concedam, ſed hoc tamen loco cedam. Cur autem uir ſanctus ſe ab hominibus adiri adeo ægrè pateretur, breui reſponſo declarauit. A quodam enim Abbate interrogatus cur id faceret, ſe cum Deo & hominibus ſimul omnino eſſe nō poſſe reſpondit: vſque adeo vel modica alicuius interpellatione ſe à diuina contemplationis dulcedine auocari indignè ferebat.

Liquet igitur ex hac tam longa collatione, quantum inter Dei, ſuique ipſius amorem interſit. Atque vt paucis rem omnem abſoluam, Dei amor virtutes omnes; ſui autem immodicus amor omnia vitia parit. Veriſſimè enim à Diuo Auguſtino dictum eſt; Radix bonorum omnium charitas: radix verò malorum omnium, cupiditas. Vnde conſequens eſt, vt nulla ratione vterque amor in eadem ſimul mente cohabitare poſſit: ideoque alter pellendus eſt, vt alteri locus ſit. Expelli autem amor noſtri non poteſt, niſi ſpiritualem crucem & mortem mentibus noſtris aſſigamus: tunc enim animus noſter verè Deo uiuit; cuius vita in charitate eſt: cum ſibi fuerit mortuus. Quisquis enim Deum diligit, uiuit: qui non diligit, mortuus eſt. Quocirca rectiſſimè cœleſtis magiſter ait; [*Qui amat animam ſuam, perdet eam.*] hoc eſt, qui immoderato amore corporis vitam diligit, ſeque totum illius obſequio & voluntati tradidit, iſ planè non vitam animæ ſolum, ſed corporis ſimul cum anima vitam ſempiternæ morti addicit. [*Qui uerò odit animam ſuam,*] hoc eſt, qui ſalutari ſanctoque odio carnem ſuam proſequitur, qui eius ſemper cupiditatibus obſiſtit; qui turbidos illius motus & impetus irangit, qui eam leiunijs & inedia ſubigit, &

Auguſt.

1. Timo. 6.

1. Ioan. 3.

Bernar.

macerat; ne aduersus spiritum insolecat, & scellorem excutiat; hic plane carnem simul cum spiritu ad sempiternam vitam seruat. Hinc D. Bern. quibusdam seculi hominibus, qui monachorum eius abstinentiam, & aspernum vitam cultum accusabat, quod videlicet seipsum odio habere viderentur (quippe qui hostili odio corpora sua prosequi viderentur) prudētissimè respondit, Vos, inquiens, estis qui corpora vestra odio habetis: quando quidem propter temporariam & exiguam voluptatis illecebram ad acerbissimam ea mortem nullo vnquam tempore finiendam damnatis. Sic igitur perdit homines cum seipsum diligunt, oderunt: contra verò pij cum seipsum diligunt, odio prosequuntur, verissimè diligunt. An verò seipsum D. Hieron. odio habebat, cum se, vt ipse ait, gehennæ metu, aspernum vitam cultu quasi ad carcerem damnauerat? Imo verò tunc se maximè diligebat, cum temporaria pœna æternam euadere curabat. Hoc itè modo seipsum (vt Ioannes in Apocalypsi ait) sancti Martires odio habuerunt; qui non dilexerunt animas suas vsque ad mortem; hoc est, qui corporis vitam propter fidei confessionem perdidit: deoquæ sempiternam vitam pro temporaria percipere meruerūt. Quod plenissimè beatissimus Laurentius præstitit, qui non vno mortis genere, sed multis hanc vitam mercatus est.

A poc. 12.

August.

Ioh. 17.
Ibidem.

Quia verò sic se odisse, propter vehementem amoris proprii vim, difficile admodum est, maximè illico Dominus huius odij præmiū proponit, vt quos operis difficultas terret, mercedis magnitudo ad laborem inuitet. Vbi enim dixisset, [Qui mihi ministrat, me sequatur,] subdit protinus; [Et vbi sum ego, illic & minister meus erit.] Magna sanè felicitas, & qua nulla maior esse potest, vt quem admodum D. August. ait) ibi sit adoptatus, vbi est vnicus. Additque deinde, [Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.] Cur hoc honorandi hominis officium præcipuè exhibuit Patri, cum ipse quoque hoc etiam præstare queat? Certè quia nihil aliud vnigenitus Patris Filius in vita, quam Patris honorem & gloriam quæsiuit, sicut ipse ait, Pater manifestauit nomen tuum; hoc est, nominis tui gloriam hominibus. Et iterum; Ego te clarificauit super terram. In huius ergo fidelissimi obsequij præmiū, hoc suscipit Pater, vt qui Filio suo fuerint, obsequentes, illique (vt ipse ait) fideliter ministrauerint, sempiternis acque diuinis honoribus ab ipso afficiantur. A quo honore perfecta laus, plenissima felicitas, & summa gloria est. Hactenus de Euangelica lectione: nunc sententiam verbis thematis comprehensam tractare incipiamus.

T R A

15 TRACTATIO THEMATIS. §. I. *Inter varios multorum hominum errores, quibus miserè implicati sunt, non postremus est, quem in hominem sancti. Euangelij lectione celestis magister eliminare præcipuè voluit. Sunt enim multi, qui passionis eius merito fidentes, sine vilo suo labore aut contentione celestis regni præmiū sibi pollicentur. Tales igitur ab hoc errore vindicare Dominus vult, [Qui amat, inquit, animam suā, perdit eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.] Et iterum, [Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit.] Cum ergo fideles omnes avidissimè cum Christo regnare cupiant, cum Christo tamen pati, & calicis eius participes fieri recusant. Regnum quidem cælorum desiderant; iter tamen, quo ad hoc regnum peruenitur, omni ratione fugiunt. Volunt sine certamine vincere, & sine victoriæ coronari. Sanctorum gloriam appetunt, sed Sanctorum vitam imitari detrectant. Portum quidem felicitatis avidissimè concupiscunt, nauigationis tamè laborem, quæ ad illum pertinet, ducit, vehementer exhorrent. Nolunt in lachrymis seminare, & volunt tamen cum exultatione metere. Diuinam quidem gloriam & felicitatem desiderant, sed diuinos mores induere nolunt. In vtroque igitur seculo felices, in vtroque beati esse cupiunt: quod tamen fieri nulla ratione potest. Impossibile quippa est, vt homo ex deliciis transeat ad delicias; vt hinc ventrem expleat, illic meteat; & in vtroque seculo primus, in vtroque felix habeatur.*

Aduersus hunc autem communem multorum errorem & præsens sancti. Euangelij lectio, & omnia sanctorum scripturarum volumina apertè militant. Quia verò homo rationis est participes, & rationibus magis quam testimoniis aut veritate gaudet, rationes hodiè afferam, quibus hunc errorem apertissimè refellam. Principiò igitur constat, celestem gloriam, quæ in aperta diuinæ pulchritudinis visione consistit, supernaturale Dei donum esse. Nulli enim creaturæ, non dico humanæ, sed ne Angelicæ quidem, hoc naturæ lege, ne per diuinam quidem potentiam, conuenire potest. Cum igitur finis, ad quem tendimus, talis sit, ea quoque quæ nos ad illum ducunt, eiusdem ordinis & dignitatis esse debent. Vnde consequens est, vt vita, quæ nos ad hunc finem ducit, talis esse debeat, vt non humana, sed diuina, non communi aliorum hominum, more, sed singulari quadam & supernaturali virtute instituta esse videatur. Quam rem non obscure illa Ioannis verba indicant, quidè huiusmodi hominibus loquens, ait; Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate

Tom. ij.

Ioh. x.

carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: hoc est, qui re-
 pudiato prioris natiuitatis ingenio, & affectibus carnis conculcatis
 atque compressis, non vt ceteri filij hominum, sed vt filij Dei vitam
 longè diuersam agunt. ¶ His etiam adde, quod quemadmodum fi-
 nis, ad quem tendiras, supra hominis naturam positus est: ita gratia,
 que nos ad illum dirigit, supernaturalis quædam forma mentibus no-
 stris indita & impressa est. Cumque iuxta Philosophorum traditio-
 nem, actiones omnes formæ naturam & conditionem sequantur, ef-
 ficitur, vt quoniam forma gratiæ, quæ nos diuini esse, diuinæque na-
 turæ (vt Petrus Apostolus ait) participes efficit, diuina quoque in no-
 bis & spiritualia opera molitur. Nemo autem hæc opera moliri, &
 contentione poterit. Cum enim tantum inter carnalem & spiritua-
 lem vitam discrimen sit, fieri nullo modo potest, vt homo spiritua-
 lem vitam, nisi carnali extincta & eliminata, degat. Vt enim nemo in
 stabulo regium palatium extruere potest, nisi stabulo prius diruto:
 ita qui pectus suam immanium ferarum, hoc est, variarum cupidita-
 tum stabulum fecerat, nequaquam illud in Dei templum erigere po-
 terit, nisi stabulo prius deiecto, ferisque omnibus ab eo exturbatis:
 quod sine labore & contentione fieri nullo modo poterit. Expugnā-
 dus enim est immodicus amor sui, qui imis visceribus est infixus. Ex
 pugnandi quoque ceteri affectus, qui ab hoc eodem amoris fonte
 procedunt. Assidendum & extenuandum corpus, ne aduersus spiri-
 tum ferociat, atque à sede sua deiciat. Sensuum oblectamenta repu-
 dianda: linguæ frænum iniiciendum: oculorum lasciuia comprimen-
 da: cordi custodia adhibenda: peccatorum occasiones vitandæ: pra-
 uorum hominum consortia fugienda: oratio quoque frequentanda
 est: qua diuinæ gratiæ opem aduersus naturæ lapsæ incentiuam assidue
 postulamus. Iam verò si antea actæ vitæ vitia diuturna consuetudine
 armata sunt, acrior nobis contentio & pugna capessenda est, & con-
 tra duplicem hostem dimicandum. Videtis ergo fratres neminem
 hanc cœlestem & supernaturalem vitam sine labore & certamine
 tuari posse: cum tota vis naturæ lapsæ, atque inueteratæ consuetudi-
 nis superanda, & peccati regnū excindendum sit. Vt enim supra natu-
 ram assurgamus, natura prius subijcienda & calcanda est: cuius vires
 potentissimæ sunt. Hæc igitur prima laboris & certaminis nostri cau-
 sa est, si supernaturalem & cœlestem beatitudinem volumus adipi-
 sci. Hoc enim modo illam Apostoli sequuti sunt, quibus à Domino
 dictum est, In patientia vestra possidebitis animas vestras: hoc est,
 semp-

2. Pet. 1.

Simil.

Luc. 21.

sempiternam animarum vestrarum salutem, passionum & laborum
 meritis obtinere debetis. Ad hoc ipsum autē nos Apostolus inuitat,
 cum ait: Ne segnes efficiamur, sed imitatores eorum, qui fide & paciē-
 tia hereditabunt promissiones. Vtrumque Apostolus necessarium
 esse dixit, fidem videlicet, & patientiam. Fides enim initium, paciē-
 tia verò virtutum omnium adiumentum, & complementum est.
 ¶ Altera verò laboris & paciētiæ causa, variæ hostium nostrorum
 insidie atque certamina sunt. Vt enim cum Dei templum, & sanctæ
 ciuitatis mœnia, post Babylonæ captiuitatē, ædificabantur, pars ho-
 minum operi instabat, pars verò armata hostium impetus: opus ip-
 sum impedire volentium, sustinebat: ita, quoniam nos quoque cum
 spirituale Dei templum (quod non lapideum senu, sed virtutum stru-
 ctura fundatur) ædificare volumus ab hostibus circūse demur, du-
 pliciter cura & labore indigemus, nempe vt virtutes, quibus illud extru-
 itur, assequamur, & hostium vim, qui nos ab hoc opere reuocare vo-
 lunt, repulsemus. Est enim truculentissimus hostis Dæmon, qui tam-
 quam leo rugiens circuit, quarens quem deuoret: aduersus quem
 nos arma capere ac decertare monet Ecclesia, cum ait: Estote fortes
 in bello, & pugnae cum antiquo serpente, & accipietis regnum æter-
 num. ¶ Est & caro nostra familiaris & domesticus hostis, quem & ni-
 trite, & nobiscum circūferre necesse est: qui tamen commoditati-
 bus suis intentus, perniciem germano spiritui perperet: machinatur,
 à quo tamen eximio amore diligitur, ideoque infensior & periculo-
 sior hostis habetur. Hæc enim est, velut altera Dalila, quæ virum suū
 delicijs emollitum in potestatem tradidit suorum: ea verò
 sub vnicò carnis nomine non vnum, sed plures secum hostes affert
 hinc Propheta, Miserere, inquit, mei Domine, quoniam conculcauit
 me homo, tota die impugnans tribulauit me: Conculcauerunt me ini-
 mici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me. Qui nāq;
 Omnes animi nostri affectus, omnes carnis nostræ sensus: qui, quo-
 niā carnales sunt, spiritualia fastidiunt, & ad carnalia (quemadmodum
 caro ipsa) qua proficiscitur) semper aspirant. Caro enim legi Dei sub-
 iecta non est: nec enim potest: hoc est, ex natura sua (nisi aliunde roga-
 tor) nō habet vnde alia, quam quæ sibi sunt cognata & similia, vide-
 licet carnalia, concupiscat. Qua quidē consensentia vehementer ger-
 manum spiritum ad intemperantiæ suæ consensum trahit.
 ¶ Est tertius quoque hostis, mundus, hoc est, perditorum hominū so-
 cietas: inter quos, nisi in deserta loca secesseris, vitā agere necesse est.

Hebræ. 6.

1. Esd. 6.

1. Pet. 5.

Iudic. 16.

psal. 55.

Rom. 8.

Inter tot autem malos bonum esse, inter tot scorpiones vitam agere, nec laedi, super prunas ardes ingrediti, nec comburi inter tot laqueos incedere, nec irretiri, inter tot postremo pravorum hominum exempla & iniurias vitam agere, nec innocentiam amittere, divinae virtutis & gratiae opus & beneficium est. Non enim frustra Saluator ait;

Matth. 24 Quia abundabit iniquitas, refrigeret multorum charitas. Nec sine **Psal. 110** causa regius Propheta ad Dominum clamabat; Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus; quoniam dimiuitae sunt veritates ad filijs hominum; nisi quod intelligeret, quantum iustitiae atque innocentiae periculum perditorum hominum contubernio & quotidiano conuictu iam miseret.

Cum igitur tot hostibus vndique circumfedeamur, totque modo dis impetant, non necesse est aduersus illos spiritualia arma capere, & pro vallo murisquae excubare, & in acie semper armis illis insidit.

Ephes. 6. In virtutum esse, quae nobis strenuus ille huius militariae dux capere sula det; hoc est, firmam in Deo spem, in se sperabilem fidem, gloriam, iustitiam, orationis praesidium; quibus ad dextris & sinistris, hoc est, in secundis & aduersis rebus muniti incedamus; ne aut illis effera mur, aut illis animo concedamus. Quis autem aduersus tot hostes dimicare sine labore & contentione poterit? Neque enim stertendo aut dormiendo, vitamque omnem in laudo & otio insumendo, & vigilans sensibus & cogitationibus nostris custodiam adhibendo, turbidisque luxuriantis animi nostri motus comprimendo haec victoria paratur. His enim virtutibus Sancti omnes instructi, his muniti praesidij speculaculo a se omneque propulsarunt, de atrocissimis his hostibus triumpharunt; his armis inuolentiam tutati sunt. Ineuius rei argumentum

Apocal. 7. Ioannes in Apocal. se illis ante Dei thronum videri ait, candidis vestibus, amictis, palmisque in manibus gestantes. Candidore autem vestitium, eorum in innocentiam, palmarum autem gestationes quod paratam victoriam insigne est; gloriosos eorum triumphos. & victorias designauit. Igitur nunc quidem certandi atque laborandi, tunc regnandi triumphandi, & paratam victoriam spolia colligendi tempus erit. Tunc enim oraculum illud; quod vox de caelo de nuntiata quid dicitur; mihi, scribe hoc est, otia culpm quod tibi nunc debuit, dignissimum est, quod non voce tenes, sed congruentibus etiam literis ad posteritatis memoriam, & piorum hominum, in curriculo pietatis laborantium, solatium consignetur. Arripe igitur calamum. Laertes, & scribe, Qui dicitur scribam? Beati, inquit, morui quia Domi

ibidem.

27 no moriuntur. Amodd enim iam dicit Spiritus, vt requiescant a laboribus suis; opera enim illarum sequuntur illis. Haec igitur vox, fratres, ad laborantes de caelo demissa est; hos Dominus appellat, his requiem post laborem promittit. Qui igitur vitam omnem sine voluptatis, aut laboris fructu consumunt; qui supra Christi dorsum salutis suae spem fabricantes vitam omnem in luxu, in somno, in fcodia, in voluptatibus carnis, & in omnivitorum intemperantia consumunt, ad hanc requiem minimè vocantur. Haec igitur secunda pio- rum laborum causa est fratres, quae ex hostium nostrorum impugnatione colligitur.

Est & tertia, quae ex Dominicae passionis exemplo sumitur, quae in sacra huius diei lectione caelestis magister assignauit; qui vbi mortis suae & salutaris fructus, qui ex ea sequutus erat, mentione fecisset, protinus ad eiusdem mortis imitationem spe caelestis mercedis inuitat, cum subdit; [Qui amat animam suam, perdet eam: et qui odit animam suam in hoc mundo, quod ego in passione mea vitam morti exponendo feci] in vitam aeternam custodit eam.] Ergo Dominicae passionis sacrificium non desides & inertes manet, sed eos, qui & grata voluntate beneficium accipiunt, & quatenus licet, redemptoris sui passionibus configurari, hoc est, similes fieri nituntur. Vnde mysticus ille agnus, cuius immolatione Israeliticus populus ab Aegyptiaca seruitute erat liberandus (qui veri agni Christi in cruce pro nobis immolati imagine praeferebat) cum lactucis agrestibus manducari praecipiebatur:

28 vt intelligeremus, passionis Dominicae fructum non ad homines voluptuosos, & Epicureos, sed ad eos, qui eiusdem passionis amaritudinem, & compassiois affectu, & asperioris vitae amantudine sectari conantur.

III.

29 Quisquis igitur virtutis amore captus est, fortitudinis & constantiae virtutem sibi tanquam sponfam indissolubili vinculo copulare debet, seque totum illius studio atque amori addicere. A iunt Venetiarum Ducem quotannis cum mari sponsalia solenniter celebrare, atque in huius foederis signum anulum illi porrigere. Quo symbolo innuere vult, praecipuum studium suum in classibus instruendis versari debere: quod maximum eius ditionis munimentum in hoc praesidij genere constitutum sit. Ad hunc ergo modum virtutis cultor laborum patientiam in sponfam sibi dilectissimam assumere debet, seque totum illius studio adiungere. Hac enim vna re facile virtutum omnium copos effici poterit. Nihil enim homines ab hoc studio deter-

ret, nisi difficultas, & labor, qui virtutibus implicitus est. Qui autem sic Dei amore fuerit incensus, vt quò illam plenius demeratur, non modò laborem non recuset, sed etiam auidè concupiscat, nihil habebit quod ipsum à virtutis studio remoretur: eum virtus natura sua vt nobilissima, ita iucundissima atque gratissima sit. Contra verò qui sic corporis delicijs atque voluptatibus deditus est, vt laborem omnem fugiat, atque detrectet, hunc necesse est virtutum omnium expertem, atque adeò hostem esse; & ne vllum laborem excipiat, omnem à se virtutem excutiet. Quid igitur hoc homine infelicius, qui adeò se impotentem ad omnem honestatis elegantiam fecit? Quid verò illo felicius, qui solius patientiæ beneficio viam sibi facilem ad omnia virtutum officia muniuit? Quibus igitur laudibus hæc patientiæ virtus prædicanda est, quæ tantam homini dignitatem & gloriam præbet?

At inquit, Difficile admodum est, vt homo, qui in sui ipsius amore adeò propèsus est, adeòq; suauitatis amicus, laborè, què natura ipsa refugit, auidè concupiscat. Non abnuo difficile hoc esse, sed amplissimus tamè vtilitatis fructus nos ad hæc molestiâ deuorandâ impellere debet. Vtrumq; autè Salomon sub strenuæ mulieris imagine nos docuit, cum ait, Mulierem fortè quis inueniet: procul & de vltimis finibus pretiū eius. En virtutis huius difficultas simul & raritas. Ceterum eius deinceps mirabiles fructus toto hoc capite persequer. Sequitur enim, Confidit in ea cor viri sui, & spolijs nõ indigebit. Reddet ei bonum & non malū omnibus diebus vitæ suæ. Cetera deinde virtutū & officiorum laudes, quas idem Salomon enumerat, ab hoc vno fortitudinis fonte manare docet. Quo vno argumento quàm latè fortitudinis huius fructus & laudes pateant, intelligere licet. Si igitur fortitudo hæc omnia bona parit, & à malis omnibus immunem hominem conferuat, quanto illam studio atque amore complecti par est?

Quid verò sempiterna illa merces, quæ virtutum laboribus in cælo reposita est? An non hæc etiam animos nostros ad omnem virtutis laborem per se sola excitare poterit? Si nemo athleta sine labore coronatur, quo modo illam sempiternæ gloriæ coronam sine vilo labore adepturos speramus? Considerate quæso diligèter fratres, sic ab autore Deo res oēs institutas, vt nihil magnū sine labore mortalibus cõtingere voluerit: quod multarū rerū exemplis intelligere licet. Nemo ferè patrimoniū suū augere & cumulare sine magnis laboribus terra mariq; exantlati potest. Nemo ad virtutis & perfectionis culmè sine diligèti studio & labore peruenit. Nemo sapientiâ, variarumq; rerum

33 q; rerū scientiâ, nisi magno studio, magnisq; vigilijs vnquã adeptus est. Quæ rē disertissimus Demosthenes declarauit: qui interrogatus, quâ ratione singularè illâ dicèdi facultatè adeptus esset, Plus, inquit, olei quàm vini cõsumèdo. Quid verò duces & imperatores? quis horum victoriâ sine sudore & sanguine obtinuit? Quid hi, qui nominis gloriâ immortalitati cõsecrarūt? An nõ hi per tela, per ignes id quod quæ rebant assequuti sunt? Quid dulces nati? quàm acerbis parentis doloribus in lucè eduntur? quàm multis laboribus educantur? Postremò quid ipsa pretiosa metalla, argentū & aurū, referam? An non ea naturæ conditor in imis terræ visceribus latere voluit, vt nisi summo labore & periculo erui inde non possent? Si ergo nihil pretiosum aut magnum sine maximis laboribus homini contingere mundi opifex & modè rator voluit, quis adeò demès erit, qui summū illud & infinitum bonum (cui cetera omnia seruiūt) sine vilo virtutis studio atq; labore parari posse credat? Quale enim illud bonū est, in quo bonis omnibus, quæ humana mens cogitatione cõprehendere potest, beati omnes perfructur? Quale illud bonū est, à quo omnis amaritudo, omnis languor, omnis timor, omnis cura & sollicitudo, ac omne deniq; malū longissime abest? Quale erit inter sanctorū Angelorū & Archangelorū choros sedè habere, ad opulèntissimâ illâ Dei mensam cū Apostolis accubere, immensæ illius pulchritudinis cõtèplatione pasci, incircūscriptū lumè videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere letari? Quale postremò erit diuinæ felicitatis & gloriæ participè fieri, & in ipsum Dñi sui gaudiū, fidelibus seruis promissum, nūquã inde amplius exiturū intrare? An nõ igitur dignū erit pro hoc tâto bono adipiscèdo vel omnium etiâ Martyrū tormèta tolerare, ne dū exiguū virtutis laborè perferre? Si enim tâ multa seculi homines propter exigua illa & infima bona, quæ paulò antè commemorauimus, patiuntur, quis quæso stupor, quæ cecitas, quæ infania est, pro cœlesti illa coronâ (cui oia quæ cœli ambitu cõtinentur cõparata exigui pulueris instar sunt) minimū virtutis & iustitiæ laborè perferre nolle? vnde, quæso, hæc tã celsa humanarū mentiū caligo? vnde hæc tã detestabilis & execranda vecordia? Certè hoc vno exemplo aduertere licet quàm sit apud multos extincta & emortua charitas, quàm infirma fides, quàm languida & emortua spes, vt pote quæ nullum in mentibus nostris summi illius boni desiderium, nullam amoris scintillam excitat. Sic enim credimus, quasi profus non crederemus: sic speramus, vt nulla promissi & sperati boni cura & cupiditate tangamur; quando nullum profus pro eo adipiscendo ne leuissimum quidem

laborem perferre dignamur. O deplorandam hominū cæcitatē! o incredibilem humanarum mentium stuporem!

§. III.

simil.

Quantò aliter Christi Martyres se gesserunt; qui nullos cruciatus, nulla tormentorum genera pro hoc tanto bono adipiscendo recusarunt. Vt prudentissimi enim mercatores terrena contempserunt, vt inuenirent cœlestia: temporaria relinquerunt, vt possiderent æterna: vitam corporis ad horam neglexerunt, vt animæ simul & corporis vitam, & sempiternam gloriam mercarentur. Mitto nunc alios, vnus nobis Laurentius satis erit, qui tam multis atque horrendis cruciatus hoc tantum bonum mercatus est. Primum enim cum beatum Patrem Sixtum ad carcerem trahi videret, vnde ad martyrij palmam processurus erat; tanto fuit simul patiendi desiderio incensus, vt sanctum Pontificem his vocibus compellaret; Quò progredieris sine filio patris? quò sacerdos sancte sine ministro properas? nunquid degenerem me probasti? Experire certè vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem. At sanctus Pontifex bono illum animo esse iubet, fore pollicens vt nequaquam desiderata martyrij corona fraudandus esset. Interim tamen Ecclesiæ thesauros eius fidei commissos pauperibus distribu iussit, ne in sacrilegas Tyrannorum manus deuenirent. Quod ille officium mira deuotione, & alacritate obiit. Noctu enim fidelium indigentium latebras exquirens, primùm quidem eorum pedes summa animi & corporis demissione & charitate abluebat, fufisque multis super eos lachrymis deuotissimè osculabatur, ac postremò larga illis manu subue niebat. Quod vbi factum est, iterum patiendi desiderio inflammatus, lætus ad patrem redijt, Noli, inquit, me derelinquere pater sancte; quia iam thesauros tuos expendi, quos tradidisti mihi. At ille, Non, inquit, ego te defero fili, neque derelinquo: sed maiora tibi debentur pro fide Christi certamina. Nos quasi senes leuioris pugnae cursum suscepimus, te autem quasi iuuenem manet gloriosior de Tyranno triumphus. post triduum me sequeferis Sacerdotem Leuita. Hac voce commoti carnifices Laurentium apud Imperatorem deserunt, Christianum illum, & thesauroꝝ Ecclesiæ custodem esse proclamantes. At Tyrannus, fidei nostræ odio incensus, & avaritiæ facibus inflammatus, Dijs sacrificare, & thesauros prodere Laurentium iubet, ni mallet omnia tormentorum genera experiri. Quid hic sanctus adolescens? Nam ad imperatoriæ maiestatis præsentiam expa-

uitium tormentorum immanitate ante oculos posita ante metum con cedit, aut aliquantulum titubatus; aut demissa voce verbum aliquod fide sua indignum protulit? Minimè verò; sed incredibili constantia, Deo plenus, quasi ante sordidum quendam hominem astitisset, vocem illam emisit, quam mundus expauit, Dæmones exhorruerunt, & Angeli in cœlo demirati sunt. In felix, inquit, Imperator, qui me istis machinis terrendum putas: ista mihi non arma, sed ludus; non tormenta, sed virtutis exaltamenta; non gladij, sed ludicra puerorū teritamenta sunt: ista me tu miser formidare putas? Has epulas ego semper optaui, tantum abest vt illas formidare debeam. Cum quæ Tyrannus respondisset; Dic ergo vbi tui similes sunt, vt simul epulemini: ille contrà, admiranda diuini Spiritus vi confirmatus, non minus generose quàm antea, Non es, inquit, dignus eorum aspectibus præsentari. O inuicta fides! o flagrantissima charitas! o certa futurorum spes, quanta est potentia tua! Quo enim maioti conuicio potuit ille orbis Monarcha dehonestari, quàm cum audiuit indignum se eorū aspectu esse, quos omnium mortalium vilissimos iudicabat? Iam mihi videtur Laurentius non in terra, sed in cœlo quoddammodo esse, vnde iam Deo plenus, & in sublimi loco positus, ac de felicitate sua securus, talia in illum orbis Monarcham conuicia iactare non timebat. Mundo enim excelsior factus, quid mundus aduersus eum moliri posset, non agnoscebat.

Quid Tyrannus? Hac tanta (vt ille putabat) contumelia irritatus, totusque furijs Dæmonum inuectus, & in furorem rabiemque conuersus, scorpionibus immanissimè Martyrem cædi iussit: vt hoc tormentorum genere quam aduersus illum conceperat rabiem ex-
41 pleret. Nec sic tamen exatiatus, quasi parum esset totum Martyris corpus, scorpionibus lacerum, & cruentatum, sanguinisque rivuos ex eo vndique fluentes cernere, aliud flagellorum genus, nempe virgarum adhiberi iussit: quò verbera verberibus, & vulnera vulneribus addita, Martyris constantiam frangerent. Qui tamen, quò vehementius cadebatur, eò fortior atque constantior reddebatur. Sed nec sic tamen Tyranni rabies & furor conquieuit. Tertium enim flagellorum genus, multò dirius, hoc est, plumbata proferri iussit: quò videlicet sauciatum & lacerum scorpionibus & virgis corpus plumbata coatunderent, & ossa confringerent. Sic factum est, vt in toto Martyris corpore nulla pars vulnerè & sanguine vacaret. At crudelis Tyrannus ne hoc quidem cruore exatiatus; Sacrifica, inquit, Dijs: sin minus, nox ista in tuis expendetur sup-
I. c. ijs.

cijſ. Cumque ſanctus Martyr hoc ſacrilegum facinus, & facinorſi
 auctorem libera & conſtanti voce deſtetur, ignis, & craticula, &
 furæ ferræ parantur, ſanctiſſimumque corpus ferreis nexibus con-
 ſtrictum, in craticula ſuppoſito igne, ponitur, & furcis ferreis com-
 punitur. Ibidem que ſanctus totus atque combuſtus ad impiffimum
 Tyrannum læriſſimo vultu dicit, Aſſatum eſt iam, verſa, & mandu-
 ca, quia iam video quod diu deſideraui & clariffima voce inuictum ſpi-
 ritum per manus Angelorum in cæleſtibus manſiones deportandū
 tradidit. Quis, quaſo fratres, ad hanc Martyris vocem attonitus non
 miretur & obſtupeſcat? Alij cum videntur præ acerbiffimi doloris
 magnitudine contineri nequeunt, quin voces & clamores in cæleſta
 tollat: at hic nouus homo inter craticulam ignis & mortem poſitus
 adeo non clamar, vt dicentis etiam & facetijs ludat, & altantem Im-
 peratorem irrideat. Vnde hæc tam noua & inaudita virtus? vnde hæc
 adeo miranda fortitudo atque conſtantia? Non vtique à fragili natu-
 ra carnis & ſanguinis (quæ doloris magnitudine victa ſuccumbit) ſed
 à vulneribus & meritis Saluatoris. Gratias tibi Chriſte Redemptor
 tæ agimus creaturæ, qui infirmitate tua imbecillitatem noſtram ro-
 borati, & ſupplicijſ atque doloribus tuis infractos Martyres ad
 omnia ſuppliciorum genera feciſti. Miratur antiquitas vnum illum
 Scæuolam Romanum potuiſſe ſubiectæ faci immotum brachium
 ſuſtinere: nos Laurentium, nos Vincentium, nos innumerabiles
 Martyres, nos etiam teneras Virgines & puellas dabimus, quæ toto
 corpore ignes, cruces, craticulas, & equuleos infracto animo, Chriſti
 virtute confirmatæ, ſuſtinerunt.

Sed ad Laurentium rediens, paucis cum illo agere volo. Quid,
 quaſo, nunc beate Martyr agis? quæ cogitationes verſantur in ani-
 mo tuo? Mille iam anni à paſſione tua fluxerunt, in quibus vnus
 tantum diei & noctis laboribus cum inſtitabili gloria fruereſ:
 nunc autem infinita annorum ſpatia ſuperſunt, in quibus eadẽ
 gloria fruiturus es. Quas ergo gratias tantæ felicitatis auctori ages,
 qui & in tormentis ſalutari gratiæ ſuæ ope, & Angelico miniſterio,
 & miraculorum gloria confirmauit, ac diuinis armis ſepit, & modo
 te claritatis & gloriæ ſuæ in omni ſeculorum æternitate conſortem
 facit? O quam felices nunc illos tuos agones & certamina iudicabis;
 felices craticulas, felicia vulnera & verbera, quæ momento tempo-
 ris exacta, ſempiternam tibi gloriam & ſempiternam requiem & lau-
 dem pepererunt! Quam velles (ſi id quidem fieri poſſet) mille ite-
 rum craticulis propter tantæ felicitatis auctorem aduri, qui te non in
 oculis

cælis modo, ſed in terra quoque adeo glorioſum fecit? Quem enim
 ex ſanctis Martyribus tanta ſolemnitate per totum orbem terrarum
 Eccleſia celebrat: Paſſionis tuæ diem ſolemnem & feſtum eſſe voluit:
 hunc verò diem indicto omnibus ieiunio præueniri voluit: ſeptem
 exinde diebus laudes tuas prædicat: varia vbiq; terrarum altaria tibi
 & templa dicant, craticula tuæ Sole ipſo ſplendidius fulgēt. Tem-
 plum magnificentiſſimum, ac toto terrarum orbe celeberrimum,
 craticulis tuis per omnes angulos inſignitur, inuictiſſimus Hiſpania-
 rum Rex Philippus nomini tuo conſecrauit: quo die clariffimam illi
 victoriam tribuiſti. Vbiq; glorioſus, vbiq; & in cælis, & in terra
 fulges, vnusq; dici tormētis omnium ſeculorum felicitatem promo-
 ruit. Hoc igitur exemplo diſcimus fratres, exigui & breuẽ vir-
 tutis laborem non horrere, quod ſempiternam nobis ex eo felicitate
 46 tem partam iri certò conſidamus. Flagret ſaltem in nobis Chriſti reli-
 gitas, & facile erit omne difficile. Nihil enim charitate potentiſ, ni-
 hil ad ſeruos labores fortiſ. Quid, quaſo, non tolerat charitas pa-
 rentum ob educationem filiorum? Hanc igitur aſiduis precibus à
 Domino poſtulemus: ſic enim fiet, vt oratio charitatem impetret,
 charitas laborem toleret, labor perfectam in nobis virtutem patriæ,
 virtus ſempiternam nobis gloriam & felicitatem largiatur.

**IN FEſTO BEATISSIMI LAU-
 rentij Martyris Concio ſecunda;** in qua, poſt Euangelicæ le-
 ctionis enarrationem, ad dolorum atque miſeriarum, quibus
 hæc vita reſerta eſt, tolerantiam adhortamur, ad quod nos
 beatiffimi Laurentij inuicta fortitudo & pa-
 tientia inducit.

T H E. Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vi-
 tam æternam cuſtodit eam. Ioan. 12.

Ria ad hanc vitam rectè degendam maximè eſſe ne-
 ceſſaria Sapiens quidem docet, nempe prudentiam,
 amicitiam, atque patientiam: quæ quidem ille breuiter
 his memorabilibus verbis expreſſit; Oculuſ vitæ, pru-
 dentia: ſal vitæ, amicitia: baculuſ vitæ, patientia: Et hiſ
 porro tribuſ vitæ noſtræ fulcimentis, tertium hoc, quod patientiæ vir-
 tutem commendat, in præſenti concione tractare conſtitui: quod hæc
 nec

nec ab Euangelica lectione, neq; à beatissimi Laurentij die festo abhorrere videatur. Cùm enim inter Martyrum laudes (quos nobis ad imitandum Ecclesia proponit) patientia præcipuè cõmendetur, alienum utique non est de laborum atque dolorum tolerantia in eorum festis dislerere. Quàm sit autem hic patientiæ baculus ad innumeras huius vitæ molestias leniter sustinendas necessarius, res ipsa, & quotidiana, quibus in festamur malâ satis indicant. De hac igitur ad eò necessaria virtute dicturi, & solatia nonnulla his, qui cum aliis diuis miserijs conflictantur, præbituri, cœlestem opem, sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

Simil.

¶ Quomodo modum nobilissima inter creaturas, Sol, splendore suum liberalissimi mēta ubi que diffundit, ut nihil neq; in cœlo, neq; in terra sit, quod lucis & splendoris illius expertis sit: sic ea bonitatis natura est, ut se ubique diffundat, & opes atque diuitias suas liberalissimè in omnes largiatur. Hinc fit, ut summa illa & immensa Dei bonitas, omnibus bene facere, omnes ad se allicere, de omnibus bene mereri, in omnes opes suas effundere, mortalesque omnes ad felicitatis & gloriæ suæ communionem (cuius eos capaces condidit) inducere nunquam cesset. Nihil enim odit eorum quæ fecit: quin & omnes homines (ut

Sap. 10.

1. Tim. 2.

Apostolus ait) vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. ¶ Huius autem rei gratia non vnam aliquam parandæ salutis rationem, sed multas esse voluit: ut qui minus vna poterant incidere, alia ingrederentur via. Omnes tamen ad duas præcipuè referuntur, quarum altera mandatorum, altera consiliorum, hoc est, altera imperfectorum, altera perfectorum est. Vtramque enim cœlestis magister

4.

pio cuidam adolescenti proposuit, quem primùm quidem mandata seruare; deinde rebus omnibus renuntiare, easque pauperibus erogare monuit. In sacra autem huius Euangelij lectione omnes quidem, sed eos potissimùm instituit, qui mortis & crucis suæ exemplo, mortificationis crucem in omni vita portare decreuerunt, per quam viam sibi ad cœlestem regnum munierunt. Sic igitur ait.

[Amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum matet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.] Hac eleganti comparatione Dominus (qua se frumenti grano in terram iacto similem facit) & passionis suæ ignominiam, & eiusdem passionis incomparabilem fructum breuiter ostendit. Neque enim diuinæ sapientiæ est, rem, onanium maxime mirabilem

§ mirabilem, exiguæ alicuius vilitatis gratia moliri. Quid autem maius, aut mirabilius, quàm summi rerum omnium Domini mors atque supplicium? Finis enim, & ea quæ ad finem instituta sunt, eiusdem ordinis & dignitatis esse debent. Magni igitur fructus ex hoc tam magno & stupendo opere sequendus erat.

Si quis autem querat, quifnam cœlestis huius grani fructus extiterit, Ioannem in Apo. audiat, qui postquam centum quadraginta quatuor millia electorum ex tribubus Israelis enumerasset, vidisse se ait turbam magnam, quâ dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & populis, & linguis, qui stabant ante diuinæ maiestatis thronum, amicti stolis albis, victricesque in manibus palmas gestantes. Totus igitur hic electorum numerus ex hoc fecundissimo grano productus est. Ex hoc enim innumerabilis Martyrum exercitus prodijt, ex hoc myriades Sanctorum Pontificum & Cœsessorum; ex hoc purissimus sanctarum Virginum chorus; ex hoc item clarissimum Monachorum & Anchoritarum exarmina; ex hoc denique quidquid electorum in libro vitæ scriptum est. Omnes enim isti in ducem suum, in edito crucis loco positum, oculos conijcientes; & mirabilem eius charitatem, patientiam, constantiam, obedientiam, fortitudinem, & humilitatem, reliquasque eius virtutes considerantes, ab eo spiritum & virtutem traxerunt, quibus & mundum, mundi que delicias, & pompas contempnerent, & per varios labores atque certamina suum ducem sequerentur. Quid verò mirum si Saluator: proposito sibi huius tam multiplicis fructus gaudio, libenter mori voluerit; ut tam copiosus fructus ex huius grani morte prodiret?

¶ Quia verò Saluator noster non ob hoc solum passus est, ut nos mortis suæ merito & sacrificio redimeret, sed etiam ut exemplo suo nos ad imitationem, hoc est, ad laborum patientiam atque tolerantiam induceret, subdit protinus; [Qui amat animam suam, perdet eam: qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.] hoc est; Quisquis carnis suæ affectus, variasque cupiditates, & procliuatam ad malum ex originalis peccati morbo contractam considerat, & quantum eius pōs ingenium atque naturam à cœlestium & spiritualium rerum commentatione abducatur, & ad terrena atque carnalia bona (quæ sibi cognata atque germana sunt) pertrahere nitatur, animaduertit; atque hac de causa totum studium suum in ea frandanda & contemenda, eiusque vitijs & cupiditatibus crucihendis atque mortificandis ponit, is planè hac spirituali morte, & salutari odio non quidem eam extinguit, sed in vitam æternam custodit. Itaque dum carnem

nem suam odit, amat; dum amat, odit; dum illam molliter nutrit, perdit, dum verò illi necem inferit, in vitam æternam seruat. Quantum autem nos hoc salutare carnis nostræ odium ad amorem erga Deum consequendum adiuet, paucis indicabo.

§. I.

¶ Est igitur sciendum, perfectæ amicitie proprium esse, vt qui verè amat, & amicorum eius, quem amat, amicus, & inimicorum inimicus existat. Talis enim amicitie affectus non solum in eum qui diligitur, sed in alios etiam trahit. Quocirca necesse est, vt qui hoc amore Deum diligit, & amicos eius eximio amore, & inimicos capitali odio prosequatur. Vtrumque autem se præstitisse regius Propheta confitetur: illud quidem cum ait; Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis (pio quo alij verterunt; Erga sanctos qui sunt in terra eius, & præclaros, omnis voluntas mea in eis) hoc autem posterius, cum alibi ait; Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Qui sunt autem iuratisimi Dei inimici, nisi qui etiam animæ nostræ hostes sunt? Quia enim animæ nostræ salus cum Dei cultu & religione copulata est, efficitur planè, vt quicquid animæ nostræ inimici sunt, idem etiam Dei hostes necessariò existant.

Cæterum cum inter tres animæ nostræ hostes, caro, præcipua numeretur (vt pote quæ familiaris ac domesticus hostis sit, idemque naturalis & vehementissimo amore cum anima nostra copulatus) efficitur planè, vt post lethale peccatum, nullus capitalior Dei & veræ religionis hostis quàm caro nostra sit. Parum enim aut mundus, aut Dæmon nobis obesse possent, nisi intra nos satellitem hunc haberet, qui illis aditum præberet, & tacitas eorum suggestiones ad animæ nostræ aures non solum defert, sed etiam accendit, & incendit. Vt enim antiquus olim serpens primum illum generis nostri principem dilectissimæ vxoris suauis atque opera in peccatum impulit: ita nunc idem carne nostra (quam ipse venenato sibilu suo infecit, & in qua aliquid, quod à se manauit, agnoscit) quasi ministro vitur ad spiritus nostri constantiam tentandam atque labefactandam. Si igitur (vt ad propositum redeamus) perfectæ charitatis est, eius quem diligit inimicos odio habere, consequens est, vt post peccatum (quod summo odio detestandum est) carnem nostram, peccati labem infectam; hoc talitari odio prosequamur: quæ & amoris proprii, & peccati, & malorum omnium fons & origo est. Hoc autem odio constituto, & nostri ipsorum amore (qui præcipuum diuinum amoris impedimentum est)

vi eius

vi eius ab anima nostra pulso, charitas protinus erga Deum in spiritus nostro efflorescet. Vt enim si lapidi, in edito ædificij loco posito, succra quibus sustentatur, abstuleris, sponte sua illico ad inferiora loca relabitur: ita si spiritui nostro affectionum & cupiditatum vincula (quibus ad terram deprimitur, & à spiritualium rerum contemplatione & amore deducitur) sustuleris, ad spiritualia protinus (quæ naturæ suæ cognata & finitima sunt) atque adeò ad supremum illum Spiritum (cui fruendo conditus est) protinus rapietur.

Hinc præcipuum Sanctorum omnium (qui ad hunc diuinum amorem aspirabant) studium extirrit, sempiternas cum carne sua inimicitias exercere, & aduersus omnes eius cupiditates continenter bellum gerere. Quò enim magis in hoc sancto sui odio proficiebant, eò magis in Dei amore crescebant. Sunt enim amor Dei, atque sui, velut bilancis in quibus quò magis altera deprimitur, hoc magis altera attollitur. Sui enim amore decrecente, Dei amor crescit: contrà verò vbi sui amor augetur, Dei protius amor frigit.

Sed obijciat aliquis; An non satis erit huic immodico sui amori oblitere, & quæ iniuste appetit, denegare, ne nos in peccati foueam præcipitet; vt necesse non sit seipsum hoc odio prosequi? Est hoc planè satis ad communem fidelium vitam: viris tamen studio perfectionis incensis hoc satis non erit. Quem admodum enim qui luctatur cum hoste, non hoc solum curat, ne ab eo prosternatur, sed illum etiam prosternere nititur, quò longius à periculo ruinæ ablit: sic Sancti viri non satis sibi esse putabant, si amoris proprii vi non succumberent, sed illud etiam curabant, vt quatenus fieri posset, illum etiam extinguerent, sanctumque sui odium pro illo substituerent: vt hac arte ab amoris sui periculo quàm longissimè abessent.

Sed quæret rursus alius; Qua ratione hunc in animo affectum potero generare, cui tota carnis militia repugnat? Non alia certè, quàm illa ipsa, qua alij virtutum habitus frequenti vsu generantur & perficiuntur. Vt enim abstinentiæ virtus, assidua inedia atque ieiunio acquiritur; & patientia, frequenti iræ cohibitione, & iniuriarum atque laborum tolerantia gignitur, & altas in anima nostra radices agit: ita sui ipsius odium, hostilibus operibus quibus carnem nostram affligimus, blanda & voluptaria illi cuncta subtrahentes, molestaq; ingentes, omnesque eius libidines & voluptates refecates, ac postremò hostili animo omnes eius cupiditates expugnantes, ipsius odium atque contemptum paulatim acquirimus. Qui verò contrà faciunt, & pro disciplina

14
 Prou. 19. ciplinæ securitate, molli indulgentia corpus suum nutriunt, illud fan-
 ne experientur; quod est à Salomone dictû; Qui delicatè à pueritia
 nutrit seruum suum, poltea inueniet eum contumacem.

Ephes. 5. Sed rursus dicit aliquis; Quis adeo inhumanus, & à communi sen-
 su alienus erit, qui hostili animo aduersus carnem suam concitetur,
 cum præsertim Apostolus dicat, Nemo vnquam carnem suam odio
 habuit, sed nutrit, ac fouet eam? Quis inquit? Ille certè, qui diligen-
 ter considerauerit, eam malorum omnium seminarium, & capitale
 animæ nostræ atque Dei hostem esse: adeo vt ne tota quidem infero-
 rum potètia acrius contra animæ nostræ salutem, ac Dei gloriâ pug-
 nare, maiusque aduersus diuinitatem bellum gerere queat. Quisquis
 igitur Deum super omnia diligit, quomodo aduersus hunc atrocissi-
 mum Dei hostem non animo commouebitur? non eius odio exare
 scet? nõ dies noctesque de illius pernicie & interitu cogitabit? Quod 15
 si magna præmia ad magnos labores excitare homines solent, quod
 maius huic salutari odio præmium proponi potest, quam vera sapien-
 tia, & flagrantissima in Deum charitas, quæ hoc odio comparatur?
 His adde sempiternam animæ salutem: adde vnigeniti Filij Dei socie-
 tatem, & contubernium: adde postremò singularem cœlestis Patris
 honorem. Hæc enim adeo magnifica præmia nobis præfens sancti
 Euangelij lectio proponit, cum ait; [Qui odit animam suam in hoc mun-
 do, in vitam eternam custodit eam.] En salus animæ sempiterna. Deinde
 verò addit; [Qui mihi ministrat, me sequatur: et vbi sum ego, illic et mi-
 nister meus erit.] En Christi societas, & felicissimum contubernium. Po-
 16
 17
 18
 19

17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

Non sum tamen, fratres, adeo communis fragilitatis ignarus, vt tã
 acriter aduersus vos ipsos pugnare moneam: hoc enim eorum est,
 qui ad perfectioris vitæ studium aspirant: ad quos huius Euangelij
 doctrinam pertinere initio diximus. Satis mihi erit, primum quidè,
 vt contra affectus & cupiditates vestras (vbi cum diuina legis præce-
 ptis pugnaverint) strenuè atque viriliter decertetis, malitiquè Deo
 interdictæ arboris fructum prohibèti, quam serpenti decipienti, aut
 Euxæ, hoc est, carni vestræ blandienti, & lethale venenum propinan-
 ti, obtemperare. Deinde, quoniam (vt D. Greg. ait) ille maximè ab illi-
 citis abstinet, qui ea, quas communi lege licent, à se interdum abdi-
 cat; illud

17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444

terris pofiti pecudum more viuunt? Et quidem nos omnes, dum fa- 20
lutis noftræ facrificium immolatur, postulamur vt inter Angelos &
Archangelos, inter Thronos & Dominaciones, atque adeo inter Se-
raphicos illos fpiritus focia exultatione & communi voce commu-
nem Dominum laudemus dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Do-
minus Deus Sabaoth. Qua ergo fronte inter hos choros locum &
vozem à Deo petunt, qui in terra pecudum more vitæ ducunt? Quid
autem talibus, cum hoc pofcunt, responderi poterit, nisi quod fan-
ctus ille Patriarcha voluptuario illi diuiti respondit; Fili, recordare
quia recepifti bona in vita tua, & Lazarus fimiliter mala: nunc autem
hic confoletur, tu verò cruciaris? In quanto autem ifti falutis fuæ di-
fcrimine verfentur, apertè Saluator oftendit, cum ait; Væ vobis diuiti-
tibus qui habetis hic confolationem veftram. Væ vobis qui fatirati
eftis, quia efurietis. Væ qui ridetis nunc, quia flebitis. Quis igitur 21
adeo ferreus erit, qui hæc iudicis noftri non tam verba, quam fulsu-
na non pertimefcit? Sed hæc aliàs. Nunc ad baculum patientiæ, quæ
initio propofuimus, quæque ad infirmitatem noftram fultentandam
maximè neceffarius est, reuertamur.

§. I L.

¶ Cum multi ac maximi diuinorum eloquiorum fructus & vtilitates
fint, tum ille maximus, maximèq; ad huius ærumnofæ vitæ miferias
perferendas neceffarius est, quem Apoftolus exprefit, cum ait; Om-
nia quæ fcripta funt, ad noftram doctrinam fcripta funt, vt per patie-
tiam & confolationem fcripturarum fper habeamus. Sciebat enim
vir diuinus non defuturos vnquam labores & calamitates, quamdiu
in turbido & procellofo huius vitæ pelago nauigamus. Hoc autem
ipfa miferiæ vitæ noftræ conditio, quæ ad exiliū, ad lachrymas, & 22
labores damnata est, facilè declarat. Cum enim duo fint totius gene-
ris humani parentes, alteri dictum est; Maledicta terra in opere tuo.
Et, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries
filios. Quid ergo genus hominū ex tali propagatum radice fibi fau-
ftrum & felix in hac vita polliceri poterit? Quid, nisi illud, quod in li-
bro Iob fcriptum est; Homo natus de muliere, breui viuēs tempore
repletur multis miferijs: qui quali flos egreditur & cōteritur, &c. In-
ter has autem hominū miferias, ea primo loco numeratur, quod ex
tam fragili principio, nempe ex muliere ortum duxerit. Vt enim D.
Gregor. ait, Quid habere poteft fortitudinis, qui natus est ex infir-
mitate? Quod fi (vt Phifici definit) maximā humano corpori ma-
terix partē fœmina miniftrat: quale id erit quod ex tam vili & fragi-
li ma-

- 23 li materia procreatum emerfit? quanta erit corporis infirmitate pres-
sum? quot miferijs implicatū? quot ægritudinibus circumolutū? quot
ærumnarū generibus expofitum? Deniq; idem sanctus Iob vitā no- 1ob. 7.
ftrā perpetuā quandā militiā esse ait, diesq; noftros mercenarij die-
bus cōparari. Quo in loco D. Gregor. Ipla, inquit, vitā noftra militiā
esse dicitur: quia hoc iā est facta quod tolerat: adeo poena ipfa in na-
turā quodāmodo verfa est. Quod vero dies hominū, mercenarij die-
bus cōparat, hoc fignificare voluit, qd ficut mercenarius feruus, ino-
pia cogente, in cōtinuo labore vitā ducit (quo enim die non laborat,
vix habet quo fultentare vitā poffit) ita omnis homo, quantum ad la-
boris cōditionē attinet, verè mercenarius est; quia quāuis multi à cor-
poris labore immunes fint, nemo tamen à laboribus animi, & curarū
fluctibus liber est. Pro varietate namq; tū delictorū, tū personarum;
24 æquiffimus ille mundi arbiter varia laborū genera fingulis quibufq;
diftribuit; vt quemadmodum nemo à culpa immunis, ita nemo pœ-
næ laborisq; expert fit. Hinc apud eūdē Iob gigantes gemere dicitur
sub aquis: vt intelligamus, quod quamuis multorū fortuna fubli-
mis fit, & à cōmūibus miferorum laboribus aliena, habet tamen di-
uina prouidentia atque iuftitia profundiores variarum calamitatum
aquis, quibus hos mergat, sub quibus ipfū quoque alta fufpiria, & ge-
mitus edant; quāuis dignitatis magnitudine excelfi & fublimes ad-
modum fint. Hos autem humanæ vitæ turbines & procellas, quibus
diuina prouidētia homines iactari patitur, regius Propheta exprefit;
cum ait; Abyffus abyffum inuocat in voce cataractarum tuarū; hoc
25 lat, & varia vndiq; pericula circumfant, cum tu Domine peccatis
noftris exigentibus, turbines atq; procellas calamitatum in huius vi-
tæ pelagus tam frequenter immittis.
- Ceterum ne pij homines hac laborum commemoratione perter-
refiant, latum difcrimen inter piorum improborumque labores hoc
in loco referendū putauit. Cum enim hæc laborū atq; poenarum lex
ad omnes vnuerfè fiue pios fiue improbos fpectet; cum oēs in eodē
fretō nauigēt, atq; adeo eadē nauī vehatur; hæc tñ inter vtrofq; diffe-
retia est, qd improbos quidē Dñs laboribus vexādos atq; agitādos p-
eo atq; eorū scelera exigunt, permittit, vt in illis impleatur quod per
Prophetā dicitur; Dereliquiftis Dominū, vt derelinqueret vos. Et il-
lud Ofeg; Oblita es legis Dei tui: obliuifcar & ego filiorum tuorum.
Pijs verò, quoniam tota mente illi tanquam amantiffimo parenti
obfequi & placere cupiunt, ipfe quoque paterna cura & prouiden-
tia lie-

Luc. 16.

Luc. 6.

Rom. 15.

Gene. 3.
Ibidem.

Iob. 14.

Gregor.

Gregor. vs
moral.

Iob. 2. 6.

Pfal. 41.

2. Para. 2. 4.
Ofeg. 4.

Psal. 36. tia sic laborantibus & periclitantibus adest, vt cum ceciderint, non
Psal. 40. collidantur, quia ipse supponit manum suam. Hinc illud Prophetæ;
 Salus autem iustorum à Domino, & protector eorum in tempore
 tribulationis: & adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos
 à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo. Hoc ipsum di
Cyprian. scriben D. Cyprianus contra Demetrianum assignat his verbis. Pœ
contra De- nam de aduersis mundi ille sentit, cui & lætitia, & gloria omnis in
metriani. mundo est. Ille mœret & deslet, si sibi malè sit in seculo, cui benè nõ
 potest esse post seculum: cuius viuendi fructus omnis hîc capitur:
 cuius hîc solatium omne finitur. Cæterum nullus dolor est de in
 cursione malorum præsentium, quibus fiducia est futurorum bono
 rum. Denique nec consternamur aduersis, nec frangimur, nec dolemus,
 neque in vlla aut rerum clade, aut corporum valetudine misis
 tamus; spiritu magis quàm carne viuentes, firmitate animi infirmita
 tem corporis vincimus. Per ipsa quæ nos cruciat & fatigat, proba
 ri & corroborari nos scimus, & confidimus. Putatis nos aduersa vo
 biscum æqualiter perpeti, cum eadem aduersa videatis à nobis & vo
 bis non æqualiter sustineri? Quam diu enim corpus hîc permanet,
 commune cum cæteris sit necesse est. Intra vnã domum boni &
 mali interim continemur. Quicquid intra domum euenerit, pari for
 te patimur, donec æui temporalis sine completo ad æternæ vel mor
 tis, vel immortalitatis hospitium diuidamur. Non ergo idcirco compa
 res vobis & æquales sumus, qui in isto adhuc mundo & carne cõsti
 tuti, mundi & carnis incommoda vobiscum pariter incurrimus. Nã
 cum in sensu doloris sit omne quod punit, manifestum est eum non
 esse participem pœnæ tuæ, quem videas tecum æqualiter non dole
 re. Hactenus Cyprianus. Videtis ergo fratres, cum boni ac maluarijs
 huius vitæ laboribus exagitentur, quantum inter vtrolque discrimi
 nis sit? Si enim diligenter vtrorumque sortem consideres, intelliges,
 illos quidem sub ardentissimo Solis estu sine vmbraulo aduri, istos
 verò diuinarum alarum vmbra protectos à Solis ardore defendi. Illi,
 velut in media acie, nudi & inermes telis patent hostium suorù (illa
Genf. 4. Cain verba vsurpates, Omnis qui inuenerit me, occidet me) isti verò
 diuina custodia armati, elypeo que diuinæ protectionis muniti, inter
 medios hostiũ cuneos tuti & impenetrabiles incedunt. Illi per huius
 seculi vndas in nauis, clauso maloq; destituta, ventorum atque fluctuũ
 incursionibus variè iactantur: isti verò in nauicula Christo guberna
 tore maria sulcarite nauigant, qui imperat ventis & mari, & hîc tran
 quillitas magna: hoc est, qui & mundi rabiem ac tempestatem sedat.
 & men-

29 & mentes nostras inuictis viribus sepit, ne nos procella mundi sub
 mergat.

§. III.

¶ Hoc ipsum autem (vt cætera Sanctorum exempla taceam) vel
 vnus beatissimi Laurentij Martyris exemplo comprobare licet ; cui
 Dominus & patiendi materiam, & robur inuictum, & propensam ad
 patendum voluntatem, & alacritatem contulit. Primum enim scor
 pionibus, iubente Imperatore (cuius animus dæmonum furijs agi
 tabatur) immaniſſimè toto corpore cæditur & laceratur. Deinde no
 uo alio flagellorum genere, iisdem temporibus vsitato, hoc est, cru
 delibus virgis sauisimè cæditur. Cum autem gloriosus Christi Mar
 tyr, corpore quidem lacerò, sed animo tamè integro, quò magis tor
 30 quebatur, eò fortior atque constantior in eius confessione persiste
 ret, crudelis tyrannus contemni se putans, & se frustra hæc tentasse
 indignè ferens, aliud flagellorum genus, multò dirius, nempe plum
 bata afferri iussit ; vt quoniam nullus iam erat vulneribus in lacerò
 corpore locus, plumbata corpus lacerum contunderent, & ossa con
 fringerent. Cum ergo sanctus Martyr mortem sibi iam imminere
 credidisset, sublati in cœlum oculis, cœlestem imperatorem his ver
 bis appellat; Domine Iesu suscipe spiritum meum. Quid ad hæc Do
 minus Iesus? O miranda diuinæ sapientiæ consilia! Ad hanc Marty
 ris petitionem clarissima è cœlo vox delapsa est; quam ipse etiam cru
 delis Tyrannus audiuit; Adhuc multa tibi desunt certamina. Clemē
 tissime Domine. liceat mihi tecum paululum ratiocinari. Iustus quidē,
 Ieremias ait, es tu Domine, si disputem tecum; verum tamen iusta lo
 31 quar ad te. Cur, quæso mi Domine, sanctum Martyrem tuum diu
 tius atque immanius torqueri vis. cum tam strenuè hactenus diu
 pro tu non inuis gloria decertauerit? Ter iam Martyr effectus est, qui ter
 tot verberibus, tot plagis laceratus & contusus, nullum habet in cor
 pore membrum quod tibi non obtulerit in holocaustum. Adde in
 comparabilem animi constantiam, qua Tyranno minitanti respon
 dit: adde Ecclesiæ thesauros tanta fide & deuotione distributos: ad
 de vitam innocentiſsimè ætam; quam edita miracula probant: adde
 illam inexplicabilem Martyrij suum, quæ apud iustitiam & æquita
 tem tuam Martyrij instar est. Num igitur doloribus & cruciatibus
 hominum palceris, qui ad alia grauiora certamina Martyrem vocas?
 At hoc vsque adeò ab immanis bonitate & charitate tua alien
 num est, vt ne nos vulneremur, vulnera nostra excipere; ne nos

Ierem. 52.

ad mortem duceremur, tu mortis supplicium subire uolueris. **Quis** 32
 & sanguinarios illos parentes odisti, qui liberos suos in falforum
 Deorum honorem iugulabant: quod execrandum sacrificij genus
 tu maximè auerfari. Cur ergo nunc tormenta Martyris, iam pendè
 confumpti, diutius augenda, & protelanda cœlesti uoce denuntias?
 An non periculum est, ne fideles tui, tantorum tormentorum metu
 perterrefacti, concidant, & à fide deficiant? O altitudo diuitiarum sapientia
 & scientia Dei! ô admiranda ratio diuinorum consiliorum!
 Hæc sanè diceret hoc in loco prudentia carnis. At prudentia spiri-
 tus miras in hoc diuino consilio rationes deprehendit. Hac enim
 passionum acerbitate Dominus & Martyrem mirabiliter illustrabat,
 & nominis sui gloriam, & gratia suæ potentiam, & prouidentia suæ
 curam atque solertiam apertissimè declarabat, & Ecclesia suæ fidei
 prudentissimè confulebat: ac postremò, quàm sit is in Sanctis suis mi- 33
 rabilis, ostendebat.

Psal. 67.

Quid enim mirabilius (ut ab hoc primùm incipiamus) quàm hanc
 tantam, tamque insuperabilem animi constantiam & fortitudinem
 in homine fragili carne septo (qui vix culicis morsum patienter fer-
 re potest) deprehendit? Potuit ne Deo, Angelis, & hominibus spe-
 ctaculum gratius mirabiliusque proponi, quàm Laurentius, cum scor-
 pionibus, cum ignibus, cum craticula, cum furcis ferreis, & cum
 ipso orbis Monarcha adedò fortiter & animose decertans? Amplifi-
 ficat Catonem fortitudinem Seneca cum mala fortuna dimicantem,
 his uerbis; Ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna com-
 positus, utique si & prouocauit. Non video, inquam, quid habeat in
 terris Iuppiter pulchrius, si conuertere animum uelit, quàm ut spe-
 ctet Catonem iam partibus non semel fractis, stantem nihilominus inter 34
 ruinas publicas erectum. Hactenus Seneca. Si hoc igitur spectaculum tam
 gratum Deo fuisse, vir hic discretissimus & iustissimus uirtutis aestima-
 tor credidit, Catonem uidelicet inter illos fracti exercitus reliquias
 animo infracto extitisse, neque Cæsaris arma & potentiam extimuisse,
 quale quæso spectaculum fuit, adolescentem nudum & inermem,
 omnique humana ope destitutum, aduersus totam mundi atque in-
 ferorum potentiam dimicasse, uicisse, atque triumphasse! Domuerunt
 Romani Imperatores mundum, & sub iugum atque ditionem suam
 redegerunt. At hic Romanus Imperator atque orbis domitor, idem-
 que omnibus dæmonum furij exagitatus, adhibitis omnibus tor-
 mentorum machinis (quas vel crudelitas hominum, vel furor dæmo-
 num, vel Imperatoris potentia potuit excogitare) adolescentem huc
 adedò

55

adedò non uicit, neque à fide sua constantia (quod unum ille capta-
 bat) reuocare potuit, ut is in medijs ignibus & craticula constitutus,
 & furcis ferreis compressus, adedò non cesserit doloribus, ut ad terer-
 rimum Tyrannum victor ignium diceret, Agnosce miser, & re ipsa
 doctus intellige, me istis tuis ignibus adedò non terreti, ut ij mihi ma-
 gno etiam refrigerio sint. Agnosce ergo te victum, agnosce te mea
 fide & constantia superatum, & conatus tuos omnes irritos & ina-
 nes fuisse: agnosce totam imperij Romani potentiam ab vno adoles-
 cente delectam: agnosce me torqueri quidem & mori, uinci tamen
 minimè potuisse: agnosce cruciatu tuos corpus tantum meum impe-
 tere ualuisse, sed animi robur & constantiam non fregisse, nec ab eo
 (quod tot artibus, tot machinis extorquere cupiebas) impetrare po-
 tuisse. Agnosce ergo, miser, Romanum Imperatorem non modò
 36 ab vno adolescente superatum, sed etiam irrisum atque contem-
 ptum. Itaque assalti uiam partem, gyra aliam & manduca. Videtis
 fratres quantum ex hac passionis acerbitate Martyris gloria cre-
 uerit?

I. Corin. 4.

Seneca.

Quid uerò diuini nominis gloria? quantum hac passione illustra-
 ta est? Vnicum Sanctorum omnium studium fuit, modis omnibus
 Dei gloriam magnificis laudibus & operibus celebrare. Itaque alij
 canticis & hymnis, alij varijs sacrificiorum generibus, alij purita-
 te & innocentia uitæ, & plenissima mandatorum obedientia eius
 imperium & gloriam magnificauerunt. Nulla tamen diuini nomi-
 nis magnificandi ratio dignior & illustrior, quàm quæ Mar-
 tyrum sanguine & morte declaratur. Hinc Ioannes in Euange-
 lio de Petri morte à Domino prenuntiatio loquens, ait, Hoc autem
 37 tera dicebat, significans quæ morte clarificaturus esset Deum. Dei
 enim gloria fide & obsequio seruorum eius maximè declaratur.
 Quod autem maius obsequium uel à Deo requirit, uel ab homine
 impendi potest, quàm illatam mortem, & acerbissima tormenta
 prius perpeti, quàm illius numen uiolare, fidem prodere, maiesta-
 tem offendere, & ab obedientia & reuerentia illi debita deci-
 scere? Non est enim in tota humana nature facultate, diuino
 ceteram præsidio munita, quò uiterius in Dei fide, amore, & obe-
 dientia progredi valeat. Quod cum ita sit, quantum quæso
 bertissimus Laurentius Dei gloriam illustrauit, cuius tantam
 maiestatem, tantam gloriam, tantum imperium esse credidit,
 ut pro ludò habuerit omnes tormentorum machinas, omnem Impera-
 torum

Ioh. 21.

ratorum potentiam, ne cœlestem Imperatorem suum aliqua infirmi-
tatis nota offenderet? Tota enim mundi potentia à fide & charitate,
huic maiestati debita, ne ad momentum quidem illum potuit auoca-
re. An non igitur hæc tanta passionum acerbitas Dei gloriam (cui
omnia seruire debent) maximè exultit?

Cæterum vt fidelis famulus in Dominum, ita fidsissimus Domi-
nus extitit in seruum: qui tanto illum Spiritus robore donauit, totq;
miraculis eius fidem confirmauit, & certissimam illi spem salutis &
gloriae mox future ostendit. Nam cum in carcere esset, signo crucis
subitam & insperatam videndi facultatem cæcis contulit, & his mira-
culis Hyppolitum, carceris custodem, eiusque familiam ad Christi
fidem ita conuertit, vt martyrij participem effecerit. Cœlesti quoq;
voce, qua Dominus & præsentiam suam, & voluntatem declarauit,
& ad futura certamina erexit, ipsumque armauit & corroborauit. 39
Quin & pulcherrimum de cœlis Angelum misit, qui Martyris sui san-
guinem, ex vulneribus destituentem, linteo abstergeret. Quo miracu-
lo Romanus miles, qui tum aderat, stupefactus, & ad Laurentium
conuersus, Video, ait, ante te iuuenem pulcherrimum linteo vulnera
tua tergerem: & ideo adiuro te per Deum, qui suam ad te Angelum
demisit, ne me derelinquas. Opportunitate verò accepta, à B. Laurentio
baptizatus, clamare cœpit se Christianum esse. Ideoque Impera-
toris iussu, capite truncatus, Christi martyr effectus est. His igitur ex-
ternis fidei & spei adiumentis, & internæ gratiæ præsidij fidelem
seruū fidelior Dominus ad certamen illud clarissimum adiuuabat.
Hoc ergo modo fidsissimus cum fidei seruo Dominus certare quo-
dammodo videbatur. Quod enim Martyr grauiora tormenta patieba-
tur, hoc maiora illi Dominus ad patiendum præsidia & adiumenta 40
conferebat.

Iam verò ad Catholicae fidei exemplum & firmamentum quan-
tum roboris hæc Laurentij tormenta præbuerunt? Quod enim im-
maniora supplicia, ne à fidei sinceritate deficeret, passus est, hoc cla-
rius & firmitus sanguine suo catholicae veritatis & fidei testimonium
tulit.

Quid verò de Martyris gloria & corona hac tam dira passione
aucta dicam? Vnus Martyrij dies totam æternitatis gloriam illi con-
tulit: tantoque maiorem, quanto passionis certamen acrius fuit. Quo
quidem fluctu sanctus Martyr fraudatus fuisset, si postremum hoc
eraticule supplicium illi defuisset. Eius igitur gloriæ & felicitati Do-
minus contulabat, cum maiora illi certamina superare cœlesti voce
denuntia-

At denuntiabat. Non vulgari beneficio diuitem mercatorem afficit, *simil.*
quisquis opportunam mercium materiam illi subministrat, qua is in
arca repositam & otiosam pecuniam locupletare meritoque exer-
cendis valeat. At beatus Laurentius diuinæ gratiæ opibus ditissimus
erat: cuius virtute tormenta illa, & multo etiam atrociora sustinere
poterat. Quocirca magnum diuinæ prouidentie beneficium extitit,
huic tantæ gratiæ, quæ in sancti Martyris mente latebat, hanc tantæ
fortitudinis & constantiæ segetem & materiam præbere: cuius fru-
ctus & in Ecclesia ad piorum exemplum, & in cœlo ad Martyris glo-
riam sempiterno æuo permaneret.

Quid ex his, quæ hæcenus diximus, colligere licet fratres? Multa
sanè: sed illud in primis, quantum à veritatis scopo aberrat, qui metu
laboris, quem in diuinæ legis obseruatione esse putant, ab ea deter-
rentur. Non enim diuinæ gratiæ virtutem (quam fortasse nunquam
experti sunt) agnoscunt: cuius tanta vis est, vt non modo legis diuinæ
suaue iugum, & onus leue, sed ferrum etiam, & ignes, & scorpionum
Matth. 11.
Aucto. 10.
Bernar.
volentibus misericordiæ suæ opes explicare & impartiri soleat. Vnde
merito D Bernar. Magis, ait, diuinam gratiam queri posse, quod
hominibus illi desunt, quàm quod ipsa desit hominibus. Quam ergo ig-
nariæ nostræ excusationem in extremo illo examine prætexere poter-
rimus, cum gratiæ collator expansas semper manus in ciuce habeat,
vt sua in nos munera largiatur?

43 Hinc etiam colligere licet, quanta sit illa supernæ patriæ felici-
tas, quam omnes sancti Martyres dignam putauerūt, propter quam
omnia tormentorum genera perpeti decreuerint: cum tamen certum
sit, ne omnes quidem passiones simul congestas vel vnum felici-
tatis huius diem æquare posse, nisi diuinæ gratiæ virtus eas hac felici-
tate dignas efficeret. Quanta ergo dementia, quanta cæcitas est,
nolle solo diuinæ legis suauissimo iugo sine vulnere & sanguine mer-
cari, quod Martyres omnes membrorum omnium dilaceratione sibi
comparauerunt? Quid hi quæso facient, cum videant se ab hac tanta
gloria excidisse, quam tam leui diuinæ legis sarcina sine ferro &
vineulis promereri potuissent? O qualis tunc erit luctus, quantus
furore, cum hanc tantam socordiam & amentiam suam ad mem-
tem reuocauerint! Vt igitur hunc tantum fletum euadere mereamur
fratres, hæc saltem ratione Martyrum exempli sectari contem-

damus; ut quando mori propter Christi confessionem non datur, 44
 membra saltem nostra (ut Apostolus ait) mortificare studeamus su-
 per terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupi-
 scentiam malam, & avaritiam (quae est simulachrorum seruitus)
 propter quae venit ira Dei in filios incredulitatis; ut his pestibus li-
 berati, ad gloriosa Martyrum contubernia peruenire mereamur: pre-
 stante Domino Iesu Christo, cui est gloria & imperium per infinita
 seculorum secula. Amen.

IN FESTO ASSUMPTIONIS BEATISSIMAE
 Virginis Mariae Concio prima; in qua lectio Evangelica & lite-
 rali, & mystica expositione enarratur; ac deinde sacræ
 Virginis laudibus, & Assumptionis eius festo
 accommodatur. 45

*T. H. E. Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga
 plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam
 partem elegit, quae non auferetur ab ea. Lucæ. 10.*



Consentaneum erat, fratres dilectissimi, ut dignitati
 festorum, quae statis diebus celebranda nobis propo-
 nit Ecclesia, pietas quoque & deuotio nostra ita re-
 sponderet, ut festorum magnitudinem religionis &
 pietatis nostrae deuotio æquaret. Constat autem inter
 omnes Sanctorum dies festos, beatissimæ Virginis festa principa-
 tum tenere; quando & ipsa inter omnes sanctorum ordines prin-
 cipem locum tenet. Inter omnia verò eius festa, id, quod hodie
 de gloriosa eius in cælum assumptione celebramus, esse præ-
 cipuum, Ecclesia initio statim solennitatis huius prædicat his ver-
 bis; Hæc est illa præclara festiuitas omnium sanctorum festiuitati-
 bus incomparabilis: in qua gloriosa, & felix, mirantibus cælestis
 curiæ ordinibus, ad æthereum peruenit thalamum. De hac igitur
 tam gloriosa solennitate sermo nobis hodie habendus est. Tem-
 pus enim (ait Bernardus) loquendi est omni carni, cum assumi-
 tur incarnati Verbi mater in cælum: nec cessare debet à laudibus
 humana mortalitas, cum hominis sola natura super immortales
 spiritus exaltatur in Virgine. Sed quid nos rudes & imperiti de tanta
 Virginis

Bernar.

- 2 Virginis gloria dignum dicere valeamus? Fateor (ait idem) importan-
 tiam meam; pusillanimitatem propriam non abscondo. Non est equi-
 dem quod me magis delester, sed nec est quod terreat magis, quam
 de gloria Virginis Mariæ habere sermonem: quia licet de caloque ge-
 stiant omnes, tamen quidquid dicitur de indicibili, eò ipso quod di-
 ci potuit, minus placet. ¶ Hoc autem festum sancti Apostoli primi
 omnium dignissimè hodierna die celebrant. Qua de re D. Dionys. Dionys. de
 cum de laudibus Hierothæi magistri sui differeret, sic ait: Cum nos, diui. nomi.
 & pleriq; ex sanctis fratribus nostris ad contuèdum corpus illud, quod
 autorem vitæ Deumq; ceperat, conuenissemus, (aderat autem & fra-
 ter Domini Iacobus, & Petrus, supremum decus & antiquissimum
 Theologorum columen) ubi post conuinitum placuit ut infinitè po-
 tentè bonitatem Pontifices laudarent omnes, quisq; pro capto suo:
 3 ille (scilicet Hierothæus) post Apostolos, omnibus alijs laudatoribus
 superior erat: totus excedens, totus se deserens, eorumq; laudabat cõ-
 sortium patiens. Ab omnibus deniq; à quibus audiebatur, videbatur,
 & agnoscebatur, & non agnoscebatur, afflatus Deo, diuinusq; lauda-
 tor iudicatus est. Hactenus ille. Hic certè vir diuinus pro dignitate
 huius diei festum celebravit. Hoc nos hodiè spiritu & affectu discere,
 hoc vos audire oportebat fratres, ut aliqua saltem ex parte huius diei
 solennitati satisfacere possemus. Sed quoniam hoc cæleste donum
 est, descendens à Patre luminum, eius opem, sacratissimæ Virginis in-
 teruentu, (cuius hodiè festum celebramus) suppliciter imploremus. Iacob. 1.

A V E M A R I A.

- ¶ Lectio sancti Evangelij, fratres charissimi, si nudam solum rei ge-
 stæ historiam, quæ in ea describitur, spectare velitis, nihil ad præsen-
 tem solennitatem facere videbitur: si verò rei gestæ mysterium atten-
 datis, nihil ad eam commodius afferri potuit. In ea verò narratur,
 duas illas sorores, Martham, & Mariam, Dominum Iesum, ubi castel-
 lum quoddam ingressus esset, intra domum suam excepisse, & omnia
 illi hospitalitatis & humanitatis obsequia deuotissimè exhibuisse.
 Prudentissimè enim piæ sorores hospitis sui mores & ingenij agno-
 scètes, sic inter se officia partitæ sunt, vt altera sacri corporis eius, alte-
 ra animæ pascendæ officium sibi fumeret: & altera quidè illum in do-
 mo sua, altera in mente reciperet: Martha enim satagens circa fre-
 quens ministerium, mensam, qua corpus Domini reficeretur,
 apparabat: Maria verò deuotione, & amore, atque cælestis verbi
 auditione prædicantis Domini animam, dum pasceretur, ipsa pasce-
 bat. Nouerat enim ipsum ubi Samaritanam mulierem docuisset,
 & ad

Ioa. 4.

& ad idem conuertisset, discipulis cibum offerentibus dixisse; Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Cumque illi de hoc cibo quaesissent, Meus (inquit ille) cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius. Cum ergo hoc probè teneret Maria, simili obsequio Dominum reficere curauit, ad illius pedes sedens, & verbum eius deuotissimè audiens, illumque hoc modo non solam reficiens, sed etiam intra animæ suæ hospitalium excipiens.

Cum ergo Martha satageret circa frequens ministerium, fororemque ad pedes Domini assidentem sine vlla sollicitudine cerne-
ret, studio magis hospitalitatis quam indignatione commota ad Dominum ait; [Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me so-
lam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens ait illi Dominus,
Martha, Martha, sollicita es & turbaris erga plura. Porro vnum est ne-
cessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.] Multa
sunt, fratres, quæ tum in hac Marthæ querela, tum in Dominicæ res-
ponsonie commentari possemus: sed illud præcipuè hoc in loco ob-
seruandum est, quod sancti Patres annotarunt, nempe per has duas
sorores, duo viuendi genera, quibus in Ecclesiâ pij omnes exercentur,
commodissimè designari. Martha enim, quæ in hospitalitatis & misericordiæ opere desudabat, actiuam vitam repræsentat: Maria verò, quæ ad pedes Domini sedens audit verbum illius, contemplati-
uam designat. Est enim actiua vita, quæ in ijs operibus versatur, pro-
pter quæ Dominus in extremo iudicij die cælesti regnum omnibus
suis se esse largiturum promittit cum ait; Elurui, & dedistis mihi mā-
ducare: sicuti, & dedistis mihi bibere; hospes eram, & collegistis me:
nudas, & operuistis me. Contemplatiua verò vita est ab his quidem
operibus (cum necessitas charitatis non vrget) seriatim vacare, & gu-
stare quoniam suauis est Dominus; hoc est diuinarum rerum con-
templationi toto pectore in cumbere, diuinis amplexibus in hære-
re, diuinæ pulchritudinis speciem puris animæ oculis cõtueri, solus-
que conditoris amore ac desiderio inardescere; ac postremo cælesti
in terra vitam meditari. Hoc est igitur contemplatiuæ vitæ officium,
quod sancti illi Anachoritæ in desertis vitam agentes prohibebantur:
qui ab omnibus huius vitæ curis & negotijs secedentes in hoc vno
studio dies noctesque; intenti erant, corpus atterentes, vt animæ cele-
stibus dapibus saginarent; terrena bona contemntes, vt mentem
spiritualibus opibus locupletarent. Horum igitur præcipuè & singula-
re studium erat, illa Prophetæ verbain corde & in ore semper habere;

Matth. 25.

Psal. 33.

155

8 re; Diligam te Domine fortitudo mea; Dominus firmamentum meum,
& refugium meum, & liberator meus, Et; Sicut seruus desiderat ad
fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sicut in ima
mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante fa-
ciem Dei mei? Psal. 17.
Psal. 41.

9 Quæri autè solet: ex hac duplici vita; cum vtraque; sanctissima, Deo
que; gratissima sit; vtra sit illi gratior, atque præstantior. Cui quidè que-
stioni cælestis magister in euangelica huius diei lectione respondere
videtur, cum Martha quaerenti ait; [Maria optimam partem elegit, quæ
non auferetur ab ea.] Sed quoniã (vt Philosophi tradunt) scire, est rem
ex causis cognoscere, non erit alienum, quod Dominicæ vocis tes-
timonio verum esse cognoscimus, causis etiam redditis comproba-
re; ijs præsertim, quæ nos ad huius vitæ amorem & studium excitare
possint. Illud igitur hanc vitam maximè cõmen dat, quòd in ea actio
ne versatur, ad quam præcipuè homo à Deo cõditus est. Quam rem
hac distributione atque ordine Seneca declarat: Externa liquidè om-
nia, atque adeò totum hunc mundum, quem oculis vîsupamus, ad
humani corporis obsequiũ pertinere ait; corpus verò propter sensus
datum esse definit, vt per eos magnifica Dei opera contueri & senti-
re possimus. Sensus verò menti atque intellectui deseruire, ait, dum
varias ei rerum differentias repræsentant, in quibus ipse philosopha-
ri queat. Porro autem mentem ipsam, in qua intellectus inest, atque
voluntas, ad hoc nobis esse concessam, vt ex ijs; quæ sensuum mini-
sterio deprehenderit, in conditoris sui cognitionem & amorem as-
surgat. Ad quòd officium hominem conditum esse Seneca testatur.
Constat enim quæ inferiora sunt, superioribus deseruire; non con-
trà. Non est enim Dominus propter seruum, sed seruus propter Do-
minum; neque; eques propter equum, sed propter equitem atque ses-
sorem equi. Non igitur mens nostra inferioribus seruire, sed in fe-
riora menti seruire natura ipsa debent. Rectè ergo Seneca, externa
omnia propter corpus; corpus verò propter sensus; sensus autem pro-
pter mentem; mentem verò propter diuinæ pulchritudinis speciem
contemplandam & amandam conditam esse docet. Quod cum ita
sit, consequens est, vt præstantissimum illud opus esse fateamur, ad
quod & totus hic mundus, & homo ipse præcipuè cõditus est: quod
quidem est contemplatiuæ vitæ proprium.

10 Adde etiam, quòd quicumque rectè philosophati sunt, in hac ipsa
contemplatiuæ vitæ actione humanam illud opus esse fateamur, & summum ho-
minis bonum posuerunt; quamuis neque; supernaturalem eius beati-
tudinem,

156

tudinem, neque supernaturalis Spiritus sancti dona naturali rationis
 lumine agnoscere potuerunt: Nos autem supernaturalia Spiritus san-
 cti dona adiungimus, quibus & intellectus nostri aciem dono sa-
 pientiae illustramus, & voluntatem charitatis ardore incendimus,
 quibus haec duae supremae animae nostrae vires perficiuntur, & nobili-
 tantur, vt his veluti alis subleuatae ad diuinam pulchritudinis speciem
 contemplandam attollantur. Ex his autem quae diximus, huius vitae
 dignitas aperte colligitur. Inter omnia quippe Spiritus sancti dona
 principem locum obtinet sapientia. Proprium autem sapientiae opus
 est, diuina contemplari. Neesse est autem prestantissimum esse, quod
 ad praestantissimo Spiritus sancti dono proficitur. Constat item, in
 ter omnes virtutes atque habitus, caelitus menti nostrae inditos, prin-
 cipatum tenere charitatem. Erit ergo nobilissimus actus, qui ad nobi-
 lissimo habitu procedit: hic autem quis alius est, quam summum bo-
 num diligere? Quid verò aliud huius vitae sectatores agunt, quam di-
 uinis amplexibus, diuineque dilectioni vacare? Vt enim D. Grego-
 rius ait, Tales amant, & ardent, & in ipso suo amore requiescunt:
 quia nihil hoc amore superius est, ad quod illum referre & ordinare
 debeant: ideoque in eo, tanquam in fine, plenissime requiescunt. Qua
 quidem ex re huius vitae dignitas aperte colligitur, quando id agit
 in terra, quod beatae mentes in caelo semper exercent. Vnde alia etiã
 eius dignitas intelligitur, nempe, quod cum multa virtutum officia
 simul cum vita finiuntur, hoc tamen munus & officium tunc perfe-
 ctius incipitur, cum in hac vita finitur. Vt enim Apostolus ait, Chari-
 tas nunquam excidit: sine prophetiae euacuabuntur, siue linguae celsi-
 fabunt, siue scientia destruetur: ex parte enim cognoscimus, & ex par-
 te prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabi-
 tur quod ex parte est. Quibus verbis Apostolus designare voluit,
 charitatis munus & officium manere in patria, cum tamen alia Spi-
 ritus sancti dona, & benignitatis officia ibidem locum habere nõ pos-
 sint, vbi miseria nulla, nulla imperfectio est. Quam quidem rem ap-
 erte Saluator exposuit, cum Mariae partem nunquam ab ea auser-
 endam esse dixit. Fides enim & spes non erunt in patria, chari-
 tas verò, & diuinæ pulchritudinis contemplatio perpetuo in ea ma-
 nebunt. Ex his autem illud etiã colligitur, nempe, hac familiariter
 assidua cum Deo, rebusque diuinis consuetudine paulatim homines
 humana omnia dediscere, & in spirituales, atque diuinum homi-
 nem euadere, Apostolo testate, qui ait: Qui adhæret Domino, vnus
 spiritus est.

Gregor.

I. Cor. 13.

I. Cor. 6.

antiquo

Hæc

- 14 Hæc igitur omnia, fratres, satis indicant contemplatiuæ vitæ dig-
 nitatem. Vnde quisquis huic studio addictus fuerit, gloriosi verè
 cum Propheta poterit, dicens: Funes ceciderunt mihi in præclaris. *Psal. 138.*
 Verè enim felicissimus esse putandus est, cui diuino beneficio hæc
 tam præclara fors contigit, vt vitam omnem in hoc piissimo studio
 insumat. Quam rem D. Greg. Theologus eleganti descriptione tes-
 tatur: qui cū Episcopatus sarcinam fuga & latebris declinasset, hoc
 nomine aduersus accusatores suos fugam suam tuetur, quod con-
 templatiuæ vitæ amore, cui semper fuerat addictus, pastorem cura-
 ram refugisset: sic enim ait; Nihil mihi fortunatius eo homine esse *Theologus*
 videbatur, qui clausis compressisque corporis sensibus, atque extra in *Apola-*
 carnem mundumque positus, in seque collectus, nec (nisi summa *get.*
 necessitate impellente) quicquam humanarum rerum attingens, &
 secum, in se, & cum Deo colloquens, superiorem rebus in aspectum
 cadentibus vitam agit, diuinamque species & imagines puras semper,
 nec vllis terrenis & errabundis formis permixtas in se ipso circun-
 ferret, ac Dei, rerumque diuinarum purum omnino speculum effici-
 tur, lucique lucem, obscuriori videlicet clariorem adiungit; ac iam
 futuri æui bono fruitur, & cum Angelis versatur; & adhuc in terris
 egens, terram deserit, atque à spiritu in caelo collocatur. Si quis ve-
 strum hoc amore correptus tenetur, quid dicam, intelligit, atque affe-
 ctui ei, in quem tum incidi, facile ignoscet. Hactenus ille. Ex cuius
 verbis liquet, quanta sit huius vitæ dignitas, quantumque à veritate
 aberrent, qui eam vt vacantem & otiosam continent; vt potè quod
 per eam homines sibi ipsis tantum, non etiam publicæ salutis & vtili-
 tati prospiciant. Aduersus hos autem D. Bernar. ait; Otiosum non *Bernar.*
 15 est vacare Deo, sed negotium negotiorum omnium. Quod qui-
 cunque in cella non agit fideliter & seruenter, quidquid aliud agit,
 quod non propter hoc agit (scilicet vt Deo feruiatur) in eo quod
 agit, otitur. Felix igitur ille est fratres, qui se totum à mundo abdi-
 cauit, totumque huic studio addixit: qui videlicet curas omnes in
 hanc vnã curam, negotia omnia in hoc vnũ negotium; deside-
 ria cuncta in hoc vnũ desiderium, amores omnes in hunc vnũ
 amorem, & gaudia omnia in hoc vnũ gaudium, studia omnia in
 hoc vnũ studium commutauit. Quisquis enim ob amorem Chri-
 sti omnia reliquit, eadem centuplum aucta, nõ in altera solum vita,
 sed etiam in præsentis percipiet.

Erunt fortasse nonnulli inter vos, qui his auditis, ad huius pulcherri-
 mæ vitæ amorè excitentur, & ad eam capeffendam aspirare incipiãt.

Hoc

Simil.

Hos igitur monitos volo, duobus primùm gradibus ad hanc vitam esse ascendendum. Vt enim in Ecclesia nefas esse ducitur ad sacros ordines promoueri per saltum, vt aiunt: ita præposterum est, hoc vitæ genus profiteri, nisi duo isti gradus, vel saltem vnus eorum antè præcesserit. Sicut enim prius Lia fecunda, quàm formosa Rachel in matrimonium ducitur; sic actiua vita contemplatiuam antecedere debet. Verùm dicit aliquis; Huic vitæ mihi vacare non licet; vel quia opes mihi desunt, quibus alijs subueniam; vel facultas in publicum proeundi deest; quoniam domi inclusus maneo, ideoque liberum mihi non est, quæ aliena sunt, curare. Si hoc tibi non licet, est tamen gradus alter necessariò subeundus, nempe vt cupiditates omnes, earumque radicem, hoc est, immoderatum tui amorem superare contendas, quò diuinæ dilectioni in mente tua locum præpares. Amor quippe immodicus sui, & amor Dei non minus quàm vterq; mundi polus sibi mutuo aduersantur. Amor quippe Dei omnia ad Deum, tanquam ad vltimum finem, dirigi & ordinari postulat: contra verò immodicus amor sui & Deum ipsum, & cetera omnia ad se, suamque vtilitatem destinarè vult: atque ita se ipsum tanquam vltimum finem statuit. Quisquis igitur ad hanc felicem vitam ascendere parat, cõscientiæ puritati, atque cupiditatum omnium cohibitioni, diu multumque infundere debet. In maleuolam quippè animam non introibit sapientia; neque habitabit in corpore subdito peccatis. Vnde Sponsa in Cantic. cum Sponsum ad lectum inuitat (hoc est, ad internæ quietis, & spiritualium deliciarum locum) floribus illum respersum esse ait; hoc est, non prauis cupiditatibus, sed pijs affectibus, & sanctis desiderijs plenum. Libenter enim sponsus ad huiusmodi loca declinat.

Sapient. x.

Cantic. x.

Matth. 25.

Ibidem.

¶ Ceterum, quamuis has tantas laudes contemplatiua vita mereatur, actiua tamen vita tantum meriti atque laudis habet, vt in extremo iudicij die cœlestis regnum misericordiae operibus (quæ ad hanc vitam pertinent) tribuendum esse iudex ipse dicat. Electis enim ad dexteram suam cõstitutus dicit; Venite benedicti Patris mei, percipite regnum; quod vobis paratum est ab origine mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere; hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me, &c. Quærentibus autem pijs quando hæc in Dominum benignitatis officia contulerint, respondebit iudex; Amen dico vobis; quamdiu

20 quamdiu vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. Hoc satis erat ad laudem & commendationem huius vitæ, quòd eum ceteris quoque pijs operibus æterna merces parata sit, de his solum in illo die mentionem facturum esse Dominus testatur. Adde etiam quòd interdum ad hæc misericordiae opera sic astringimur, vt altissima etiam cõtemplatio propter illam descenda sit; quãdo laborantis proximi necessitas hoc à nobis requirit. Vnde est illud Augustini; Otium sanctum quærit charitas, negotium sanctum exigit necessitas charitatis. Quæ sarcinam si nullus imponat, contemplandæ veritati vacandum est. Ipsa quoque in Deum charitas quò magis amorem nostrum excitat in eum, eò magis ad diligendos homines infligat propter Deum: quoniam (vt D. Gregor. ait) Quantò ea valentius attollitur ad summa, tantò potentius recurrit ad ima. Hoc autem nobis innuit flagrantissima illa Pauli in Deum charitas, ex qua tantus dilectionis ardor in homines effluxit, vt posteaquam totam spiritus sui vim in exhortandis Corinthijs effudisset, eosque multis maximisque salutari doctrinæ monitis imbutisset; neque tam longa & mirabili exhortatione calor ille dicendi deseruisset, tandem ait; Os nostrum patet ad vos ó Corinthij; cor nostrum dilatatum est: non angustiamini in nobis. Quid est quòd ait, Os nostrum patet ad vos ó Corinthij? Metaphorè sumpta esse videtur ab ijs, qui nimio calore æstuantes hianti ore auram captare non cessant; qua caloris incendium refrigerare queant: sic diuinus hic vir salutis humanæ ardore incensus erat, vt neque continuum monendi homines officium, neque labores ob hanc causam suscepti, non pericula, non vincula, non verbera ignem illum ita refrigerare aut extinguere possent, vt non aperto ore alia atque alia 22 strumolurum & laborum genera propter eos sitiret, ideoque ait; Os nostrum patet ad vos ó Corinthij. ¶ Quem verò ipse ignem in peccatore gestabat, in discipulorum mentibus accendere nitentur, cum post hæc verba protinus subdit; Eandem autem habentes remunerationem, tanquam filijs dico, dilatamini & vos: hoc est, eadem charitatis & misericordiae viscera non erga me solum, sed quàm latissimè erga omne genus hominum gestate. Quòd initio nascens Ecclesie fideles faciebat; qui non minore charitatis affectu idololâtrum cultoribus in calamitate positis, quàm domesticis fidei succurebant. Hinc D. Cypri. atrocissima peste Carthagini grassante fideles sibi subditos ad hæc pietatis & misericordiae officia infidelibus exhibenda sedulo hortabatur. Intelligebat enim vir sanctus, quàm summo illo misericordiarum parenti grata esset in homines, quos ipse ad imaginem suam

August.

Grego.

2. Corin. 6

Ibidem.

Cypria.

fingit, misericordia. Quod si huius rei causam quæras, illa inter cæte-
 ras nõ postrema est, quod viri misericordes cõoperatores Dei in ho-
 minũ salute cõseruanda sint. Cum enim is mudi huius gubernationi
 perpetuò intētus sit, & inferiorum causarum ministerio, animantiũ,
 ac præcipuè hominum (propter quos cætera condita sunt) vitas tuca-
 tur, & necessaria illis ad vitæ cultum suppeditet: quisquis in digenti
 proximo ac de salute periclitãti manũ porrigit, an nõ is Domino ad
 salutem hominum cooperatur, & quodãmodo paruus quidã Deus
 cum illo efficitur? Hoc enim à Deo vir misericors distat in hoc offi-
 cio, quod Deus quidem (cuius immensa bonitas & potentia est) om-
 nibus prouidet; ipse verò (cuius tenues opes sunt) non omnibus, sed
 paucis hominibus consulit. Quam rem breuiter Ecclesiasticus signi-
 ficauit, cum ait, Misericordia hominis ad proximũ suum: misericor-
 dia autem Dei ad omnem carnẽ. Quod cum ita sit, quomodo Deus
 non eximio illum amore prosequatur, quem secum cernit cooperã-
 tem, & adiutricem manus ad opus, quod ipse indefessa cura molitur,
 porrigentem? Si enim qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ,
 mercedem accipit Prophetæ (quod hac ratione ad idem munus cõo-
 peret, atque ita Prophetæ cum illo effici quodãmodo videatur)
 quid de illo sentiendum est, qui ipsum Domini opus vget, & eãdem
 salutis humanæ tuendæ curam suscipit? Nemo igitur Mariæ partem,
 quam Dominus optimam prædicauit, sic attollat, vt Marthæ munus
 & officium deprimat, quæ hominem, Dei imitorem, & germanũ
 filium, ac penè diuinum efficit. Hoc enim munus electorum, & Deo
 charissimorum esse Paulus definit, cum ait; Induite vos sicut electi
 & dilecti Dei viscera misericordiæ. Sicut electi, inquit, & dilecti: vi-
 detis electorum, & eorum quos Deus diligit, proprium esse, miseri-
 cordiæ viscera gestare. Itaque non contentus quacunq; arida & ieu-
 iuna misericordia, viscera misericordiæ à nobis exigit, quod est mu-
 tũ maius: nec hoc contentus, non gestare tantum, sed induere ea vo-
 luit: quod significauit, totum hominem, hoc est, omnia eius facta, di-
 cta, cogitata, misericordiam præferre, misericordiam spirare, & om-
 nia tandem benignitatis & lenitatis speciem exhibere, qua miseros
 omnes & calamitosos non modò à se non abigant, sed modis omni-
 bus ad se trahant, & alliciant.

Verum hoc in loco illud nõ segniter aduertẽdũ est, hoc genus vi-
 tæ, quod in proximorũ miserijs leuãdis cõsumitur, nõ prorsus contẽ-
 platiuæ vitæ expers esse debere: hoc est, aliquo studio sanctarũ ora-
 tionũ & meditationum oportere iuari; ne videlicet homo externis
 semper

Eccle. 18.

Matth. 10.

Coloss. 3.

- 26 semper operibus vacas, & cũ hominibus seculi assiduè versans, rubi-
 ginis aliquid ex humanæ vitæ cõsuetudine cõtrahat, si internis omni-
 no deuotionis officijs vacuus sit. Vehementer enim timẽdũ est, ne in-
 terius euacuetur, si totus ad externa dilabatur. Quã rẽ illa Martha
 verba innuere videtur, quibus sororis auxilium postulat. Verè enim
 mystica Martha à Mariã petit adiuuari; quoniã actiua à cõtẽplatiua
 vita vigorẽ mutuat. Ideo nãq; hæ duæ mulieres, quæ in hodierna san-
 cti Euãgelij lectiõne referuntur (quæ videlicet vtriusq; vitæ huius ima-
 ginẽ referunt) sorores fuisse perhibetur: quarũ est, se mutuò germana
 charitate iutare. Certè actiua sine aliqua cõtẽplatiõnis particula diu-
 subsistere vix poterit. Quã rẽ cautè atq; prudẽter D. Aug. admonuit; *August.*
 qui, quãuis vbi proximus opera nostra indiget, nos à veritatis cõtẽm-
 platione auocet; & in opus mittat, subiũgit tũ deinde; Nõ est omni-
 nis deserenda veritas suauietas, ne si desit suauitas, opprimat charita-
 tis necessitas.

§. II.

- ¶ Verum de his hæcenus: si enim tẽpus est vt ad sacre Virginis fe-
 stũ veniamus, quãuis ea quæ hæcenus dicta sunt, nõ omnino ab eius
 laudibus abhorreãt. Dum enim mystica Marthæ atq; Mariæ officia
 explicauimus, sacre Virginis laudibus viã muniuimus, quæ vtriusq;
 sororis officiu in hac mortalivita plenissimè exequuta est: Quo argu-
 mẽto intelligere licebit, quã hodiẽ gloriã, quodq; præmiũ à filio rece-
 perit, quæ illi vtriusq; sororis huius officio pfectissimè famulata est.
 Ne me verò hoc fingere existimetis, D. Anselmũ, sacre huius Virgi-
 nis studiofissimũ, in mediũ proferã, hæc ipsa quæ diximus prædican-
 tẽ. Videamus, inquit ille, quid alij, qui Marthæ officio funguntur, ope-
 rëtur, & quid sacra Virgo operata sit. Alij quẽlibet hospite in domo
 suscipiunt; hæc nõ quẽlibet, sed propriũ Dei filiu (qui nõ habet vbi ca-
 put reclinet) nõ in domo, sed in vtero suscepit. Alij nudũ quẽlibet ve-
 ste mutabili atq; corruptibili operiunt; hæc verbũ Dei virginea carne
 operuit, quẽ sine fine incõmutabilis atq; incorruptibilis permanebit.
 Alij quẽlibet esuriẽtẽ & sitientẽ cibo & potu exteriori reficiunt; hæc
 Deũ hominũ humanitus indigẽtẽ nõ solum exteriorib⁹ cibis pauit;
 verum etiã vteri sui lacte aluit: & vt breuiter sex illa misericordie ope-
 ra percurramus; quæ cum vni ex minimis eius fuit, Deus sibi facta cõ-
 stituit; hæc nõ quẽlibet ex minimis, sed summum Dei filium hospite
 suscepit, nudum pannis operuit, esuriẽtem pauit, sitientẽ lacte
 potauit, in firmũ per infantia & ætatẽ non solum visitauit, sed etiam
 fouendo, leniendo, gestando frequentauit, vt meritò de ea dicitur;
 Martha autem: atagebat circa frequẽs ministerium. Cõprehensõs,

L. 2

& cru-

Iodth. 19. & crucifixo, quasi in carcere posito, adfuit, sicut scriptum est; Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius. Inter hæc autem turbabatur, & sollicita erat cum fugeret in Ægyptum à facie Herodis, qui eius filii ad eò persequeretur, ut multos suspectæ ætatis pueros occideret. Turbabatur etiam cum Iudæos insidiantes, & mortem ei inferre molientes cognoscebat.

Lucæ. 2. Ad vltimum turbata est valde, & iuxta Simeonis vocem; ipsius animam pertransiuit gladius; cum videret filiam suam comprehendit, ligari, flagellari, cõspui, spinis coronari, derideri, colaphizari, crucifigi, mori, sepeliri. Vnde bene ei congruit quod dicitur; Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plarima. Hactenus Anselmus. Sed quoniam modo Mariæ nostra, alterius Mariæ ad pedes Domini sedentis officium exequuta sit, quæ verbum eius deuotissimè audiens, hospitium illi in animâ sua parabat, quis præ dignitate poterit explicare? De ipsa namque D. August. ait; Matera propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi felicitis Christum corde quàm carne gestasset.

Sed expendamus, quæ nam sint præcipuè illæ virtutes, quæ hospitium in corde nostro Deo præparant. Harum prima, fides est; fides, inquam, quæ per dilectionem operatur, quæque tantum diligit, quantum credit: de hac enim Apostolus ait, Christum per fidem habitare in cordibus nostris. Quæ autem fides illustrior, quàm eius, cui dictum est; Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te ea quæ tibi dicta sunt à Domino? Virginitas quoque habitaculum Deo parat, sicut beata Lucia dixit, castè viuètes templum esse Spiritus sancti. Quæ autem virginitas sublimior, quàm eius quæ prima inter omnes sceminas virginitatis votum emittit, & hoc pulcherrimum inuentum excoegitavit? Propter quod merito virgo virginum appellatur. Humilitas quoque Dei templum efficit, ipso dicente; Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem & mansuetum &c? Quæ verò humilitas maior, quàm eius quæ non minus humilitate, quàm virginitate Deo placuit? Sed inter hæc, charitas maximè hospitium Deo parat. Ut enim Ioannes ait, Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quæ verò charitas maior, quàm eius quæ plena gratia fuit, quæ videlicet Deum non modò dilexit: vt Deum, sed etiam vt vigenitum & amantissimum filium: vbi cum amore gratia, amor quoque naturæ interfuit. Postremò, puritas, & sanctitas præcipuè locum Deo parat. Domum enim Dei decet sanctitudo in longitudine dierum. Quæ autem puritas & sanctitas maior quàm huius sacratissimæ Virginis, quæ (quod nulli Sanctorum conuigat) ab omni

Psal. 92.

32 etiam venialis peccati labe perpetuò immunis fuit? Hinc D. August. ^{August.} mater Domini, sicut in prima scemina abudauit delictum, sic in te se perabudauit omnis plenitudo gratiæ: & ideo super omnes ignara delicti. Idemque rursus; Charitas fecisti, vt non solum Maria non peccaret, sed nec peccatum quidem cogitare poterit. Quid verò mirabilius quàm in tota vita ne semel quidem in veniale peccatum incidisset? Clamat S. Euangelista, Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Denique; Apostolos Dominus orare docuit; Dimitte nobis debita nostra: quoniam ipsi quoque; quamuis Spiritu sancto pleni, & in gratia confirmati; non tamen omnino à venialibus peccatis immunes extiterunt. An non ergo mirabile est, cum septies in die cadat iustus, sceminam similem nobis passibilem, sexaginta & eò amplius annis, quibus in hoc mundo cum immundis hominibus versata est, nunquam neque verbo, neque opere, neque cogitatione in peccatum vllum veniale incidisset? Hoc planè non humana; sed angelica puritatis est. Quid verò mirum angelica puritate effulsisse, quæ Angelorum Dominum, & gratiarum omnium fontem nouè mēibus in vtero gestauit? Benedixit olim Dominus domui Obdedom; quoniam eius arca tribus apud illum mensibus mansit. Quæ ergo is benedictione, quibus opibus Virginem locupletauit, in cuius Virgineo vtero non vbratilis arca illa, sed idem ipse Dominus nouè mensibus habitauit, & in cuius mente, tanquam in regali palatio cunctis virtutum gemmis adornato, perpetuò mansit?

34 Quæ igitur sic Marthæ atque Mariæ officium non vno aliquo die, sed per omnem ætatem ad eò perfectè exequuta est, quam hodiè mercedem, quam gloriæ coronam pro tot tantisque meritis à filio recipiet? Quis ascendenti ei locus in cælo parabitur, quæ descendenti in hunc mundum Dei filio tale parauit hospitium? Rectè enim D. Bernar. ^{Bernar.} Neque in terris locus vllus dignior virginali vteri teplo, in quo Dei filium Maria suscepit; neque in cælis regali solio, in quo Mariam hodiè filius sublimauit. Felix nimium vtraque susceptio; inestimabilis vtraque; quia vtraque inexcogitabilis est.

Sed inter hæc omnia danda nobis opera est fratres, vt paulisper oculos ab externa Virginis gloria deflectentes ad internam mentis eius lætitiæ contemplandam (quatenus ruditati & ignoratiæ nostræ conceditur) penetrare valeamus. Ad hoc igitur sciendum est, familiare viris sanctissimis semper fuisse, cum ab infimo ad summum dignitatis gradum euecti essent, aut magnis opibus locupletati, vix vnquàm ab illa infima forte & conditione, in qua fuerunt, oculos dimouere, quò vo-

2. Tim. I.

Psal. 77.

cantis Domini gratiam pristinæ vilitatis comparatione apertius agnoscerent: atque ita in se quidem humiles, Deo autem grati atque deuoti permanerent. Sic Paulus pristini erroris sui memor, se ipsum contumeliosum, blasphemum & persecutorem appellat. Sic Dauid ad regni solium euectus, prioris fortunæ memoriam non deposuit, sicut ipse ait; Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de populo seditantes accepit eum, pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. His exemplis, fratres, collatione facta, beatæ Virginis mentem atque animum vtcunque conijcere poterimus. Cum ipsa enim ex altera quidem parte recoleret, se olim cuidam humili fabrico (qui securi, & ferra, quotidianoque labore sibi victum parabat) fuisse desponsatam, illique in domesticis curis extitisse subditam & obsequentem; ac deinde ad eam doloris & calamitatis magnitudinē peruenisse, vt inuenitum filium tanquam facinorosum & ductorem inter latrones appensum in cruce vidisset, seque à perfido populo facinorosi & seductoris matrem æstimatam & appellatam fuisse: ex altera autem animaduerteret, se à Deo in matrem electā, & super omnes sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, cæterorumque Sanctorum ordines, atque supra Cherubin & Seraphin exaltatam, & iuxta filij solium, vt veram eius matrem collocatam, vt supra se nihil nisi conditorem suum, infra se verò quicquid à Deo conditum est, cerneret: cum hæc, inquam, omnia prudentissima & sanctissima Virgo cum animo suo cogitaret, qua quæso mente, quo animo erga tantorum bonorum largitorem esset? quo illum amore diligeret? quas illi gratias ageret? quibus laudibus eius immensam bonitatem prædicaret? Hoc vtcūque conijci potest, verbis autem explicari non potest. Quid verò cum se à cunctis beatarum mentium agminibus in tanto pretio & honore haberi vidit? Quæmadmodum enim cum Deus Pater primogenitum in orbem terræ introduxit, Angelis præcepit, vt hominē illum tanquam verum Deum adoraret: ita cum eiusdem filij matrem hodierno die in cælum inulit, & in folio sibi debito collocauit, iisdem Angelis præcepit, vt illam tanquam Domini sui matrem, & cælorum atque Angelorum Dominam & Reginam agnoscerent, suspicerēt, & humili obsequio & reuerentia honorarent. Quis igitur animus, quis sensus beatissimæ Virginis erat, cum ita se ab omnibus cælestis curiæ ordinibus suspici & honorari cerneret? Cum Dauidi Dominus per Nathan Prophetam æternam regni sedem promississet, seque ex tam infima conditione ad tam amplam dignitatē extulisset, tanto amoris ac deuotionis affectu incensus fuit, vt tunc vel maxime cor suum se inuenisse

Simil.
Ecl. 1.

38 inuenisse diceret, quo ardentissimo affectu Dominum osaret, eiusque magnificentiam prædicaret, quod se vnum ex cunctis hominibus ad regni solium elegeret, dignumque fecisset in quem tam magnifica dona conferret. Quod si Dauidis animus sic affectus fuit, qualem beatissimæ Virginis animum hodierno die fuisse putandum est, quæ se non solum inter omnes homines, sed inter omnes etiam creaturas, quæ sunt, erunt, & fuerunt, exaltatam vidit: quæ tamē se in hoc seculo pauperis & humilis fabri sponfam fuisse recolebat, extremamque crucis & mortis filij ignominiam pertulerat? Quid verò cum hanc adeo stupendam dignitatē diuinæ largitatis & gratiæ munus esse clarissima luce cognouit? Hoc est enim quod illa in Cantico suo aperte cecinit, cum ait; Quia respexit humilitatem ancillæ sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quibus verbis ostendit, hanc tantam maternæ dignitatis gloriam supra omne meritū esse, soloque diuinæ gratiæ beneficio sibi contigit: hoc enim est quod ait; Quia respexit humilitatem ancillæ sue. Quo in loco, humilitatis nomine, non humilitatis virtutem, sed conditionis suæ vilitatem significauit: ideoque gratuitum diuinæ mentis respectum huius tantæ dignitatis causam fuisse testatur. ¶ Quid verò cum post hanc tantam gloriam amantissimum & desideratissimum filium vidit non iam in humili gremio matris, sed in sinu omnipotentis Dei Patris; non vbera sugentem, sed sanctorum animas beantem; non inter latrones pendentem, sed inter cælestes spiritus regnantem, quo tunc affectu illa Sponsæ verba in Cantico dicere potuit; Inueni quem diligit anima mea; teneo, nec dimittam.

40 Ad hanc tantam gloriam, fratres, post tot labores beatissima Virgo hodiè euectæ est: ad hanc nos à Deo conditi, atque in sacro baptismatis fonte hæredes eius instituti sumus: hæc nos tanta felicitas manet, hanc nobis Christus Dominus sanguinis sui pretio emit. Ad hanc igitur toto studio contēdamus, nihilque eorum, quæ oculis vsurpamus, eius amori anteferamus. Vita breuis, modicus labor; optatissima verò & sempiterna merces. Nihil ergo nos ab hoc itinere remoretur, nihil detineat, nõ carnis illecebæ, nõ terrenæ opes, nõ mundi gloria, nõ vita, non mors, nõ denique quidquid in hoc seculo vel optamus, vel timeamus: hæc omnia post se relinquat sempiternæ felicitatis amor. Ibi & beatissimæ matris & filij gloria perfruemur; ibi diuinæ pulchritudinis contēplatione satiabimur: ibi electorum omnium gaudia nobis quoque; cū illis muræ dilectionis iure cõmunia erunt: quæ nobis Christus Dominus concedere dignetur, qui est benedictus in secula seculorū. Amen.

L 4 I N

IN ASSUMPTIONE BEATISSIMÆ
Virginis Mariæ Concio secunda; in qua primùm de magnitudi-
ne meritorum atque laborum Virginis, ac de magnitudine
item gloriæ, ad quam hodiè assumpta est, agitur; Secundo
verò loco, quid nobis factò opus sit vt ad eius gloriæ
consortium veniamus, dilierit.

*T H E. Optimam partem elegit sibi Maria, quæ non
auferetur ab ea. Lucæ 10.*



Odiè, fratres charissimi, beatissima Virgo Maria ex
hac lacrymarum valle cum summa totius curiæ cele-
stis lætitiâ in superas illas sede, in æternum regnatura
migravit. Hodiè exilium in patriam, mortem in vitâ,
mœrorem in gaudium, laborem & lacrymas felici cõ-
mercio in æternam lætitiâ commutauit. Hodiè sanctarũ animarum
septa agminibus, & Angelorum vallata choris, ad ethereũ thalamum,
sibi ab æterno destinatum, cũ clamore & iubilo deducta fuit. Si enim
beati Martini, multorum quæ aliorum Sanctorum corpora hymnis ca-
nõra cœlestibus turba ad tumulum vsque prosequuta est, quid de san-
ctissima Virgine pietas Christiana credere debet, quæ tanto maiori
gloria digna fuit? In libro Regum legimus, Dauidem olim arcam Dei
cum hymnis & canticis, cum clamore & iubilo, maximaque totius po-
puli frequentia ad locum, quem ei parauerat, adduxisse. Quæ ergo ho-
diè lætitiâ, quibus cœlestium virtutum laudibus & canticis, non vni-
bratilis, sed vera arca, in qua Dei filius nouem mensibus requieuit, ab
eodem filio in cœlum deducta est: Quæ igitur dum in hac vita mane-
ret, dignum Dei filio & in corpore, & in anima sua parauit hospitium,
qualem hodiè ab eodem filio hospitalitatis huius mercedè accepisse
credenda est? Hac enim de causa lectio sancti Euangelij, quæ hospitiũ
describit, quo Martha & Maria Magdalena Dominum exceperunt,
(quarum altera corpus Domini necellaria ministrando pascebat; alte-
ra eius verba audiendo, ipsius animam reficiebat) in hac sacra solenni-
tate legitur; vt in hoc piæ hospitalitatis officio beatissimæ Virginis
officium, quod erga Dei filium exercuit, intelligamus; quæ; præter-
quam quòd illum in visceribus suis excepit, & humanitatis nostræ ve-
ste induit, non semel aut iterum, sed toto vitæ eius tempore ad crucè
vsque illi ministravit. Ex huius autem hospitalitatis & officij digni-
tate,

2. Reg. 6.

4 tate, mercedis magnitudinem, quàm hodiè mater à filio recepit; po-
terimus vtcunque conijcere. De hac igitur hodiè dicturi, cœlestem
opem, eiusdem sacratissimæ Virginis intercessione, suppliciter implo-
remus.

A V E M A R I A.

¶ Duo à nobis præsentis solennitatis ratio exigere videtur: alterum, *Partitio.*
vt dignitatis & gloriæ magnitudinem, ad quam hodiè beatissima Vir-
go euecta est, explicemus: alterum, vt qua via nobis eò eundem sit,
quò illa hodiè gloriosa processit, exponamus. Illud enim ad eius glo-
riam; hoc ad nostram pertinet salutem: frustra enim eius gloriæ mag-
nitudinem prædicamus, si ab eiusdem gloriæ consortio, vitio nostro,
secludimur.

§. I.

5 ¶ Vt autem gloriæ magnitudinem, quàm hodiè beatissima Virgo à
filio suo percepit, intelligamus, meritorum eius magnitudo expendè-
da prius est; quandoquidem vitæ meritis, retributionis merces respõ-
det in cœlis. Constat autem ex communi Patrum sententiâ, cœleste
præmium charitati ita respondere, vt quòd maior fuerit charitas, hoc
& præmium sit magnificentius. Quæ quidem res pauperibus & illi-
teratis hominibus maximo solatio esse debet: quia quamuis opibus,
& doctrina destituti, nihil egregium in Ecclesiâ luce moliantur, si ta-
men in angulo suo constituti, diuinæ pulchritudinis contemplationi
& amoris vacantes, in eo ipso amore proficiant, & quotidie amando
maiora diuini amoris incrementa capiant, maiorem in cœlo gloriam
percipient, quàm qui multa egregia pietatis opera patrauerint, si mi-
nore charitate præditi ex hac vita decesserint. Quæ res hodierna
6 quoque sancti Euangelij lectiõne comprobatur; in qua Dominus
collatione Marthæ atque Mariæ facta (quarum altera Christo Do-
mino ac discipulis eius ministrabat; altera ab hoc officio feriat, ex
docentis ore pendebat, totaque in eius amore suspensa erat) Mariæ
quiescentis officium operoso Marthæ officio prætulit dicens: [*Mar-
tha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnus est necessa-
rium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*] ¶ Aposto-
lus verò non modò charitatis, sed etiam piorum laborum in cœlesti
retributione habendam esse rationem docet, cum ait; Vnusquisque
propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Hinc mar-
tyrum Christi gloriam meritò insignem esse confitemur, quòd sum-
mos labores propter Christum perpessi fuerint. Cum ergo cœlestis
præmij magnitudo primùm quidem Sanctorum charitati, deinde

L 5 verò

verò labori respondeat, hæc iam duo in sacra Virgine expendere incipiamus. 7

Quòd verò ad charitatem eius attinet, quæ vis orationis non hominum modò, sed etiam Angelorum pro dignitate illam explicare queat? Vt enim riuus fonti, à quo scaturit, ita charitas gratiæ magnitudinè, à qua profluit, respondet. At sanctissima Virgo priusquam nasceretur, fuit plena gratiæ; & cum ab Angelo salutata fuit, plena etiam gratiæ prædicatur; & ubi Dei filium concepit, superueniente Spiritu sancto, copiosior in eam effusa est plenitudo gratiæ. In die verò Pentecostes cum Apostolis orans longè maiorem quàm illi gratiæ plenitudinem adepta est. Sed quid ego hæc singularia persequor, cum certissimè constet, sanctissimam Virginem nihil vnquam in tam longo vitæ spatio aut egisse, aut dixisse, aut animo agitasse, quo non incrementum perceptæ gratiæ mereretur. Qualis ergo charitas hoc in exhausto & perenni gratiæ fonte permanasse credenda est? Adde etiã rotius vitæ consuetudinem in amantissimi filij contubernio atque conspectu transactam; quem nunquam aspexit, quin ardentissimi amoris facibus inflammaretur. Charitatem verò suis actibus magis quàm aliarum virtutum actionibus intendi constat, præsertim cum intensiores vehementioresque sunt. Hæc de Virginis charitate breuiter, nunc eius labores enumerare incipiamus.

Primus eius labor & cruciatus extitit Simeonis vaticinium: qui ad Virginem de filio loquens ait; Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ex hoc igitur tempore doloris gladius in purissimo & amantissimo eius corde ferè semper infixus hæsit. Cum enim amoris magnitudinem doloris magnitudo consequatur, quæ tam ardenti charitate diligebat filium, quo dolore lauciata est, cum futuros filij cruciatus & dolores Simeone prophetante cognouit? Alius post hunc labor, fuga in Ægyptum, extitit; habitans apud eos, qui animam Virginis iniquis operibus cruciabant. Si enim Pauli spiritus, dum Athenis ageret, incitabatur in seipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem; quo dolore intemerata Virginis pectus cruciaretur, cum homines ad imaginem Dei conditos, omne genus reptilium & muscarum pro vero Deo colere videret? Alius, & incomparabilis labor fuit, cum stans ante crucem pijs oculis lacerum amantissimi filij corpus, luxata membra, disrupta verberibus terga, spinis oblitum caput, transfixos ferro pedes, & depressum pondere suo corpus, confossum latus contemplata est. Quo quidem

Luc. 1.
Act. 2.

Luc. 2.

Mat. 2.

Act. 17.

10 dem tempore huiusmodi dubium quin piissimum illius cor cum filio ita cruci affixum fuerit, ut quidquid ille in corpore passus est, illa fuerit in corde perpeffa. Cum illo ergo vinculis ligata, alapis casta, opprobrijs saturata, verberibus attrita, spinis coronata, cruci affixa, felle & aceto potata fuit. Huius autem doloris vim & acerbitatem quæ vis orationis explicare, quæ mens cogitatione consequi possit?

¶ Quia in re nunquam satis in hac parte mirari queo diuinæ sapientiæ consilium. Cum enim facillè Christus Dominus potuisset, vel in scia, vel absente matre, acerbissimum passionis suæ calicem haurire, voluerit eam & præsentem adesse, & tantorum dolorum atque tormentorum testem atque sociam fieri. Cum quidam vir nobilis ex medicorum consilio pluribus cauterijs vlceri (quo grauissimè laborabat) impressis, mederi decreuisset, omni ratione

Simil.

11 curauit, ut in scia vxore (quam vnice charam habebat) hæc carnificina perficeretur, ne dilectæ vxoris animus hoc tam diro spectaculo cruciaretur. Si igitur tu, Domine Iesu, sanctissimam matrem tuam ita diligis, ut post æternum Patrem nihil nec in cælo, nec in terra charius habeas, cur dedita opera huius tanti doloris consciam, & testem, & participem esse voluisti? Quis autem adeo diuinarum rerum imperitus erit, qui hoc casu magis quàm summo diuinæ sapientiæ consilio factum esse credat? Consilium autem fuit, ut perfectissima inter omnes sanctos hac summa charitatis & patientiæ laude (quæ Deo supra cuncta alia obsequia gratissima est) minimè destitueretur. Quòd si rursum quæras, cur amator hominum Deus tantopere ipsorum lachrymis & mœrore delectetur? Ad hoc facillè respondemus, nequaquam illum doloribus nostris oblectari: oblectari tamen nostra in illum fide, charitate, & patientia: quæ virtutes nullibi magis quàm in rebus arduis ac difficillimis probantur, & perficiuntur. Hac igitur de causa quos Deus charissimos habet, maximis in hac vita laboribus exercet, ac perficit. Nul- lum quippe aliud probatæ atque perfectæ virtutis, certius argumentum est. Quò minus mirandum erit, si Dei filius, qui miro charitatis affectu piam matrem prosequeretur, noluerit eam hac tanta laude priuari; cuius meritum & gloria erat in æternum perman- sura.

Postremus autem Virginis labor fuit, tamdiu in hoc mundo post filij ascensum in cælum permansisse. Quātus autè hic cruciatus fuerit, quis pro dignitate poterit explicare? Si enim Tobie mater filij peregre profecti absentiam continuis lachrymis desolebat: si Apostolus Paulus

Tobi. 10.

Paulus

Phil. 1.
Psal. 41.

Paulus ob eximiam in Christiua charitatem tanto eius videndi desiderio flagrabat, vt dissolui cuperet, vt eius praesentia frueretur, si Dauidi regi dicere licuit; Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: quale beatissimae Virginis videndi filij desiderium fuisse putandum est, quae tanto maiore charitatis ardore flagrabat? Si de Sanctis omnibus verè dictum est, quodd mortem habeant in desiderio, & vitam in patientia; quid de hac sanctissima Virgine credendum est? Quidam verò magnus Christi amator tam ardentem desiderio mortem sibi tenebat, quod desideratam illius faciem cer neret, vt frequenter ad mortuorum funera visenda properaret, vt mortis conspectu lætaretur, quod ea opranti sibi obuenire aliquando deberet. Beata verò Catharina Senensis tanto videndi sponsum sui ardore æstuabat, vt hanc ad illum orationem, non sine multis lachrymis, & amarissimo corde, effunderet: Mi dulcissime, & super omnia dilectissime Domine, cur quæso me tædiu à tuo suavissimo cõplexu diuelli finis? Iam Domine nulla me huius vitæ delectatio tenet; nihil aliud cupio, nihil quæro nisi te, nihil quæ aliud diligo nisi te. Cur ergo vilissimi huius corporis gratia ab hac tanta excludor felicitate? O clementissime omnium dominantium Domine, educ quæso de carcere animam meam, & de corpore mortis huius libera me. Huic autem petitioni Dominus ita respondit; Ego quidem amatissima filia quamdiu inter homines versatus sum, nunquam voluntatem meam, sed eius qui misit me, semper impleui. Vnde quamuis ego magno vrgerer desiderio Pascha cum discipulis meis celebrandi, & salutis humanæ opus perficendi, tempus tamen à Patre meo definitum humiliter expectaui. Idem ergo te facere conuenit, vt videlicet patienter tempus tui transitus expectes, quod à me constitutum est. Tum illa, Fiat, inquit, amatissime Domine in me tua voluntas; sed inferim tamen ego petitiunculam quandam abs te peto, ne confundas faciem meam: Peto igitur atq; obsecro, vt quando per te mihi modò praesentia tuae delicijs frui non licet, fruam tamè acerbissimis doloribus tuis: vt quãdò gaudiorum tuorum in caelis particeps esse non possam, dolorum tuorum in terris particeps efficiar. Hac beata Catharina. His igitur exemplis, fratres, ceu gradibus quibusdam ad beatissimam Virginis desiderium intelligèdum vtrūq; assurgere poteritis. Si em̄ quò maior est dilectio, hoc ardentior dilecti vidèdi, & eius praesentia fruèdi cupido est; quæ tãtū in charitatis virtute ceteros oēs sanctos anteibat, quãto maiore vidèdi amatissimi filij desiderio flagrabat? Hoc planè nulla mēs, nulla cogitatio nra assequi potest. ¶ Adde, q̄ prudentissima Virgo

Luce. 22.

16 Virgo (quæ diuinis quotidie illuminationibus erudiebatur) non erat suæ dignitatis ignara. Ab ore enim Angeli, diuinæ veritatis inèpre te, audierat, se inter omnes feminas benedicta: Ipsa quoque multò ante Spiritu Dei acta dignitatem suam predicauerat, dicens, Quia fecit mihi magna, qui potes est, Et, Beata me dicent omnes generationes. Sciebat vtique se matrem Dei, ac proinde, tantò prestantior em̄ in caelis locum super omnes beatarum mètium ordines habituram, quãto maior gloria Regis matrem, quàm Regis seruos & ministròs decet. Quæ igitur hæc omnia pro se tenebat, quò animo fuisse putanda est, cum hoc adeò ingens & ineffabile bonum tam longo temporis spatio differretur? Verè enim à sapiente dictum est, Spes quae differtur, affligit animam.

Prover. 13.

Verum huic dolori perfectissima eius obedientia occurrebat, quæ merorem leniret, quæq; illam diuinæ voluntati plenissimè subieceret. Semper enim voluntas illa adeò diuinæ voluntati consentiens & subdita erat, vt quemadmodū caelorum orbis motoribus suis sine vlla mora subduntur ad motum (quoniam nihil in se habent, quod huic motui repugnet) sic beatae Virginis voluntas ita Deo subdita erat, vt nihil penitus in ea esset, quod diuinæ voluntati vlla ex parte contrairer. Itaque cum in oratione Dominica dicebat, Adueniat regnum tuum; magnum in ea videndi eius regni desiderium excitabatur. Cum verò protinus adiciebat, Fiat voluntas tua; statim hoc ipsius desiderium diuinæ voluntati plenissimè subdebatur. ¶ Hanc autem virtutem alij obedientiam, alij sui ipsius abnegationem, alij resignationem, quidam verò, vt hanc obtemperandi præpensionem magis amplificent, propriae voluntatis annihilationem nūcuparunt; hoc videlicet insinuantes, vt quidquid in nobis proprium, quidquid à diuina voluntate dissonans & alienum esset, non solum eraderetur; sed etiam (si id fieri posset) ad nihilum redigeretur. Qui autem hoc dixerunt, non quid fieri ab hominibus soleat, sed quò potissimum eniti debeant, admonere voluerunt. Hoc autem quod in sanctis alijs minus inuenitur, in hac sacra Virgine perfectissimè atq; plenissimè deprehensum fuit. Ideo nihil in illa erat, quod illam à diuinæ voluntatis amplexu retraheret. Quò factum est, vt Virginis voluntas sic in diuinam voluntatem translata esset, vt ex duabus voluntatibus vna quodam modo effecta, & quasi cõnflata videretur. Itaque adeò libenter vitæ huius exiliū sustinebat, vt si diuinæ voluntatis esse intelligeret, vsq; ad extremum iudicij diem in eodem permanere, minime recusasset. Sed hæc tamen obedientia, alacritas & facilitas nihil impedi-

Simil.

Math. 6.

bat, quæ minus huius tam diuturni exilij labor magni apud Deum merito esset. Alacritas enim & promptitudo voluntatis minuit quidem laboris acerbiter, sed præmij magnitudinem adeo non minuit, ut etiam cumulet: Hilarum enim datorem diligit Deus.

2. Corin. 9.

§. II.

¶ Expendimus utrumque; Virginis merita; nunc meritorum præmia videamus. Si igitur præmij magnitudo charitatis magnitudini respondeat (ut antè diximus) quale, quæso, præmij tanta charitati constitutum erit, quæ tam longo intervallo Sanctorum omnium charitatem superavit? Nam, ut breuiter hæc partem absolua, omnes illi Deum tanquam Dominum, nemo verò tanquam filium, sicut ipsa, dilexit.

1. Corin. 3.

¶ Præterea, si (ut Apostolus ait) vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, qualem hodie mercedem percipiet, quæ tot labores cum Christo, & propter Christum passa est? Ait ad discipulos suos Dominus, Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis: & ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. At hi paruo tempore Christum secuti sunt, quem tandem passionis tempore (quod minime decebat) deseruerunt. Quod igitur regnum illi paratum erit, quæ ab infantia ad crucem vsque filium sequuta est, & quæ iuxta crucem stetit, vbi & amatissimi filij vocem loquentis audiuit, & sanguinis riuos ab eius vulneribus defluentes pijs oculis vidit, & ignominiarum filij, tamquam vera eius mater, participes effecta est? Si verò martyribus tam copiosa in cælo merces constituta est, quod martyrium cum hoc Virginis martyrio comparari potest? Nullus enim martyrum tam charam corporis sui vitam habuit, quam Virgo filij: vnde cõsequens est, ut maiorem dilectionem maior cruciatus consequere

Luc. 6. 22.

Ioan. 19.

21
22
23
24

Prouer. 13.

Ibidem.

¶ Præterea, si rectè à Salomone dictum est, Desiderij si cõpleatur, oblectat animam: Et, Lignum vitæ desiderium veniens; si sacra Virgo tato videndi filij desiderio æstuabat, quo nunc gaudij repleta fuit, cum amatissimi filij faciem videre, brachijs stringere, oscula figere, & amatissima eius præsentia frui datum est? Ad hæc, si gratia & gloria ita sibi inuicè respõdent, ut magnitudini gratiæ sublimitas respondeat gloriæ, qualis eius erit gloria, in quam tota se infudit plenitudo gratiarum? Rectè enim Bernardus, Quantum, inquit, gratiæ in terris adepta est præ cæteris, tantum in cælis obtinet gloriæ singularis.

Bernard.

1. Corin. 2.

Bernard.

Quod si oculus nõ vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligētibus se, quid præparauit gignenti se? Quæ cum ita sint, quis (ut idem Bernardus) cogitare sufficiat, quam gloriosa

22
23
24

riosa hodie mundi Regina processerit? & quæto deuotionis affectu tota in eius occursum cœlesti legionum prodierit multitudo? & quibus gaudijs redundauerit, cum Regis ac Domini sui matrem in cælos ascendentem vidit? Quæ lætitia sanctarum Virginum chori persultauerunt, cum virginum reginam venientem viderunt? Quid sancti Confessores, cum eius gloriam contemplati sunt, quam ipsi dum viuerent, humilitatis, puritatis, charitatis, omniumque virtutum sibi exemplar proposuerunt? Quid triumphalis Martyrum exercitus, cum dolorum suorū sociâ, & plus quam martyrem in passione filij, gratulabundis & lætantes exceperunt? Quid Prophetæ, qui Spiritu sancto pleni, tam multa de ea olim vaticinati sunt? Quid sancti Patriarchæ, cum filiam suam in tanta gloria & felicitate cœlestes sedes petere admiratæ sunt? Longè tamē maior beatorum mentium admiratio exiit, cum mortalium naturâ supra immortales substantias euectâ, & sceminam carnis pondere circumdatâ, spiritibus ipsis, qui ab omni corporea mole secreti sunt, puriores & sanctiores viderunt. Hinc admirantes dicere cœperunt; Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Quæ est ista quæ ascendit sicut virgula sumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Quæ est ista quæ ascendit quasi aurora cõsurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, utpote quæ Sole amicta, luci illi inaccessibili videtur immersa? Quam familiaris huic Soli facta es o Domina, quam proxima, quam intima! Quam inuenisti gratiâ apud eum? In te manet, & tu in eo; vestis eum, & vestiris ab eo. Vestis eum substantia carnis, & vestit te ille suæ gloriæ maiestatis. Vestis nube Sole, & Sole ipso vestiris.

Verum hæc admirantes Angeli dicunt: Quid ipse dignissimæ & sanctissimæ matris filius? quam læto vultu, quam serena facie, quam diuinis amplexibus hodie ab eo suscepta, & super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria, quæ tantum decuit filium! Felicia prorsus oscula labijs impressa lætentis, cui virgineo mater applaudebat in gremio. Sed quæto nunc felicitate cõsebibimus, quæ ab ore sedētis in dextera patris hodie in beata salutatione suscepit. ¶ Verum ad quæ putatis locum, ad quæ sedem sublata est? Cum Bersabee post Davidis mortem ad Salomonem filium in aulam regiam ingressa fuisset, filius in occursum matris progrediens, iuxta thronum suum matri thronum apponi iussit. Si hæc igitur gloria Salomon adulteram matrem honorauit, quæ gloria Virginis filius virginem matrem hodie decorauit? Super omnes igitur Sanctorum ordines, super omnes Angelorum choros exaltata, ad dexteram filij gloriosa hodie consedit,

Cant. 8.

Cant. 9.

Cant. 6.

3. Reg. 11. 2.

Cant. 3. confedit, vocem illam ex Cant. libro repetens; Inueni quem diligit 25
anima mea: tenui, nec dimittam

¶ Sed quid nostra refert, fratres, quod Virgibis gloriam predicamus, si ab eiusdem gloriae communiōne ignauia nostra secludimur? Itaq; iam dudū desiderare vos credo, vt quibus potissimū gradibus ad huius tantae gloriae consortium perueniatur, exponamus. Multi sunt planē, quos mystica illa scala Iacob adumbrabat. Vnus tamē est, qui omnia praestat, nempe nō vulgare & languidū, sed ardens & incitatum eius gloriae consequendae desiderium: hoc enim omnia quae ad eam obtinendam necessaria sunt, simili ardore concupiscere facit.

Sed dicetis forsitan; Rectē sanē, bene habet: in tuto iam salus nostra sita est, quando nemo est, qui non ad felicitatem istam aspires, qui non vehementer eius desiderio flagret. Imo verō fratres longē aliter se res habet: atque vtinā ego in hac re pseudo propheta essem. Arbitror enim minimam hominum partē hoc desiderio tencri. Ad quod nō leui coniectura ducor: ait enim D. August. Ille caelestem hereditatē verē & ex animo desiderat, qui eam ijs, quae in terra praestantissima habentur, facile anreponit: hoc est, qui cum aut terrestribus patri monij, aut alicuius insignis vtilitatis aeterna facienda sit, terrena omnia perire maullit, quā ab illa spe caelestium bonorum excedere, talis sempiternam illam felicitatem verē desiderat. A quo tamen affectu adeo longē vulgus hominum abest, vt non modō quae pretiosissima in vita habentur, sed etiam quae vilissima & abiectissima sunt, illi felicitati praeferat. Si enim quōies in lethale crimen incidimus, summam illud bonum amittimus; nos autem pro rebus nihili huiusmodi crimina committimus; an non vilissima quaeque huius mundi, regno illi anreferimus? Quod cum facimus, quo nam modo nos eius boni desiderio flagitare dicemus?

¶ Quia verō peruersio haec in modico terrenarum rerum amore nascitur, hunc à se primū ablegare debet, quisquis in caelum cōtendere parat. Hic enim mentem nostram à caelestibus ad terrena adeo potēter auocat, vt quies vincens est, vix aliud cupere, aut cogitare, vix aliud querere, aut sapere, nisi carnalia & terrena selet. Vbi enim est thesaurus eius, ibi & cor, & omnis cura & cogitatio eius. ¶ Hunc igitur immoderatū terrenarum rerum amorem ab anima sua primū pellere debet, quisquis per illā scalam Iacob (cuius modō mentionem fecimus) in caelum ascendere cupit. Cuius cum multi sint gradus, primus tamē omnium à terra eleuatur; quo intelligimus, terram primū

Augusti. in Confess.

Matth. 6.

28 primū esse deserendam ei qui in caelum ascendere desiderat. Quae quidem res non modō verē sanctitatis initium, sed magna etiam sanctitatis portio est. Hinc Origenes, sanctitatis nomen (quod frequenter in literis sanctis reperitur) de finiens, ad graeci nominis etymologiam recurrit, quod est, *συνεσις*, quod ab, *συν*, & *εσις* compositum, hominem sine terra significat: hoc est, qui terrenarum rerū studio & amore sublato, se totum diuinarum rerum studio & amori tradidit. Quae admodum, ait ille, quae Deo sanctificata sunt, (vt sacra vasa, caeteraq; similia) à profanis vibus seceruntur: ita qui verē sanctitatis amator exsistit, terrenis curis & negotijs minimē implicari debet. ¶ Hoc est autem quod Petrus Apostolus obnixē à nobis exigit, cum ait; Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs, quae militant aduersus animā. In quibus verbis vult nos Apostolus non tanquam ciues, sed tanquam aduenas & peregrinos in hoc mundo versari: ideoque vetat, ne altas carnalium desideriorum radices in eo iaciamus, quibus terrae affixi, peregrinationis nostrae memoriam deponamus. Proprium enim peregrini est, ad patriam tendere, eō cursum dirigere, in ea mente, studio, & cogitatione versari, nullibi radices figere, & loca omnia, ad quae declinat, non tanquam patrias sedes, sed tanquam hospitia, quae protinus deserenda sunt, existimare. Idem autem facit, qui patriam in caelis quaerit; qui in hoc mundo se tanquam aduenam & peregrinum gerit; vt qui sciat cum Apostolo non habere se hic ciuitatem manentem, sed futurā inquirere. Quam sit autem spiritualis peregrinatio nobis necessaria, mira figura Zacharias Propheta designauit: qui posteaquam aquas viuas ē Hierusalem ad mare orientale, & ad mare nouissimum dimanaturas esse praenunciavit (per quas Euangelij gratiam, quae aquarū nomine significatur, per vniuersum mundum dilatandam intelligit) paulō post subiungit; Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus, ascendente vt adorent Dominum Regem exercituum, & celebrent festiuitatem Tabernaculorum. Et erit, qui non ascenderit de familijs terrae ad Hierusalem, vt adorent regem Dominum exercituum, non erit super eos imber. Mira planē lex, nec minus miranda comminatio. Cur enim Dominus veteris legis festa & ceremonias, aduentu Christi antiquatas, modō renouat? Cur item ex tam multis veteris legis solennitatibus, hanc vnā Tabernaculorum potissimū elegit, quam inioluntam esse voluit? Hoc certē argumento apertē liquet, Zachariam Propheetam ab occidente litera ad viuificantem spiritum traducere nos voluisse. Festum autem Tabernaculorum ad hoc lege institutū fuerat, Exo. 23.

Orig. in Leuitis.

1. Pet. 2.

Heb. 13.

Zach. 14.

Exo. 23.

Tom. ij.

M

vt in

Deut. 16.
Exod. 16.

vt in eo filij Israel antiquam illam quadraginta annorum peregrinationem, quibus ab Ægypto egressi, per desertum vagantes, non in domibus, sed in tabernaculis (tanquam peregrini, qui sedes patrias inquirunt) morabantur, ad memoriam reuocarent. Hoc autem festum, quod iuxta historiam feriem iam dudum cum cæteris veteris legis ceremonijs antiquatum est, iuxta spiritualem intelligentiam vult Dominus à fidelibus perpetuo celebrari, vt sicut illi quadraginta annorum spatium se tanquam peregrinos, qui patriam inquirebant, gesserunt; ita nos quamdiu in hoc corpore militamus, peregrinos in hoc seculo nos esse credamus, qui ad cælestem patriam (quæ nobis ab origine mundi parata est) in defesso cursu contendamus: ad nihil videlicet aliud nos conditos, & in hanc lucem editos intelligentes, quam vt hoc breuis æui spatium pietatem colentes, & autorem tantæ felicitatis Deum debitis obsequijs promerentes, sempiternæ quietis & felicitatis sedem percipere mereamur. Ad hanc enim curam & studium nati sumus, ad hoc à Deo alimur & sustentamur, ad hoc misericorditer & patienter ab eodem expectamur, ad hoc tot internis & externis Dei & Ecclesiæ vocibus quotidie inuitamur, ad hoc nobis cælum, terra, mare, Sol, Luna, cætera quæ cæli altra & elementa famulantur, vt nos eorum auctori debitum famulatus obsequium exhibeamus. Super eos verò qui aliter se gerunt, qui hoc Tabernaculorum festum in spiritu non celebrant, qui videlicet omnes curas & cogitationes suas ad terrenas cupiditates, non tanquam peregrini, sed tanquam mundi ciues abiecerunt, minatur Dominus cælestem imbrem, hoc est, cælestem gratiam defuturam; quæ sola mentem reficit, sola sitim eius sedat, sola terram cordis nostri fecundat, & æternæ vitæ fructus germinare facit. Nulla autem grauior pœna legis huius transgressoribus apponi potuit. Hoc enim spirituali imbre sublatò, cor nostrum protinus velut terra deserta & inculca manet, quæ nihil aliud quam tribulos & spinas in ignem conijciendas profert. Hunc autem peregrini hominis affectum atque animum ideo tantopere nobis Dominus commendat, quod intelligat, omnium malorum nostrorum causam esse, quod in hoc mundo non tanquam incolæ & peregrini, sed tanquam ciues atque domestici nos gerimus. Sic enim vitam nostram instituimus, sic terrenis rebus affixi sumus, quasi ad hanc solum vitam nati essemus, & nihil à morte expectaremus; neque post eam vllum iudicium, aut vllum sue præmium, siue supplicium superesse crederemus. Hi sunt autem quos Propheta in terra obliuionis degere significauit, cum ait; Nunquam cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis?

Psal. 87.

34 uionis? Quid terram obliuionis appellas? Finxerunt Poëtæ ante Fabula. ferorum aditum esse Lethæas quasdam aquas, è quibus defunctorum animæ bibentes, omnium, quæ in hoc nostro orbe geruntur, obliuiscerentur. hoc planè fabulam esse constat. At generis humani hostis alias similes his aquas habet, quas seculi hominibus propinasse videtur, quæ illos sic de mente deducunt, vt sui ipsorum, hoc est, vt finis, cuius gratia conditi à Deo sunt, & eorum quæ ad hunc finem consequendum necessaria sunt, penitus obliuiscantur. Hi sunt igitur qui in hac terra obliuionis habitare dicuntur. Tu igitur, qui tota ferè vita nunquam seridè de Deo, de anima tua, de quæ salute tua cogitasti, qui nunquam ad te ingressus, intra te rationem inire atque dicere cœpisti, Quis me condidit? ad quid condidit? ad quid in hanc lucem processisti? quis autor, & quis finis vitæ meæ? quid hæcenus designauit? in quo vitam & annos expendi? quis me manet exitus? quæ post hanc vitam fors? quisquis, inquam; hæc nunquam seridè cogitasti, in hac utique terra obliuionis habitas: in qua neque mirabilia Dei, neque iustitia mandatorum eius agnoscitur, aut cogitatur. Cuius illa pœna est, quam is per Prophetam comminatur, cum ait; Oblita es legis Dei tui, obliuiscar & ego filiorum tuorum. *Osæ. 4.* Et illa item; Ignorans, ignorabitur. Non agnoscis Deum, non agnosceris ab eo: & ita cum fores cæli pulsaueris, audies funestam illam Domini vocem; Amen dico vobis, nescio vos. Quicquæ igitur hoc modo in terra obliuionis habitant, hoc Tabernaculorum festum non celebrant, vt pote qui non tanquam peregrini & incolæ, sed tanquam huius mundi ciues se in eo gerant; ideoque futurorum oblitii, sola præsentia captant, sola cogitant, sola sectantur. *1. Cor. 14.* *Math. 23.*

37 Sed dicit fortasse aliquis; Quis fieri potest, vt amorem à rebus visibilibus ad inuisibilia transferam, cum has coram videam, harum speciem delecter, & fructu viuam, & contubernio fruam; spiritualia autem neque oculis cernere, neque manibus contrectare, neque aliquo externo sensu percipere queam? Quamuis enim spiritualia quæ non videntur, longo interuallo ijs quæ videntur præstantiora atque diuiniore sint, vehementer tamè amorem erga illa impedit, quod earum species nullo sensu percipi potest.

Ad hoc igitur primùm illud respondemus, nos quidè non nostra, sed diuinæ gratiæ virtute (quæ pijs mētibus per Christum donatur) hoc præstare posse. Quid em̄ aliud significat, quod pecunia illa, quæ Dñici sanguinis pretiū exiit, sepultura in agro figuli empta est, in qua peregrini tumularètur? Quid autè sepultura, nisi quietis & mortis locus est?

Responso
primâ.
Math. 27.

At sanguinis huius pretio atque merito hæc sepultura cōparata est, 37
in qua spirituales isti peregrini quiescant, & in qua mundo mortui
atque sepulti, soli Deo viuant. Hoc autem modo mūdo mortui sunt,
qui neque secundis rebus efferuntur, neque aduersis contrahuntur,
neque honoribus tument, neque iniurijs commouentur; sed in qua-
uis fortuna eundem animi statum retinere conantur. Ex hac autem
spirituali morte placidissima quies animi oritur, quam nec prospera
mundi, nec aduersa inturbare possunt. Quisquis enim terrenarum
à se rerum amorem abdicauit, nō habet cur vel earum prouentu gau-
deat, vel earum iactura torqueatur. Qui autem hoc animo est, verus
in hoc mundo peregrinus est, & in hac peregrinorū sepultura requie
scit, quæ illi sanguinis Christi pretio empta est. Hoc igitur primū est,
quo vnigenitus Dei filius adiuvat peregrinationem nostram.

Bernar.

Adiuuat etiam beatissima eius mater, assidua intercessione, quæ 38
(vt D. Bernar. ait) mediatrix pro nobis ante filium est, sicut filius ante
Patrem. Cū enim recolit peccatorum occasione Verbum Dei car-
nem nostram induisse; (vnde ipsa ad tantam dignitatis celsitudinem
euecta sit) quomodo non maxime eorum curam geret, qui huius
tantæ gloriæ occasionem illi præbuerunt? Præterea cū Virginis in
Deum charitas tanta sit, quantam paulò antè explicauimus, fieri non
potest, quin ea que tanto in Deum amore flagrant, non maximo etiā
amore homines ad imaginem Dei conditos prosequatur. Quò enim
ardentiùs charitas fertur in Deum, eò etiam vehementiùs in eos rapi-
tur, quos tanquam diuinum aliquid diligit propter Deum. Quod mys-
ticè thalamus ille significat, quem iuxta Orientalis portæ introitum

Ezech. 40

Ezechiel Propheta in illius admirandi ac mystici templi fabrica de-
scripsit: cuius parem longitudinis & latitudinis mensuram esse ait. 39

Gregor.

Thalami autem nomine D. Gregorius hoc in loco charitatem intelli-
git, in qua, velut in spirituali quodam thalamo cælestis sponsus re-
quiescit. Deus enim charitas est, & qui manet in charitate, in Deo ma-
net, & Deus in eo. Hic ergo charitatis thalamus parè longitudinis &
latitudinis mensuram habet: quoniam charitas quantum se versus
Deum in altum effert, tantum se per fraternæ salutis amorè in latum
porrigit. Quæ cū ita sint, qua quæso Virgo beata dilectione natu-
ræ suæ consortes diligere credenda est, quæ tantopere Deum dili-
git? Quid verò ad se piè & suppliciter confugientibus non impetra-
bit, quæ simul & mater misericordiæ est, & iudicis mater? Vt enim
misericordiæ mater, pro nobis orabit: vt verò iudicis mater, quod
petierit, impetrabit. Quod quidem eius auxilium vt iustius prome-
reamur,

1. Ioan. 4.

40 reamur, erit sanè operæpretium vt eiusdem Virginis Psalteriū (quod
omnem filij matrisque vitam continet) illi quotidie quanta poteri-
mus deuotione offeramus. Hoc enim officio vtriq̄ue, hoc est, matri
simul & filio poterimus gratificari. Constat enim inter omnes precā
di formas, & spiritualia exercitia, nullum esse cui tot gratiæ à Roma-
nis Pontificibus concessæ sint, quall ætate nostra Pius V. Pontifex
Maximus non modò confirmauit, sed etiam auxit & locupletauit.
Constat etiam nullum esse studium quo facilius mens nostra ad diui-
nitatis cognitionem & amorem asurgere valeat. Cū enim quam-
diu hac corporis mole septi sumus, Deum nisi per opera & beneficia
sua cognoscere nequeamus, certum est, omnium siue operum, siue
beneficiorum diuinorum Christi in caritatem & passionem maxi-
mum exitisse: quam in hoc Virginis Psalterio recolunt, quicunque
41 illud piè ac religiose meditantur. Qui autem hoc agunt, Mariæ vtiq̄;
officium exercent, quæ sedens secus pedes Domini audiebat verbum
illius; cælestiaque mysteria, quæ ab ore narrantis excipiebat, intra pe-
ctus suum deuotissimè condebat. Quod quidem officium Saluator
ipse pio sororis officio (quamuis maximè laudabili) prætulit, cū ait;
[Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.] Quam quidem
partem D. Bernardus his verbis commendat: Mariæ quidem vita eli-
genda, Marthæ verò toleranda est. Ea enim vita, quæ semper cū
Deo versatur, semper Deum intuetur, planè optanda: sed altera tamè
ob parendi necessitatem, & humanæ vitæ necessitatem patienter est
toleranda. Ad illam pertinet gaudium & lætitia, huius verò propria
est patientia.

Bernar.

Sed ais forsitan; Vita hæc ad eos magis pertinet, qui monasterijs
42 inclusi, & à molestissimis huius seculi curis & negotijs feriari se rotos
diuinarum rerum contemplationi tradere possunt. Sit ita sanè: nō tamen
desunt alij in seculo, qui diuini Spiritus fauore adiuti, sint etiam
cælestis huius vitæ sectatores: qualis sancta illa femina extitit, quam
D. Hiero. ait in vrbe turbida eremum inuenisse monachorum. Adde
etiam, quòd quicunque negotijs familiaribus implicati sunt, quæ
vel imperat charitas, vel domestica exigit necessitas, non omnino di-
uinae contemplationis expertes esse debent. Oratio enim contem-
plationis particula quædam est; quæ piè in Christo viuere volenti-
bus familiaris admodum esse debet: alioqui, quis sine eius ope inter
seculi homines versans, inter tot laqueos & pericula, inter tot ho-
stium tentationes & insidias tutus incedere poterit? Monachos igitur
status sui professio; seculi autem homines periculi sui magnitudo

Hierony. in
Epist.

ad orandi studium adigit: illi, vt in dies sanctiores euadant; hi, ne praesentibus malorum periculis deteriores fiant. Illi, vt Monasticae vitae perfectionem assequantur; isti, ne Christianae vitae innocentiam amittant. Qua quidem ex re intelligere licet, egere Martham auxilio & societate Mariae. Quod plane eadem ipsa constitit, cum se ab ea postulat adiuuari. Actioni enim non omnino deesse debet oratio: neque rursus contemplationi (vbi id fraterna charitas, aut necessitas vrget) praeter actionis operatio; sed altera alteram tanquam fidelis & germana soror adiuuet, & ab altera iuuetur: ne vel oratio sterilis & ieiuna, vel operatio arida sit atque molesta, si fuerit orationis pinguedine & solatio destituta. His igitur duabus alis suffulti fratres, facile in sublimia feremur, atque ad caelestem patriam euolabimus: in qua praeter innumera alia gaudia, fidelibus operarijs proposita, beatissimae Virginis Mariae (quae in caelestem illam Hierusalem hodie assumpta est) felici contubernio in omni aeternitate perfruemur: praesente Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

IN EODEM FESTO ASSUMPTIO-
nis B. Virginis Mariae Concio tertia, in qua primo loco Euage-
lica lectio, ac praecipue verba Thematis explanantur; deinde
de huius diei festi gloria, & communi Virginis, ac
caelestis curiae laetitia agitur.

T H E. *Vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea.* Lucae 10.



Nter omnes dies festos, quos Ecclesia in sacratissimae Virginis laudem & honoré celebrat, nõ dubium quin hodiernus dies principem sibi locum vèdicet. Cæteris enim diebus ea mysteria recolit, quae in hoc mundo celebrata sunt; hoc est, in hoc mari magno, in quo nunquam répestates & procelle, nunquã turbidi fluctus & nubila defunt: ideoque vix aliquid adeo faustum & felix euenire in eo potest, quod nõ aliqua tristitia nebula respersum sit. Magna fuit ea laetitia qua beatissima Virgo mudi Saluatoré enixa est, quã Angeli caelestibus cæticis & diuinis laudibus illustrarunt: sed hanc tamé laetitia stabuli horror, praesepij duritia, pauperes panni, & infantis vagitus, & lachrymę temperarunt. Magna fuit Virginis laetitia, cum octauo à natiuitate Domini die

Luc. 2.

Ibidem.

- 2 die gloriosum & salutare Iesu nomen (quod est super omne nomen) puero impositum fuit: sed ea tamen cum pretiosi sanguinis profusione, & filij lachrymis atque dolore coniuncta fuit. Magna item lætitia paulò post cõsecuta est ex Simeonis & Annę viduę testimonio, cum infans in templo Domino offerretur; vbi pater & mater mirabantur super his quae dicebantur de illo: sed qualis mæror hanc lætitiã cõsecutus est, cum senex inter varia laudũ præconia, agones, & certamina filij, & matris dolorem, & gladium, eius animã lauciantē, vaticinatus est! Iam verò resurrectionis faustissimum gaudium, quod in temeratae Virginis animam miro modo latificauit, non ita latificauit, vt recentis languinis, & acerbissimae passionis imaginem ab eius mente penitus aboleret. Vulnera quippè illa Virginis animo, quædiu vixit, altissimè semper impressa fuerunt. Iam verò Ascensionis Dominicę gloria atque lætitia quàm magna & miranda fuit? Quid enim mirabilius, atque homine Deo dignius, quàm vt in cælum, cælorum conditor ac Dominus, per mediam aëris regionem propria virtute conscenderit? At hæc tanta Virginis lætitia non omnino doloris expers fuit: cum se ab amantissimo filio diuelli, & illo discedente, in valle miseria rum relinqui vidit. Si vacca illa arcã Domini è regione Philistinorum in terram Israel ferentes, acres mugitus edebant, quod à vitulis suis separarentur; quid de hac matris & filij separatione sentiendum erit? Videtis ergo fratres, omnia beatę Virginis festiua gaudia, quę in hac vita percepit, doloribus semper admixta fuisse. At verò in huius diei gaudio nullus miscetur extraneus, nulla interuenit vel exigua mæroris nubecula, quae huius diei serenitatem inficiat: sed cõtra potius omnia læta & iucunda, omnia fausta atque felicia. Hęc enim dies terminus laborum, finis lachrymarũ, & placidus atque tutus longissimæ nauigationis portus extitit. De huius ergo diei lætitia hodie dicturi, caelestem opem, eisdem sacratissimae Virginis intercessione, suppliciter imploremus.

2. Reg. 11. 8.

A V E M A R I A.

¶ Primo loco lectionem sancti Euangelij, ac praecipue Thematis verba (quae singularem quandam philosophiam continent) explanabimus: ac deinde ad sacratissimae Virginis laudes, & festum eius diem veniemus. Ait ergo sanctus Euangelista intrasse Dominum in quoddam castellum, ibique à muliere quadam hospitio exceptum: [cuius erat soror nomine Maria: quae sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium.] Cumque Martha sororis auxilium à Domino postulasset

M 4

dicens:

dicens: [Domine, non est tibi cura quod soror mea reliquit me solam ministrare?] ille Mariæ causam & patrocinium suscipiens, ex postulanti sorori ait; [Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.] Magna hoc in loco inter Doctores questio est; quid sit hoc vnum, quod necessarium esse Saluatori ait? Non defuerunt enim qui literæ nimium adhaerentes dicerent, hac oratione Dominum non multa ad prandium ferula, sed vnum tantum esse necessarium ac sufficiens voluisse significare. Verùm hac opinione, cæteriisque prætermisissis, si rem ipsam, de qua agebatur, attentius inspiciamus, inueniemus planè, vnum illud esse necessarium, quod Maria agebat; nempe, Deo per cognitionem & amorem indissolubili charitatis vinculo adhærere.

Sed dicet aliquis forsitan; quo nam modo vnum hoc tantum modo necessarium esse dicatur, cum multa alia ad corporis salutem necessaria esse videamus. An non edere, bibere, cæteraque, sine quibus hæc vita non transigitur, necessaria quoque esse perhibentur? Sunt fateor ista quoque necessaria: sed quemadmodum stellæ (quarum splendor a cælis ad terram vsque, hoc est, ad remotissima loca pertingit) vbi in lucem Solis incurrerint, splendorem suum amittunt: sic planè diuinitatis cognitio atque amor ad veram salutem nobis necessarius est, vt terrena omnia, huic necessitati comparata, minimè necessaria esse dicantur. Vt enim quæcunque inter creaturas, bona & pulchra sunt, diuinæ bonitati & pulchritudini collata, nec bona, nec pulchra sunt, nec omnino sunt: ita omnia alia quæ ab hominibus necessaria esse putantur, si cum pietatis & iustitiæ necessitate comparentur, necessitatis nomen amittunt. ¶ Adde etiam, quod seclusa hac ipsa cõparatione, verisimè à Domino dictum est, hoc vnum esse necessarium: quia si quis hoc vnum fideliter præsterit, omnium aliarum rerum, quæ ad tuendam vitam dicuntur esse necessaria, compos erit. An non hoc aperit Saluator declarauit cum ait: Quarite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis? An non idem etiam illa Psalmographi verba pollicentur, Time te Dominum omnes Sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eum: Diuites egerunt, & esurierunt, inquirentes autem Dominum non deficient omni bono? Liqueat igitur, siue hac ratione, siue ea quam antè commemorauimus, verissimum esse quod veritas dixit, vnum esse tantum modo necessarium, cætera verò huius comparisone velut otiosa & superuacua esse.

§. I

¶ Hoc

8 ¶ Hoc ita constituto, libet nunc, fratres, rem omnium maximè mirabilem inter omnia, quæ hæctenus in mundo contigerunt, quæque in posterum futuris seculis contingent, paulò fufius explicare. Permittite autem mihi septem illa mundi miracula, quæ à scriptoribus gentium referuntur, breuiter enumerare. Inter quæ primùm Babylonis muri numerantur; qui (vt Plinius ait) sexaginta millibus passuum pro tendebantur: eaque latitudine erant, vt sex per eos currus ingredi sine offensione possent. Referuntur & Pyramides Ægypti, miræ magnitudinis & artificij: & Rhodi Colossus in Solis honorem formatus, qui sexaginta cubitis in altum attollebatur: & Mausoleum Artimisiæ Regina; hoc est, insigne sepulchrum quod hæc fœmina viro suo Mausolo ad sempiternam eius memoriam ædificauit: templum quoque Dianæ, quod Ephesi bis centum annis miro opere extructum fuit: quod tamen quo die Alexander Magnus natus est, arisse dicitur. Hæc, & quædam alia his similia, sunt quæ homines inter maxima mundi mirabilia numerant. Ego autem hac Domini sententia conuictus, rem adeò mirabilem vobis modò ante oculos ponam, vt hæc ipsa quæ commemorauimus, & quæcunque alia humano ingenio fingi possunt, huic collata, neque mirabilia sint, nec omnino aliquid sint. Si enim ex his, quæ diximus, aperte constat, vnum tantum esse in hac vita necessarium (quod superius exposuimus); cætera verò omnia huic vni collata velut otiosa & superuacanea, ac omnino nihil esse; quid, quæso, mirabilius quàm fidelem hominem, qui hæc ipsa, certa & indubitata fide tenet, omnia alia studiofissimè curare, & illud solùm negligere, quod solùm spreto omnibus, vt pote solum necessarium, captandum erat? Hæc res, quam quotidie oculis cerno (imo vix aliud in vita hominum cerno) tanta me admiratione afficit, vt vix vllò tempore hunc ab animo affectum excutere possim. Quia verò iustissimum est vt hoc eodem admirationis affectu vos quoque fratres concutiamini, quò omnem diuini numinis offensionem vehementius vitare possitis, rem totam & causam eius, à prima repetens origine, vobis ante oculos ponam. Expendamus igitur, quis hunc mundum condiderit; & cui potissimum; & in quem vsum condiderit.

Deum autem esse huius tantæ molis architectum & conditorem non modò catholica fides, sed ipsa quoque ratio & humana Philosophia confiteatur. Cum autem vel ex ipsius Aristotelis sententia cõstet hominum gratia hunc mundum esse conditum (Sumus enim nos, inquit ille, quodammodo finis omnium) quærendum protinus est, cuius rei gratia

M 5

gratia

Psal. 88.

gratia homo ipse conditus sit, propter quem cætera facta sunt. Nunquid enim hic tantus artifex tam nobilem creaturam frustra cõdidit? Nunquid, ait Propheta, vanè constituisi omnes filios hominum? Quis hoc nisi mente captus affirmare audeat? Frustra enim cætera condidisset, si frustra esset homo, cuius gratia cætera condita sunt. Quòd si propter aliquem finem condidit, nunquid in hoc condidit, vt vel congerendis opibus, vel vanis honoribus captandis, vel vt Sardanapali more omnibus se delicijs & turpissimis voluptatibus dederet, atque ita in porcorum naturam, qui in cæno volutantur, degeneraret? Quis mentis compos credere possit, perennem illum sanctitatis & bonitatis fontem in hunc finem tam nobilem creaturam delinasse? Fides igitur catholica atque ratio ipsa nos docet, optimum conditorem in optimum finem hanc adeò nobilem creaturam cõdidisse.

Aug. 8.

Nullus autem præstantior finis, quàm vt autorem, & mundi principem atque parentem, eundemque summum bonum (sicut Aug. ait) intelligeret, intelligendo amaret, amando frueretur, atque ita deum diuinitatis eius consors & particeps heret. Ad hoc igitur munus & officium homo conditus est, ad hoc ipsum illi mundus seruit, dum & com meatum suppeditat, quo vitam corporis tueri & conseruare possit, & diuinæ bonitatis & sapientiæ argumenta præbet, quibus ad illius cognitionem & amorem assurgere valeat. ¶ Hæc igitur vna causa exiti, cur naturæ conditor & hominem, & amplissimum hoc rerum omnium theatrum creauerit. Vnde factum est, vt cum ante diluuij tempus homines vix vllam diuini honoris & religionis curam habuissent, neque id præstarent, cuius gratia conditi erant (omnis quippe caro corruerat viam suam) nullam diuina mens causam esse putauit, cur diuini mundum hunc inferiorem esse pateretur. Itaque illum funditus deleuit, & alluione obrutum pelpeluit.

Gen. 6.

Hæc igitur prima causa est, cur homines pietatem colere debeant; quando in hunc præcipuè vsum à Deo facti atque formati sunt; frustra quidem victuri (quicquid aliàs moliantur) nisi huic officio satisfaciunt. ¶ His adde diuinæ maiestatis amplitudinem, infinitasque eius laudes, propter quas (vt nihil ab eo vel antea perceptum, vel in futuro tempore sperandum esset) iustissimum erat, vt si mille mortes ob eius gloriam quotidie nobis obeundæ essent, libentissimo animo eas appeteremus, & ne hac quidem re illum pro dignitate venerari possemus. Omnes enim rationes & causæ quæ nos ad insignium personarum obseruantiam adigunt, in vno illo cum infinita accessione plenissimè inueniuntur. Itaque si nos regia dignitas, si consanguinitatis

14 tatis necessitudo, si amicitia ratio, si nobilitas, si bonitatis & sanctitatis splendor, si opes & potentia, si insignis sapientia, si veneranda canities, si percepta beneficia, si ingentis vtilitatis spes, & quidquid aliud esse potest, quod nos in amorem, & obseruantiam, & venerationem aliorum hominum rapiat, an non hæc omnia in summo illo bono infinitis partibus aucta reperiuntur? an non hæc omnia ante illius splendorem sic sunt, quasi non essent? an non velut momentum stateræ, sic est ante illum orbis terrarum; & quasi gutta roris antelucani, qui descendit in terram? Omnes enim homines, inquit Isaia, sic sunt coram eo, quasi non sint, & quasi nihilum & inane reputati sunt ei. Quòd fit, vt omnis obseruantia, quæ omnis generis hominibus, quamlibet eximij, aliquo iure debita est, cum ea quæ vni illi rerum omnium principi atque parenti debetur collata, nulla sit, sicut personæ ipsæ, quamlibet excelsæ, illi comparatæ nihil sunt.

15

§. I I.

¶ His etiam adde, quòd nos omnes ita ab vno illo pendemus, vt eius virtute ac potestate & viuamus, & moueamur, & simus: ita vt nec respirare, nec pedem, aut manum mouere sine illius ductu & imperio valeamus: sine quo omnia quæcunque sunt, in nihilum reciderent; ex quo facta sunt. Neque in præsentis modò, sed etiam in futuro seculo, ac postremò omnibus in rebus quæ ad vsum vitæ pertinent, sic ab illius voluntate & potestate pendemus, vt nihil nobis sine eius prouidentia siue lætù, siue triste euenire valeat. Ipse enim paupertatis atque diuitiarum, egritudinis & salutis, mortis ac vitæ, gehennæ & cœlestis gloriæ clauis habet in manu sua. Vnde apparet, quanto illum studio colere debeamus, qui omnibus in rebus sic ab illo pendemus. ¶ Quid si his omnibus titulis Dominicæ passionis & mortis beneficiù omnibus sequimur, & honore dignissimum adiecero? oleù vtique flammæ adiecerim, quæ ad cœlum vsque pertingat. ¶ Constat igitur ex his quæ dicta sunt, nihil esse in hominum vita nec iustius, nec dignius, nec honorificentius, nec magis debitum, nec pluribus titulis commendatù, nec magis humanæ naturæ propriù, nec maiori contentione, maioribusque tum minis, tum promissis à nobis requiritum, nec quod maiorem nobis commoditatè afferat seruatam, nec maiora detrimenta neglectù. Quid ergo indignius, quàm hoc solum negligere, cætera verò curare? Cum ergo tot tantisque nominibus conditori, conseruatori, & salutis nostræ auctori obnoxij simus, cum omnia vitæ momenta vni illi debeamus, cum omnia, quæ siue in cælo, siue in terra oculis vsurpamus, illius beneficia sint; cum illius sit omnis sanctitas, omnis dignitas,

dignitas, omne decus & gloria, illique proinde omnis timor & amor, 17
& omnis reuerentia & obedientia debeatur; quæ vis orationis expli-
care queat, quanta sit hominum dementia, quanta cæcitas & stupor
is immanitas, nullam eius rationem habere, nullo eius amore & re-
uerentia tangi, nihil illi ex tot beneficijs acceptum ferre, nullas pro
tantis muneribus gratias agere, nihil eius leges & præcepta facere,
nec illius auctoritatem vereri, nec maiestatem honorare, nec boni-
tatem diligere: Cumque omnia præ illius recordatione nobis exci-
dere deberent, aliorum omnium meminisse, ipsum verò è memoria
nostra penitus eliminare: cum cætera omnia præ illius amore debe-
remus fastidire, omnia propter vnum illum amare: cum hoc solum
studium (vt antè diximus) necessarium, cætera verò superuacanea
sint, hoc solum negligere, cætera verò studiosissimè curare? O rem
omnium maximè deplorandam! ô infaniam detestandam! ô stupor-
rem horrendum! ô plus quàm ferrea hominum præcordia! Obitu-
pescite cæli super hoc (ait Dominus) & porta eius desolamini ve-
hementer. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt
fontem aquæ viuæ, & fecerunt sibi cisternas dissipatas, quæ conti-
nere non valent aquas. An non contra hos illi etiam Moyses verba
vsurpare meritò possumus; Generatio praua atque peruersa,
hæcine reddis Domino popule stulte & insipiens? Nunquid non
ipse est Pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te? An non igitur
hæc tanta hominum rebellio & pernicacia, supera & infera omnia
stupefaciat? an non vel terra contremiscere, vel cautes etiam
& rupes huius tantæ rei indignitate commoueri atque disrumpi
meritò debeant? ¶ Si esset aliqua in mundo gens adeò immanis &
fera, vt nullum in ea inter patres & filios fœdus, nulla amicitia 19
esset; sed parentes filiorum, filij verò parentum carnibus vescerentur,
& vtrique se mutuo vili pretio exteris nationibus diuenderent;
quis non attonitus hanc tantam immanitatem obstupefceret, cum
maxima & arctissima naturæ iura (quæ nec feræ, nec serpentes
violant) sic deleta & obliterata cerneret? At quanto, quæso,
maiori necessitudinis vinculo rerum omnium parenti Deo astric-
ti sumus, à quo non corpus modò, sed animam quoque, & omnia
quæ ad vtriusque vitæ cultum requiruntur, trahimus? Quid ergò
mirabilius, quàm non modò nullo amore erga hunc parentem
affici, sed etiam rebus vilissimis & indignissimis eius amorem
& gratiam commutare? An non igitur miraculum hoc (si ita lo-
qui fas est) septem illa mundi mirabilia, quæ ante commemorauimus,

Iere. 2.

Deut. 32.

20 mus, longissimo intervallo superat; & tamen illa mundus in summa
admiratione habuit; hoc nemo miratur; quod planè cunctis miracu-
lis mirabilius est.

Video fratres vos huius tantæ rei indignitate stupefactos tacitè
querere, vnde hic tantus stupor in mores hominum inuectus sit.
Cum enim videamus, animantia sic à naturæ conditore Deo infor-
mata esse, vt nihil eorum prætermittant, quæ ad naturam & vitam
suam conseruandam requiruntur; quo nam modo solushomo (cuius
gratia cætera condita sunt) sic inuersus est, vt non modò in parentem
suum Deum rebellis, & contumeliosus, sed suæ etiam salutis proditor
sit? Hæc quæstio, fratres, adeò grauis atque difficilis est, vt multorum
ingenia torserit, & multis item magnarum ruinarum occasio fuerit.
Certè sanctissimus ille Iob sic cum Domino agit; Quare me, inquit, 10b. 7.
21 posuisti contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum grauis? Magna
certè querela, multoque maior miseria. Cum enim summa humanæ
vitæ perfectio sic in imitatione diuinæ perfectionis & bonitatis posi-
ta sit, vt quod creatura fuerit illi similior, eò sit & perfectior, quæ maior
miseria fingi potest, quam non modò illi non esse similem, sed esse
etiam contrarium? quando quod ille vult, ego nolo; quod ille diligit,
ego detestor; quod ille odit, ego amplector; quod illum oblectat,
me infelicem cruciat. Ex quo planè sequitur, vt cum salus & felicitas mea
diuino cultu & pietate coniuncta sit, qui aduersus Deum rebel-
lis & iniurius sum, necesse esse vt mihi ipsi grauis, hoc est, molestus,
onerofus, imo infestus & exitiosus sim.

Hæc igitur humanæ mentis absurditas multorum (vt dixi) errorù
seminarium fuit. Cum enim huius seculi sapientes animaduertent,
22 quàm esset indignum, rerum omnium parentem ac Dominum non
modò non diligere & venerari, sed etiam obliuisci atque cõtemnere,
eò perducti sunt, vt alij Deum res humanas minimè curare dicerent,
alij res, quæ apud nos gerantur, ignorare; alij verò ipsum neque homi-
nis, nec rerum visibilibus conditorem esse. Vnde Manichæorù error
manauit, qui duo principia posuerunt: alterum visibilibus, alterù inui-
sibilibus; alterum bonorum, alterù verò malorù autorem; atque hunc
ipsum hominis opificè & architectù fuisse dixerunt. Neque enim per-
suadere sibi poterat, bonù Deù rem adeò detestabile atque deformè,
qualis sceleratus homo est, cõdere potuisse; cum optimi & perfectissimi
mi artificis opera omnia perfectè, & numeris omnibus absoluta sint.
Quæ quidè hæresis non modò Arriana antiquior, sed etià diuturnior
exitit. Ad tẽpora enim beati Petri martyris vsque peruenit, cuius pa-
rentes

August.

rentes hoc errore fuisse infectos in eius vita legimus. In quo etiã erro-
 re D. August. ad trigésimum vsque annum perseverauit: si quæ in Con-
 fessionum suarum libris longa oratione commemorat, quantum se hæc
 quæstio; de origine videlicet & causa mali; torserit. Hæc igitur hærcses
 veterũque declarant quàm detestabile atque execrandum Philosophis
 etiam visum fuerit id quod in multorum moribus passim videmus;
 nempe diuinæ maiestatis, diuinarumque legum neglectum atque cõ-
 temptum; hoc est, vnum illud necessariũ, quod antè diximus, præter-
 mittere, & cætera omnia, quæ sine illo sunt, otiosa & superuacanea, &
 sæpe etiam perniciofa, auditissimè confectari.

Ex ijs autem quæ diximus, tria quidem scitu dignissima colligere
 licet. Primum quidem, esse originale peccatum. Homo enim qui ve-
 ctus à Deo conditus est, utpote in optimo statu ab optimo opifice
 creatus, vitio suo à conditionis suæ dignitate degenerauit: quò fa-
 ctum est, vt à corrupta & læsa natura, corrupta quoque opera prodirent.
 Deinde illud etiam sequitur, esse persecutores hominum dæmones,
 hoc est, principes tenebrarum: qui ideo hoc nomine appellantur,
 quòd eorum perpetuum studium sit, tenebris & caligine mentes ho-
 minum excacare, vt conditorem suum ignorantes in eam peruerfita-
 tem & impietatem, quam audistis, incidant. Postremò, inter peccati
 supplicia, quæ in hac vita perditis hominibus inferuntur, extremum,
 maximeque formidandum esse, mentis obdurationem & cæcitatem:
 ad quam vbi miserandus homo peruenit, hoc tam tetrum facinus mo-
 litur, vt salutis suæ autore atque parente neglecto, res inanes & ludi-
 cras amplectatur. Nimum in hoc loco immorati sumus fratres, quòd
 huius tantæ rei indignitas (vnde omnia mala oriuntur) non potuit bre-
 ui orationis cõpendio explicari. Quocirca ab hoc loco digressi, quod
 reliquum est concionis in laudibus Virginis infumamus.

§. I I I.

¶ In cuius festo sacra præsentis Euangelij historia legitur, vt per eam
 primum quidem Virginis officium, & meritum, ac deinde præmium
 quod hodie percipit, aliqua saltem ratione intelligamus. Ipsa enim
 est, quæ Dei filium in huius mundi castellum venientem, virginalem
 veri hospitio recepit: ipsa, quæ perfectissimæ Marthæ atque Mariæ
 officijs functa est; quæ longè perfectiùs quàm Martha illi non vno
 die, sed tota vita ministravit, ac longè deuotiùs & artentiùs quàm Mar-
 thæ soror, verba eius semper audiuit, & eius dilectione flagrauit. Huius
 autem hospitalitatis, cæterorumque laborum ac meritorum cumu-
 latissimum præmium hodierna die cum summa totius cœlestis curiæ
 gratula-

16 gratulatione atque ineffabili gaudio percipere meruit. Cui nos quo-
 que pro eo ac debemus, quamuis exigui homunciones, pro modulo
 nostro congaudemus simul & gratulamur. In qua quidem solennitate
 cum multa sint, ac penè innumera, commemoratione dignissima,
 illud solum attingam, quod huius diei maxime proprium esse vide-
 tur: hoc est, qua celebritate ac lætitia hodierna die sacratissima Virgo
 à supernis ciuibus excepta sit.

Principio igitur constat, inter alia Angelorum ministeria hoc in
 primis numerari, quòd sint animarum nostrarum (si piè vixerimus)
 in cœlum portiores. Sic enim mendicus ille Lazarus ex Euangelio, *Luc. 19.*
 ipso Domino referente, ab Angelis in sinum Abrahæ portatur. Sic
 etiam beati Patris nostri Dominici animæ in cœlum ascendenti An-
 gelorum chori plaudentes occurrerunt, ipsumque ad cœleste regnũ
 ouantes adduxerunt. D. quoque Gregor. in lib. Dialog. memorat, An-
 gelos cum supernis ciuibus virginem quandam sanctissimam, vita fan-
 ctam, cum laudibus & canticis in cœlum fuisse profecutos, eorumque
 voces in terris auditas; & quòd illi altius ascendebant, paulatim defec-
 cisse. Quòd si ex vngue leonem (quod aiunt) æstimare licet, iam tum
 conijcere poterimus, qua celebritate & pompa, quibus hymnis & can-
 ticis, & qua cœlestis illius Senatus lætitia mater Regis æterni hodie ex-
 cepta sit. In terrenis quippè regnis hoc videmus, quòd cum noui Re-
 gis nuptiæ celebrantur, aut filius regni hæres nascitur, aut etiam Rex
 ad Imperatoris dignitatem euahitur, & imperatoria corona redimitur,
 regni Proceres, quòd quisque Regi charior, & in eius regno præstã-
 tior est, eò sumptus maiores in Principis sui gratiam facere, maiorẽque
 lætitiæ significationem dare. Cum igitur hoc die Regis æterni mater

28 in cœlum conscenderit, vt regiam coronam, dignitati & meritis eius
 debitam, perciperet, superni illi ciues, qui tanto charitatis ardore com-
 munè Dominũ & Regem suũ prosequuntur, qua hodiè lætitia persulta-
 rūt; qua frequentia ad hũc diè celebrãdũ cõuenerūt; quibus hymnis &
 canticis matris Dñi sui laudes prædicarūt; cum omnes intelligerēt, glo-
 riam matri Dei exhibitam, in Regis sui gloriam redundare. Quale au-
 tem hoc genus obsequij fuerit, nemo poterit mente cõplecti, nisi qui
 charitatis magnitudinẽ, qua cõmunem Dominũ Sancti diligunt, potue-
 rit pro dignitate æstimare; quæ solis ipsis, ac Deo cognita est.

Accessit & alia causa, quæ cũ superni ciues felicitatis suæ gloriã, & oĩa
 gratiarũ genera, quib* ad illã peruenerūt, humanitati Chri debeãt, hoc
 est, innocētissimo illi agno, qui occisus est ab origine mudi, cui oēs sa-
 lutẽ suã in Apo. magnis vocibus acceptã ferãt: cum igitur tantũ hono-
 ris &

Apoc. 13.
 ris &

ris & gloria huic sacre humanitati & sanguini debeant, consequens 29
erat, vt proximo loco beatissime Virginis se debitores profiterentur,
ex cuius intermeratis visceribus illa caro, ille sanguis, illa humanitas
delibata est. Illam igitur post filium, rāquam mediatricem salutis, ma-
trem gratia, ministram gloria, cœli fenestram, & vitæ ianuam agno-
scunt, diligunt, amplectuntur, & toto affectu reuerentur. Itaque hodi-
erna die nō solum in gratiam filij, sed etiam ob grati animi officium
erga beatissimam matrem omnes è folijs suis surreverunt, omnes Vir-
gini occurrerunt, omnes sacris eius pedibus prouoluti sunt, omnes
eius laudes & gloriam cecinerunt, illique post filium salutis & felicitatis
sue beneficium acceptum retulerunt. ¶ Vbi Iudith vidua abscisso

Iudith ult. principis Assyriorum capite, Iudæorum populum ab imminenti exitio
liberavit, seniores populi & sacerdotes magnificis eam titulis or-
nantes; Tu (aiebant) lætitia Israel, tu gloria Hierusalē, tu honorificen- 30
tia populi nostri. Benedicte filia tu à Domino, quia per te fructū vitę
communicauimus. Quantō igitur iustius hæ voces & laudes beatissi-
mæ Virgini conueniunt, quæ non principis Assyriorum, sed serpen-
tis antiqui capite contrito, nos à diaboli seruitute, à morte peccati, &
gehennæ incendio liberatos, cœlestis regni ciues effecit? Illam igitur
meritis laudibus ornant, illius gloriam prædicant, illam magnificis ti-
tulis nuncupant. Tu (inquiunt) genitrix gratiæ, inuentrix vitæ, mater
salutis. Tu stella illa orta ex Iacob, ex qua radius processit, qui vnium
suum mundum illuminauit. Tu viuum & animatum templum Dei, in
quo salus mundi nouem mensibus habitauit. Tu arca illa mystica tes-
tamenti, quæ cœleste manna, hoc est, Angelorū & hominum panem
continuis. Tu aureum illud propitiatorium, per quod infensum sce- 31
leribus nostris diuinum numen placatur. Tu veri Salomonis thro-
nus; tu aula regia; tu thalamus in quo cœlorum rex & Dominus re-
quieuit. Tu hortus conclusus, & fons signatus, qui nulli vnquam, nisi
cœlesti spōso, patuit. His igitur titulis, his vocibus Sanctōrū Patriar-
charum & Prophetarum, cæterorumque Sanctōrum chori Virginis
beatæ gloriam prædicabant. Ibi sanctus Iacob mysticam illam sca-
lam, quam is in somnis fuerat cōtemplatus, vidit, per quam salus mū-
di ad homines descendit. Ibi sanctus Dauid virgam illam ex radice
Iesse ortam intuitus est: ex qua pulcherrimus ille flos ortus est, supra
quem requieuit spiritus sanctus. Ibi Isaias intermeratā illam Virgine
contemplatus est, quam is prædixerat Deum & hominem pariturā.

Gen. 28.

Esai. 11.

Ierem. 31.

Ezec. 44.

Ibi Hieremias feminam illam vidit, quæ nouo miraculo virum erat
circundatura. Ibi Ezechiel Propheta orientalem illam portam de-
miratus.

32 miratus est, quæ cæteris clausa, soli cœlorum Principi patefacta fuit.
Ibi primus ille generis humani parens mulierem illam vidit, quæ an-
tiqui serpentis (cuius fallacia mundus interierat) caput erat contritu-
ra; hoc est, eius potentiam & peccati regnum euersura.

Quæ autem vis orationis explicare valeat, qua lætitia simul & ad-
miratione beatæ illæ mentes completæ fuerunt, cum incomparabi-
lem Virginis puritatem, & pulchritudinem, & clarissima virtutum
eius odorama perceperunt? Eorū quippe nomine hodiē canit
Ecclesiæ: Vidi speciosam, sicut columbam, ascendentem desuper ri-
uos aquarum, cuius inæstimabilis odor erat nimis in vellimētis eius,
& tanquam dies verni circundabant eam flores rosarum, & lilia con-
uallium.

Sed inter has tamen Sanctōrum laudes & voces multō dulcius
33 Virginis auribus dilectissimi filij vox insonabat, qui placidissimo vul- 3
tū matri occurrentis his vocibus eam compellabat: Surge, propra ami-
ca mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems tran-
sijt, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Veni
sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis. Ad electos Saluator
in extremo iudicij die se dicturum esse ait: Venite benedicti Patris
mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.
Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: situi, & dedistis mihi bi-
bere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me. Quan-
tō ergo iustius hæc eadem verba ad matrem filius in clamabit? Veni,
inquiens, benedicta Patris mei, & accipe thalamum tibi ante mū-
di constitutionem præparatum: quæ me esuriens paupis, sitien-
tem potasti, nudum carne vestisti, & hospitem ac peregrinum in ter-
ris intra pudicum peccatoris tui hospitium excepisti, lactasti, & omni-
34 pieratis obsequio fouisti.

Hoc igitur splendidissimo comitatu, hac communi supernorum
cuium lætitia, hodierna die ad thronum sibi à Deo paratum beatissi-
ma Virgo deducta est. Hæc, fratres, sollemnis, quæ nobis anniuersa-
ria, illis continua est: quia & huius diei gaudia, & cætera eorū gau-
dia quamuis vetustissima & antiqua sint, illis tamen noua semper &
recentia in illa immarcescibili gloria videntur. Ad hanc autem glo-
riam nos quoque conditi sumus, ad hanc Christi sanguine redempti,
ad hanc in sacro baptismatis fonte purgati, vocati, & Sanctōrum ci-
ues atque Dei hæredes effecti. Quid ergo agimus? quid cessamus?
quid moramur tantorum bonorum participes fieri? Quid nos detine-
net quò minus ad hanc tantam felicitatem remis velisque prope-
r-

Psal. 4. must filij hominum vsque quod graui corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Ut quid pro rebus caducis, fluxis, & in-
simil. teritis gaudia amittitis sempiterna? Cur, cum ingentes in celo the-
 sauros modico nunc labore recondere possitis, otio magis atque de-
 sidia marcescere vultis? Quæ dementia esset, si militibus post victo-
 riam, opulentissimam aliquam verberem diripiētibus, & alijs spolia am-
 pla colligentibus; alijs thesaurorum apothecas perfodientibus; alijs
 onustos auro sibus deferentibus, & huc atque illuc prædandi studio
 circuncursantibus, vnus aliquis eorum cum pueris in platea luderet,
 & occasione illam ditescendi, languore animi atque desidia impedi-
 tus, prætermitteret? Tales igitur nos sumus, qui cum multos seruo-
 rum Dei videamus omnibus rebus mundi spretis atque contemptis
 hoc vnum studiosissimè agere, hoc moliri, hoc votis omnibus capta-
 re, vt virtutum meritis atque laboribus opes sibi sempiternas, & co-
 ronas in æternum mansuras comparent, nos puerili mente pueriliū
 bonorum anora capti, ludicra bona veris, caduca sempiternis, fluxa
 mansuris, inania solidis, immunda puris, & mortalia immortalibus
 anteferimus. Opportunè ergo mihi nunc in mentem venit cum Sa-
 lomone clamare; Vsq̄ quod paruuli diligitis infantiam, & stulti ea
 quæ sunt sibi noxia, cupient, & imprudentes odibunt scientiam?
Prophet. 1. Quid hic appellas scientiam? Non aliam certè, quàm Christi philoso-
 phiam: quæ alio nomine vera sapientia nuncupatur: quam nemo, ni-
 si qui piè Deum colit, ipsūq; magistrum habet, assequi potest. Hoc
 est enim quod tam multis modis epistolæ hodiernæ verba signifi-
 cant, quibus sapientia ipsa ex imperio Domini hoc modo loquens
 inducitur: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi
Eccl. 2.4. hi: In Iacob inhabitata, & in Israël hæreditare, & in electis meis mitte
 radices. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter
 requieui, &c. Animaduertite quæq; quàm multis verbis, eodem ten-
 dentibus, hoc vnum designare voluit, perfectam veramq; sapien-
 tiam nisi in pijs hominibus nullo modo inueniri posse. Cur ita? Quia
 re vera omnis scientia, quæ à Dei timore se iuncta est, multis sæpe er-
 roribus, & interdum etiã superbis obnoxia est. Hinc Propheta,
Bar. 4. Disce, inquit, vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt
 scias simul vbi sit diuinitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculo-
 rum & pax. Hæc enim vera & summa sapientia est, vt homo in-
 amicitiam, animæ suæ salutem, & sempiternam felicitatem omni
 contentione & studio consecetur. Hæc vna re felix & beatus erit,

38 vt nihil aliud possideat: verò destitutus, stultus erit & miser, etiam
 si cæterorum bonorum omnium compos fuerit. Quam quidè men-
 tem & sensum Christus Dominus, qui est vera Patris sapientia, &
 lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mun-
 dum, nobis largiri dignetur; qui cum Patre, & Spiritu sancto viuat &
 regnat in secula seculorum. **Ioan. 1.**

IN FESTO BEATI BARTHO-
LOMÆI Apostoli Concio prima, secundum vsū Romanæ cu-
riæ: in qua lectio Euangelica explanatur, ac dein-
ceps beati Apostoli martyrium ex-
ponitur.

T H E. Exijt in montem orare, & erat pernoctans
in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocauit di-
scipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apo-
stolos nominauit. Lucæ. 6.

Non omnes idoneos esse diuini verbi auditores decla-
 rat illa toties in Apocalypsi repetita sententia: Qui ha-
 bet aures audiendi, audiat. Multos enim aure corporis
 non cordis verbum Dei quotidie in Ecclesijs audire
 cernimus, qui tot concionibus auditis nihilo meliores
 euadunt. Cæterum ad salutarem Euangelicæ historiæ fructum perci-
 piendum non satis est idoneas habere aures, quibus Christi Domini
 doctrinam vtiliter audiamus, sed perspicaces etiã oculos habere con-
 uenit, vt clarissima virtutum exempla notare atq; imitari valeamus.
 Vtriusq; autem rei gratia Esaias ait; Et erunt oculi tui videntes præ-
 ceptorem tuum: & aures tuæ audient vocem post terga momentis,
 Hæc est via, ambulate in ea. Quod perinde est ac si diceret; Videbūt
 oculi tui virtutum exempla quæ imiteris, & aures audiet doctrinam
 quam amplectaris; quorum altero intellectus erudiatur, altero affe-
 ctus ad imitationis studium accendatur. Verè enim non minus hos
 Christus Dñs exemplis, quàm verbis edocet. Quod in hodierna san-
 cti Euangelij lectione animaduertere licet: in qua Dñs exemplo suo,
 sine vilo verborum strepitu, perfectissimam nobis orandi formam
 regulamq; demonstrat. Dum enim ad uesperascente die in montem
 ascendit, & in oratione pernoctat, ac deinde facto manè ex discipulis
 Apostolos eligit, ostendit planè & quo loco, & quo tempore, & quia
 N 2 perse-

perseuerantia, & quibus potissimum in rebus orandum sit. Electus enim Apostolos duodecim, qui fidei fundamenta iacerent, Euangelijque doctrinam ubique terrarum disseminarent, hanc orationem præmisit, vt nos exemplo suo doceret, nihil magnum & arduum sine præuia & longa oratione quenquam moliri debere. Quæ ex re liquet, quod initio diximus, non aures modò, sed oculos etiam ad Euangelicæ historiæ fructum percipiendum abhibendos esse. Vtrumque autem habere, diuinæ benignitatis donum esse Salomon apertere docet, cum ait; Oculum videntem, & aurem audientem, Dominus fecit vtrumque; Vt igitur hos oculos & aures Euangelicæ doctrinæ accommodare valeamus, cœlestem operam, sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

¶ Quæ admodum nulla in hoc mundo creatura adeo vilis & abiecta est, quam diuina potentia non condiderit: ita nulla est, cuius non singularem curam & providentiam habeat. Quid formica vilis? & tamen in illo paruo corpusculo tantum providentiæ conditor posuit, vt miris modis eius vitæ cõsulat atque prospiciat. Primum enim gregatim formicæ coeuntes, mutuamque sibi operam præstantes, communi labore tritici acervum inuadunt, granariumque egesta terra conficiunt, ibique opportuno tempore alimenta condunt, quibus hyeme vescantur. Ne verò alimenta humi recondita putrescant, sereno tempore foras ea protrudunt; & ne humore confota nascantur, extremam granorum partem, quæ pullulare deberent, ore delibant atque corrodunt. Quis igitur non hic apertere diuinæ providentiæ solertiam videat, quæ in tam exiguo corpore tantum prudentiæ collocavit? Quod minus mirandum est, si in terribili hominem Salomon formicarum exemplo corripere atque erudire velit, cum ait; Vade ad formicam, & piger, & considera semitas eius, & discite sapientiam: quæ cum non habeat ducem ac præceptorem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. O vitiam hanc vnam nobis Dominus prudentiam immitteret, vt mentis nostræ aciem non ad præsentia solum, sed ad futura etiam protenderemus. Hoc est enim quod magnus ille Propheta ciuibus suis desiderabat, cum diceret; Vtinam scirent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent: Nouissimum autem omnium, vitæ nostræ finis est. Cur autem ab hoc fine oculos mentis auertimus? cur in hac providentiâ à formicis homines superamur? Formica in æstate, ad futura in hyemis sterilitatem præcauendam, opportuno tempore alimenta congerit. Sic enim quodam modo

6 modo ratiocinari videtur; Æstas fœcunda est, & alimentorum copiam suppeditat, quam sterilis hyems nequaquam præstat. In æstate igitur reponamus, quo in hyeme vescamur, ne fame intereamus. Si igitur ad hunc modum formica sibi consulit, cur qui ratione præditi sumus, non eodem modo nobis consulemus? Quod enim formicis æstas, hoc nobis præfens hæc vita est: in qua magnam meritorum copiam parare nobis licet. Quod illis sterilis hyems, id nobis futura vita est: in qua non satisfaciendi aut merendi, sed recipiendi, & partis fruendi tempus est. Cur ergo in huius vitæ æstate non colligimus, quo in alterius hyeme vescamur? Cur hanc temporis opportunitatem vacuum abire sinimus, nunquam iterum redituram? Nonne hoc est quod nos opportune Salomon admonet, cum ait; Quodcumque potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quod tu perperas? Quid autem ex hac negligentia consequi necesse est, nisi quod idem Salomò ait; Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei. Sic enim fatuæ illæ virginis mendicauerunt, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis: quibus responsum est; Amen dico vobis, nescio vos. Hæc obiter à nobis, fratres, fornicarum occasione dicta sunt: nunc ad id quod institueramus, recurram oratio.

¶ Si tam latè diuinæ providentiæ cura atque solertia patet, vt ea etiam quæ minima & abiectissima sunt non negligat, quid de hominem existimandum est, quem inferioris huius mundi principem constituit, & cuius gratia hæc omnia condita sunt? Certè quod eius dignitas inter omnia magis eminet, hoc maior cura illi diuina providentia consulit, dum nihil, quod ad eius salutem, & incolumitatem spectet, prætermittit. Quam rem nõ modò Christiana, sed etiam ethnicorum Philosophia apertere profitetur: sic enim Cicero, Commoda, inquit, quibus vitimur, lucem qua fruimur, spiritum quem ducimus, à Deo nobis dari & impartiri videmus. Veruntamè alia providentiæ ratio ad hominem, alia ad cætera animantia pertinet. Animantibus enim, quæ neque in officio delinquere, neque officium præstare possunt, salutaria semper, & vitæ necessaria prouidet: hominibus autem, qui vtrumque possunt, pro varia meritorum ratione modò secunda, modò aduersa immittit. Hinc in Ecclesiastico legimus; Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. Idemque Dominus per Prophetam; Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum; ego Dominus faciens omnia hæc.

Luo. 12.

Denique, vt paucis multa complectar, tam latè hæc diuinæ prouidentia cura patet, vt Saluator in Euangelio dicat; Nonne quinque passeret vaneunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus plaris estis. Non poterat vllis verbis hæc diuinæ prouidentia cura magis amplificari, quàm cum capillorū nostrorum numerum Deo notum esse dixerit, quorum nec vnus quidē sit periturus.

Ioan. 15.

Cæterum quod ad gratia dona atinet, quibus mentes hominum purgantur, & sanctificantur, atque in Dei filios, & regni eius hæredes cooptantur, apertè liquet ea non à terra, sed à cælo prodire; cum Saluator dicat; Sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis: quia sine me nihil potestis facere. Persuasum igitur nobis esse debet fratres, omnia siue natura, siue gratia beneficia, siue quæ ad corporum salutem & incolumitatem, siue quæ ad animarum sanctitatem & innocentiam pertinent, non à terra, sed à cælo, hoc est, à diuina benignitate descendere. Vnde quemadmodum hic inferior mundus omnibus in rebus à superiori, hoc est, à cælesti regione pendet (illius enim vi omnia gignuntur, aluntur, conseruantur, & ad iustam maturitatem perueniunt) sic vita, salus, dignitas, sanctitas, atque felicitas nostra ab illo inexhausto bonorum omnium fonte dimanat. Quod planè Iacobus Apostolus confitetur, cum ait; Omne datum optimum, & omnè donum perfectum defursum est, descensum à Patre luminum.

Simil.

Iaco. 1.

Quorum hæc fratres? Certè vt hac ratione vos ad imitandam illi Domini Saluatoris in orationis studio perseverantiam, quam in sacra huius diei lectione vidistis, excitarem. Video enim vos omnes, vt veros Christi fideles, verissima esse quæ à me hoc in loco sanctarum scripturarum testimonijs comprobata sunt, credere: nempe, siue bona, siue mala, siue secunda, siue aduersa, quæ hominibus in vita contingunt, Deo dispensante vel permittente provenire. Video etiam omnes homines, quæ secunda sunt, sitienter appetere, & quæ aduersa, vehementer auersari. Ad hoc enim vnum quæque nostrum amoris proprii vis (quæ cunctarum affectionum nostrarum potentissima est) acriter impellit. Si ergo tantopere quæ nobis profutura sunt exquirimus, & nocitura relugimus, vtraque autem in manu Dei sita esse inconcussa fide credimus, quid quæso aliud agere, quid moliri, quo in studio atque exercitatione continenter

12 continenter versari debemus, quàm vt mentis nostræ aciem in cæelum semper intentam habeamus, vt omnes curas & cogitationes nostras ad Deum referamus, vt in illi obsequi, vni placere, vni obtemperare studeamus, vt salutarem eius opem & misericordiam assiduis vocibus imploremus, & cum Propeta dicamus; Ad te leuavi oculos meos qui habitas in cælis? Et, Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos? Et illud Iosaphat Regis; Cum ignoremus quid facere debeamus, hoc solum habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te. Rectissimè quidam dixerunt, hominem esse arborem inuersam, quæ radices fixas habeat in cælo, ramos verò expansos protendat in terram, qui radicum virtute aluntur, & fructus ferunt. Vt igitur pomariorum cultores omnem operam & studium in excelendis arborum radicibus ponunt (hac enim vna cura vberes sibi arborum fructus pollicentur) ita nos studium omnè radicibus in cælo fixis excelendis impendere debemus, si copiosum cælestium donorum fructum in terra colligere volumus. Radices autem excolimus, cum mentem ad Deum attollimus, & omnes curas & cogitationes nostras in cælo fixas habemus. Hoc enim faciebat ille qui dicebat; Leuavi oculos meos in montes, vnde venit auxilium mihi. Auxilium meum à Domino qui fecit cælum & terram. Et ne frustra illum pures ad hoc se asylum contulisse, subdit protinus; Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit &c. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem. Videtis ergo quàm firmum in Domino pij homines ad omnia præsidium habeant.

Psal. 122.

Psal. 24.

2. Para. 20.

Simil.

Psal. 120.

14 Hoc est igitur, fratres, proprium atque præstantissimū vitæ Christianæ munus, à Deo pendere, ab ipso omnia expectare, in illo felicitatem & spem omnem dignitatis & salutis collocare, & omnia quibus indigeris, suppliciter ab eo postulare. Hoc ipsum autem olim Dominus in Israelitico populo insigni quadam legatione declarauit. Tertio enim mense ab egressu Ægypti cum in montem Sina ventum esset, populusque è regione montis staret, Moyses solus ascendit in montem ad Deum. Vocauitque eum Dominus de monte, & ait; Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filijs Israel. Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis (mea est enim omnis terra) & vos eritis mihi in regnū sacerdotale, & gēs sancta.

Exod. 19.

Quid est igitur quod ait, Regnum sacerdotale? Hoc certe significare voluit, eius regni ciues longe alia conditione quàm omnes alios esse victuros. In alijs enim exterarum gentium regnis cum ciues neque verum Deum colant, neque quicquam ab eo auxilij referant, omnem operam suam in terrenis præsidijs vndique comparandis collocant. Vos autem, quorum omnis salus, vita, dignitas, & opes à vero Deo, quæa colitis, dependet (in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorum) totum studium vestrum ad illius cultum & religionem conuertere debetis, illum semper intueri, ab illo omnia sperare, & illius opem (quod falua sint vobis omnia) continenter petere. Hoc enim sacerdotum munus & officium est, quod vos omnes sectari conuenit; vt sic tandem sacerdotale ipsi regnum sitis, cuius videlicet ciues omnes sacerdotum officium orantes exequantur. Vt autem eorum spem in hoc officio positam esse declararet, magnifica illa & stupenda opera, quæ propter eos ab Ægyptiaca seruitute liberandos patrauerat, in primis connumerat: quod videlicet ex præteritis beneficijs futura discerent: sic enim ait; Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptijs, quo modo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Dicit autem hoc, quoniam aquila pullos suos, quos vehementer amat, præter aliarum auium morem super alas suas defert, quoties aliò migrare, aut eos ad volandum excitare vult. Quia similitudine Dominus & flagrantissimam erga populum suum charitatem, & paternam curam ac prouidentiam aperte declarauit; vt ex ea omnia sibi fausta & salutaria promitteret, si hoc sacerdotali officio ridè fungeretur. Quod illis igitur, fratres, dictum est, nobis dictum putemus; quia eundem Dominum colimus: quod illis promissum est, nos quoque fideliter expectemus; si tamen quod illis officium indictum est, nos sollicitè præstemus; hoc est, vt sacerdotum munus, quod in orationis studio positum est, diligenter exequamur.

§. I.

¶ Quod si nos hæc ratio minus fortasse ad hoc officium mouet, moueat illud saltem, quod in medio laqueorum positi sumus, quodque innumeris vndique tentationibus & periculis cincti sumus, quæ nos de gradu virtutis per singula penè momenta deicere tentant: moueat innumera quoque Sanctorum exempla, qui infirmitatis suæ consilij, vitam omnem in orationis studio consumebant.

Inter

- 18 Inter quæ non parùm beatissimi Apostoli Bartholomæi exemplum eminet: quem ferunt centies in die, & centies in nocte orare solitum. Et is tamen Spiritu sancto cum cæteris Apostolis repletus, & in gratia confirmatus erat: quin & cælestis regni promissionem cum cisdem Apostolis à Domino perceperat, cum ad eos dixit; Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis: qui tot tantisque diuinæ gratiæ priuilegijs insignitus, dies noctesque in orationis studio insamebat, eiusdem gratiæ, quam plenissimam acceperat, incrementum per singula penè momenta petens. Si hoc igitur tantus hic Apostolus faciebat, quid de illis sperandum est, qui in medio laqueorum positi, & impura carne circumdati, & variarum cupiditatum stimulis agitati, in hoc mundo inter scorpionum atque serpentum habitantes, vix oculos in cælum tollunt, vix vnquam ad tot pericula depellenda opem Domini implorant? O miserandam hominum cæcitate! ò detestabilem mentium tarditatem! Quid enim ex hac tanta cæcitate consequi necesse est, nisi vt qui diuinam gratiam non postulamus, eius auxilio destituti simus, atque ita in omnes Diaboli laqueos, & peccatorum præcipitia incidamus? Hos autem non video qua ratione pudescere valeam, quàm ethnicorum hominum exemplo, quorum multos legimus nequaquam opus aliquod egregium audere solitos, nisi prius commentitios illos suos Deos solennibus sacrificijs & orationibus placassent. Certè clarissimum illum ducem Scipionem Africanum legimus nunquam arduum aliquod opus moliri voluisse, quin prius à suo illo Ioue auxilium & consilium postulare, quod res illi benè verteret. Quæ de causa multi illum Iouis filium crediderunt. Quantus ergo pudor fratres, quantum Christiani nominis dedecus est ab Ethnicis & cæcis hominibus in religionis officio superari? Quanta cæcitas & amentia nostra est, quòd à vero Deo, nos ad se vocante, & secunda omnia pollicente, non confugimus; cum illi non vocati ad falsa nomina, nihil opis & auxilij pollicentia, ad eò se studiosè conuerterent? Miseri profectò & amentes, qui quam habemus fidem, frustra habere videmur. Sed ad Euangelicæ lectionis institutum redeamus.

Potuissem quidem, fratres, multas alias afferre commoditates, quibus vos ad hoc orandi studium adhortarer, sed eam potissimum commemorare volui, quæ præsentis Euangelij instituto maximè quadret: in quo Dominus bona omnia nostra à cælesti Patre pendere oratione sua testatus est, cum Apostolos, hoc

N 5 est,

Ibidem.

Act. 2.

Luc. 10.

Ezer. 2.

eſt, Eccleſiæ ſuæ principes electurus longam orationem præmiſit; vt electio illa cœleſtis Patris beneficio felix & fauſta eſſet.

Nec ſolam orandi neceſſitatem nos exemplo ſuo docet, ſed etiam orandi modum atque leges præſcribit. Oraturus quippè ſecedit a turbis, & ſecretum locum petit. Nam & locum, & tempus ad orandum, & orationis materiam, & cuiuſdem perfeuerantiam, & orandi cauſam nos exemplo ſuo docet. Locum enim orandi designauit, cùm relictiſ turbis in ſecretum locum ſeceſſit: quòd nos exemplo ſuo, cùm orare volumus, idem facere moneret. Cum ſuperna enim illa & immenſa maiestate loquuturi, ab hominum frequentia (niſi cùm in templis oramus) ſecedere debemus; vt nihil extrã fit, quòd animi noſtri intentionem aliò deſſectere valeat. Nec fatiſ eſt corpore ſecedere, niſi animo etiam ſecedamus. Fieri enim poteſt, vt aliquis in frequentia hominum ſolus ſit, & in ſolitudine non ſolus, ſi in ea cogitationum ſtrepitum atque tumultum patiatur. Hoc eſt enim quòd nobis Dominus innuere voluit, cùm oraturus montem conſcendit, qui in valle poterat orare. Hinc D. Ambroſ. Qui benè, inquit, orat, à terrenis ad ſuperiora progrediens, verticem curiæ ſublimeris aſcendit. At ille in montem non aſcendit, qui de ſeculi diuitijs & honore ſolicitus eſt: non aſcendit in montem, qui fundi ius optat alieni. Aſcendit ille, qui Deum quærit: aſcendit ille, qui ad vitæ ſuæ curſum Dominica adiumenta depoſcit. Quem admodum igitur S. Abraham filium in monte immolaturus, ſeruos & aſinum ad radicem montis expectare præcepit: ita nos ſeruilia opera atque terrena omnia à tergo relinquere debemus, quoties hunc montem aſcendere paramus. Itaque (vt D. Bernardus ait) cogitationibus noſtris dicere debemus; Expectate hinc cum aſino corpore, & poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos, & heu citò reuertemur.

Deinde verò quòd nocturnum tempus Saluator ad orandum elegerit, eſſe tempus hoc ad orandum aptiſſimum declarauit, in quo à diurnis curijs & negotijs feriat, tenebris & ſilentio, atque ſolitudine noctis iuuamur: quo tempore neque oculi rerum imaginibus, neque aures alienis vocibus mentem turbant, neque negotia eandem rerum cœleſtium intuitu & contemplatione auocant. Hanc porrò temporis opportunitatem nos capture Propheta monet, cùm ait, Conſurgis in nocte in principio vigiliarum, & effunde ſicut aquam cor tuum in Dominum. Effunde, ait, cor tuum; hoc eſt, quicquid animum tuum angit atque ſolicitum reddit, quicquid lacerat & pungit, ante cœleſtis

Ambroſ.

Gene. 22.

Bernard.

Thren. 2.

24 ſtis medici conſpectum propone, & ſalutaria ab eo medicaméta cunctis vulneribus tuis pete. Ad hoc ipſum pios omnes Regius Prophetata inuitat, cùm ait; In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum. Nec minore cura ipſe præſtabat, quòd alios facere adhortabatur. Media, inquit, nocte ſurgebam ad conſtitendum tibi. Et, Memor fui nocte nominis tui Domine. Idem quoque Iſaias Propheta de ſe ipſo profitetur, cùm ad Dominum ait: Anima mea deſiderauit te in nocte: ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Magnus verò ille Antonius tenebris & ſilentio noctis gaudebat, luce verò offendeſatur: quòd non nihil mentis ſuę intentionem rerum conſpectu inturbaret. Beatiffimus verò pater Dominicus Saluatoris ſui exemplū ſequutus, diem ſaluti animarum, noctem Deo impendebat. Denique Sancti omnes vſq; adeò nocturnum hoc tempus diuinis laudibus & precibus deſtinant, vt beatiffimus pater Franciſcus (qui vigilans cum Deo noctes tranſigebat) appoſitiſſimo nomine verum monachum, Cicadam noctis, appellat: quòd cicada ſine vlla intermiſſione Sole vigente canat. ¶ Quin & Plinius Iunior. Plinius Iunior Traiano principi ſcripſit, nulla in Chriſtianiſ eius ætatis crimina reperiri, niſi quòd antelucanos hymnos in cuiuſdam hominis laudem, qui in Palæſtina crucifixus erat, decantarent. Quibus exēplis intelligere licet fratres, quàm fuerit apud ſanctiſſimos quoſque viros vſitatum, nocturni temporis ſilentia diuinis laudibus & precibus conſecrare. Quam rem hoc in loco nos Dominus exemplo ſuo docet, cùm [pernoctat in oratione Dei.] O vtinam his exemplis permoti fratres, ſalutare hoc inſtitutum amplecti vellemus, vt aliquam ſaltem noctis partem huic verè Chriſtiano ſtudio impenderemus, non dubium quin miros hac exercitatione fructus conſequeremur, quibus feliciffimam vitam degeremus.

Ceterum quauis oradi virtus aſſidua & familiaris homini Chriſtiano eſſe debeat, tū tñ inſtanti atque deuotiùs oradū eſt, cū egregiè aliquod opus moliri decernim; quòd diuina pietas ceptis noſtris aſpiret. Quam rē Dñs nos quoque exēplo ſuo in præſenti lectione docet, qui duodecim Apoſtolos electurus, longa priùs oratione Patrē exorauit. Si ergo vniuerſi Dei Filius, & vniuerſorum hæres ac Dñs, nequaquã ſine præuia oratione hoc opus ordiri voluit, qua fronte nos, qui toties in cõſilijs & electionib; nris hallucinamur, ſine orationis ſuffragio aliqd granè & operoſum moliri audemus: præſertim cū veriſimū illud ſit, quòd in lib. Sapiētiae ſcribitur; Cogitationes mortaliū timidæ, & incertæ oēs prouidentię noſtrę. Illud em̄ homini Chriſtiano perſuaſum eſſe debet fratres,

Sap. 9.

fratres, ea omnia, quæ diuinis auspicijs atque ductu gerimus, faci- 27
 les semper exitus habitura: contra verò quæ consilijs nostris freti
 inconsulto Deo gerimus, infausta atque perniciofa saepe futura.
 Quam rem quotidianis fermè exemplis comprobare licet. Quoties
 enim filiorum atque filiarum nuptias, quoties navigationes, merci-
 monia, & lites, quas intendimus, cæteraque negotia, quæ salutaria
 nobis futura speramus, ad eò votis & cõsilijs nostris minimè respon-
 dent, vt in diuersum etiam cedant, & vehementer noceant, quæ pro
 futura credebantur: in quibus pro pace bellum, pro otio negotium,
 pro tranquillitate contentiones, pro honore ignominiam, ac deniq; pro
 diuitijs paupertatem & inopiam inuenimus. Cur hoc, nisi quia
 nihil in ingenio atque prudentiæ nostræ tribuentes, Deum res hu-
 manas negligere re ipsa profitemur; quando illum consiliorum no-
 strorum autorem atque participem efficere noluimus? Sic sanctus Io- 28
 sue, cæterique Israëlitici populi principes in petitione Gabaonitaru
 lapsi fuere, quoniam os Domini minimè interrogasse perhibentur:
 ideoque illos Dñs labi atque errare permisit. Sic etiam apud Esaiam
 filios Israël Dominus accusat, quòd se inconsulto atque relicto suis
 consilijs atque humanis præsidijs niterentur. Væ, inquit, filij deserts-
 res, vt faceretis consilium, & non ex me: ordiremini telam, & nõ per
 Spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum: qui ambula-
 tis vt descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis, speran-
 tes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in um-
 bra Ægypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fi-
 ducia vmbra Ægypti in ignominiam. Et paulò post humanæ fiduciæ
 præsidium deprimens, Ægyptus, inquit, homo & non Deus; & equi
 eorum caro & non spiritus. Et Dominus inclinabit manum suam, & 29
 corruet auxiliorum, & cadet cui præstatur auxilium. Hac autè de cau-
 sa cum idem populus iniussu Dei cum hostibus in deserto configere
 vellet, Moyses diuinorum arcanorum interpret eos ab hoc temera-
 rio vsu reuocare volens, aiebat; Nolite ascendere: non enim est Do-
 minus vobiscum, ne corruiatis coram inimicis vestris. Amalecites &
 Chanaanæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eò quòd nolue-
 ritis obedire Dño, nec erit Dñs vobiscu. Quid illi interim ad hæc san-
 ctissimi viri voces aspernati, ad pugna se parant. Sed cum primùm ap-
 propinquantes hostes conspicati sunt, terga verterunt, eorumque
 gladijs scædè concisi perierunt. Sic igitur euenit, vt qui claram &
 insignem sibi victoriam peperissent, si pugnare voluissent eo tempo-
 re quo fuerant ad pugnam Dei imperio conuocati, cum Dei in-
 iussu

Iosue. 9.

Esai. 30.

Esai. 31.

Num. 14.

30 iussu manus cum hoste conferere voluerant, consilium fusi fugatiq;
 sint, & magna eorum pars ferro & vastitate consumpta. Quicumque
 igitur sapienter vitam instituunt, nihil audent nisi de summi Dei sen-
 tentia decernere, nihilque omnino nisi ex illius imperio, consilio, &
 præscriptione moliri. Itaq; semper se ipsos excitant ad Dei verbum
 mente cõcipiendum, nec aliud in vita meditantur, quam vt ductum
 & imperium summi illius ducis & moderatoris alacres & expediti se-
 quantur: vsque ad eò, vt ne licita quidem & communi more atque le-
 ge concessa aggredi velint, qui summa fide ornati sunt, nisi prius in
 Dei numen inspiciant, ipsumque autorem & monitorem habeant:
 absque ductu enim illius se loco mouere minimè tutum arbitrantur.
 Vnde vox illa Moysis, qua veniam atque pacem exposcit, Deumque
 pro salute populi sibi commisi venerat, Si tu ipse, inquit, non præ-
 cedas, non educas nos de loco isto. Intelligebat enim vir excelsus, tol-
 lerabilis multò fuisse in vasta illa solitudine: incommodis omnibus
 vexari, atque senio scædisque morbis intabescere, quam viam aliquã,
 in qua Deus non esset ductor, inire. Illo enim duce non ad incertum
 euentum omnis vitæ labor impenditur, sed ad certissimam vitæ felici-
 tatem omne studium destinatur.

§. II.

¶ Vt igitur hanc verè Christianam Philosophiam nos cœlestis ma-
 gister doceret, Apostolos electurus pernoctat in oratione Dei: in
 qua Patrem orabat, vt cœlesti Spiritu atque virtute ex alto hos Eu-
 gelij ministros ita corroboraret, vt nullis laboribus, aut difficultati-
 bus ab hoc ministerio detererentur. Quæ quidem oratio ad eò effi-
 cax fuit, vt per eam cœlestis Pater spiritus sui plenitudinem in Apo-
 32 stolorum pectora demiserit. Quæ sic instructi & armati fuerunt, vt
 vnuersum terrarum orbem peragrantes, Euangelium Christi longè
 lateque disseminarent. Non illos ab hoc officio locorum interstina,
 non itineris labor, non Imperatorum minæ, non cruciatum immā-
 nitas, non ferrum & ignis, non Dæmonum, quorum altaria & tem-
 pla euertebant, furor & rabies, non denique omnes reges terræ & Pfd. 2.
 principes, qui frementes conuenerunt in vnum aduersus Dominum
 & aduersus Christum eius, deterere potuerunt. Duodecim ergo pi-
 scatores hoc cœlesti spiritu instructi omnem mundi atq; inferorum
 potentiam debellarunt. Denique tanta animi fortitudine hoc opus
 aggressi sunt, vt quamuis, quod ad naturæ indolem attinet, rudis at-
 que vllis ingenij, & piscatores essent, omnes tamen prius vitam amite-
 re,

tere, & omnes cruciatus perferre, quam commissum sibi officium de-
serere maluerint. Vnde alij, instar magistri sui, patibulo affixi; alij ca-
pitate truncati; alij lapidibus obruti; alij lanveis confossi; alij candentis
ferri laminis adusti; alij detracta pelle excoiati (quod beatissimo A-
postolo Bartholomæo contigit) clarissimum constantiæ atque fidei
sua exemplum posteris reliquerunt. Solus Ioannes Euangelista in
A. flor. 16. pace occubuit: qui tamen in Actis Apostolorum cum alijs Aposto-
A. pocal. 1. listæ fusi, deinde in feruentis olei dolium missus, & in Pathmos insu-
lulam exilio relegatus; postea in pace quieuit. Martyrij namque in-
star fuit, quod dilectissimi magistri in cruce moricæ comes affi-
xit indiuiduus.

Hunc autem duodecim Apostolorum numerum multis modis
voluit Dominus & in veteri, & in nouo testamento figuris clarissi-
mis adumbrari atque honorari. Hos enim duodecim Patriarchæ si-

Gen. 35. 34. Hij Iacob designant: quia vt illi carnalis popullita isti spiritalis pa-
tres existerunt. Hos etiam duodecim illi boues adumbrarunt; supra

2. Par. 4. quos impositum illud æneum mare erat, in quo sacerdotes lababari-
tur. Sic etiam isti baptismatis mare per totum mundum detulerunt.

Exod. 15. quos peccatorum omnium sordes abluuntur. Hos item duodecim

Exod. 39. illi fontes Elim figurarunt: quia ex horum fontibus salutaris sapien-
tiæ aquam populi omnes hauserunt. Hi sunt etiam duodecim illæ gē-
mæ in summi sacerdotis Christi ornamento collocatæ: quas Paulus

2. Cor. 8. Ecclesiarum Apostolos, & Christi gloriam appellat. Hi sunt etiam

A. pocal. 12. duodecim illæ stelle in corona Sponse miro doctrinæ splendore sul-

A. pocal. 21. gentes: hi duodecim nouæ ciuitatis fundamenta, duodecimque por-
tæ, quæ ex singulis margaritis constant: quoniam hi primùm fidei

Ibidem. fundamenta in mundo iecerunt, & per eos nobis aditus in cœlestes
illas sedes patefactus est.

Ambros. Hos igitur duodecim ex discipulorum numero Dominus voca-
uit: quos (vt ait Ambrosius) ad propagandum auxilium salutis huma-
næ per terrarum orbem satores fidei destinaret. Simul aduertere cele-
ste consilium, non sapientes aliquos, non diuites, non nobiles, sed
piscatores, & publicanos, quos dirigeret, elegit; ne traduxisset pruden-
tia, ne redemisset diuitijs, ne potentia nobilitatisque autoritate tra-
xisse aliquos ad sumam gratiam videretur, vt veritatis ratio, non dispu-
tationis gratia prævaleret. Hæc tenus Ambrosius.

Hoc etiam in loco flagrantissima Christi erga nos charitas ap-
paret, qui tam longa oratione Patrem exorauit, vt nascentis nouæ
Ecclesiæ idoneos ministros & duces sibi designaret, qui perditos ho-
mines

36. minces in viam salutis & sempiternæ felicitatis dirigerent. Si autem
nostra salus tam fuit cordi Christo, quæ eadem nobis chara esse
debet? Quid enim (vt idem Ambrosius ait) te pro salute tua facere
oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Sed quid
idem. mirum si pro salute tua orat, qui pro eadem & in mundum veni-
re, & innumeros labores, ac postremo acerbissimum crucis suppli-

cium perpeti dignatus est? Quid agis Domine? Iesu quæ te vis amo-
ris tot pericula, tot adire labores impulit, vt non dies solum, sed no-
ctes etiam in salute nostra promouenda expenderes: nec virilem mo-
dò ætatem, sed ipsam quoque infantiam, paupertatem, nuditate my-
exilio, hostiliq; Herodis odio conficeres? Num vt gratia tua, aut

gloria opibus aliquid adijceres, quod antea aut non haberes, aut pro-
meritis non esses? Minime verò. Quid igitur est, quod te, cuius

37. sanctitati & gloriæ nihil addi, nihil detrahi potest, in hoc tantum
laborum atque dolorum pelagus immisit, cum nos præsertim, quom-
rum causa vigilas in oratione noctes transigis, totas noctes dormia-
mus, aut in chartarum & alearum ludo infumamus, aut in fratris no-
stris lasciuimus, aut certè hoc ipso tempore aliena pudicitia insti-
dias tendamus? Cur igitur aliena salus te tantopere sollicitat, cum

non nulla eiusdem cura tangat? In causa certè immensa charitas, &
sapiencia tua est. Tu enim solus laborem & dolorem confide-
ras: tu solus humanæ salutis pondus, atque dignitatem intelligis.

tu cœlestis gloriæ magnitudinem; tu pœnarum gehennæ acerbis-
tatem, quæ hominibus constituta sunt, plenissimè perspicias: idcirco
quæ eximia charitas tua facit, vt nos omni ratione à tantis malis
ereptos ad sempiternam felicitatis gloriam perducas. Quemadmo-
dum ergo pius pater pro phrenetici filij salute anxius atque sol-
licitus varia vndecunq; medicamenta conquirat, & quod magis
hinc maior ridet atque delirat, alijsq; delirijs suis, risum incutit,
hoc maiori cura atque dolore pius pater conficitur: ita Christus
Dominus sese erga nos gerit; qui phreneticorum more malorum
nostrorum ignari, tota vita sterimus atque ridemus, cum tamen
pius hic pater pro salute nostra sollicitus nulli labori parcat, &
nec dies, nec noctes à salute nostra procuranda desistat. Quo vno
argumento quantum sit salutis nostræ negotium perficere licet;
quod omnipotentem Dei Filium sub hoc onere sudare, ac tot la-
bores perpeti coegerit, quod nos tamen phreneticorum more tana-
topere negligimus.

38. Simil.

Sal. 9. 9.

q. 10. 10.

q. 11. 11.

q. 12. 12.

q. 13. 13.

q. 14. 14.

q. 15. 15.

q. 16. 16.

q. 17. 17.

q. 18. 18.

q. 19. 19.

q. 20. 20.

q. 21. 21.

q. 22. 22.

q. 23. 23.

q. 24. 24.

Theophil.

¶ Sed iam dudū inquirere vos puto fratres, cur Dominus inter hos duodecim Ecclesiæ suæ duces Iudam etiam elegerit, quem proditorem futurum sciebat. Huic quæstioni Theophylactus respondet, e tempore Iudam non indignum ea electione fuisse, qui tamen postea tantopere ab hac Apostolica dignitate degenerauit. Nec enim nouum aut inusitatum est, quos Dominus in excelso dignitatis gradu collocauerit, ab ea dignitate decidere. Sic enim Saul à Domino in populi sui principem electus, sceleratissime atque miserissime postea lapsus, innocuos Domini sacerdotes trucidauit, & sibi ipsi acerbissimam mortem intulit. Sic Salomon, qui amabilis Domino uocatus est; eò quòd à Rege 12. ab eo fuerit dilectus, & in sede regia collocatus, mirisque beneficijs auctus & cumulatus; tamen postea aras & templa uxorū suarum Dijs erexit. Sic Nicolaus inter septem diaconos Spiritu sancto ple- nos ab Apostolis electus, à fide postea deficiens, hæresum seminari effectus est. Quò sit, ut nemo electioni & uocationi diuinæ nimium fidens securitatem sibi polliceatur; cum felicibus initijs infaustos nonnunquam fines succedere contingat: contra uero felicissimi fines post danda in initia interim cōsequatur. Hinc D. Hierony. Nō laudantur, inquit, in Christianis initia, sed fines. Paulus malè cœpit, sed benè finit. Iudæ laudantur exordia, sed finis prodicione damnatur. Quæ in re stupēda. Domini opera atque iudicia animaduertere licet; cum Iudas præuia oratione à Christo Domino electus, ex Apostolatus culmine in prodicionis baratrum ceciderit; Paulus autem ex truculentissimo Ecclesiæ persecutore. ad eandem Apostolatus dignitatem fuerit euectus. Ille ex agno lupus, ex amico hostis, ex discipulo magistri proditor; contra uero hic ex lupo agnus, ex persecutore defensor, ex Ecclesiæ hoste, eiusdem Ecclesiæ propagator effectus est. Quis igitur in hac tam miranda rerum commutatione nō oblitus peccati non etiam diuinorum iudiciorum metu pauet? Pauet certe sanctus ille Rex, quamuis innocentie suæ sibi conscius esset, cum diceret; Confige timore tuo Domine carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Pauet etiam, quamuis innocentissimus, sanctus ille Iob, cum diceret; Semper enim, quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Quid uero Hieremias, ex uero matris sanctus, an non is quoque hoc metu perterritus ait; Sed ebeam Domine solus: quia comminatione replesti me? Et ne quis inane in formidinem hanc existimaret, ipsum Dominum eius auctorem facit, cum de ipso ait; Quia comminatione replesti me. Nouerat enim

42 enim omnes isti uerissimum esse quod est à Propheta dictum; Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa; hoc est, iudicia tua Domine altissima & impermeabilis abyssus. Quis enim comprehendere ualeat, cur multi, qui diuissimè pie & innocenter uixerunt, extremo uitæ tempore (quod Salomoni contigit) sceleratissime corruerint? Itaq; hoc illis euenisse uideretur, qui cum ab orientis Solis regionibus ad nos usque felici cursu nauigarunt, in ipsis portus faucibus naufragium fecerunt. Quis etiam ingenio consequi poterit, cur ex duobus latronibus in cruce pendentibus, atque initio Dominum blasphemantibus, alter eligitur ad paradysum, alter relinquitur ad supplicium? Cur ex duobus fratribus, ex eodem patre atque matre natis, eodemque partu in lucem editis, Iacob uidelicet & Esau, alter à Domino diligitur, alter reprobat? Quisquis igitur hæc diuina iudicia occulta quidem illa, sed non iniusta, prudenter considerauerit, intelliget planè sibi cum Propheta clamandum; Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Quibus uerbis uir sanctus tãtam salutaris huius timoris vim à Deo postulat, ut non mens tantum, sed ipsum etiam corpus hoc timoris aculeo configatur. Usq; ad eò enim mentem suam hoc timore occupari atque repleti cupiebat, ut eius vis ac plenitudo in corpus etiam redundaret, ipsamque tremefaceret. Hoc enim timore securitatem parari intelligebat; cum probe nosset, Spiritum Domini in illorum præcipuè mentibus sedem sibi deligere, qui tremunt ad uerbum eius.

Sed inter hæc occulta Domini iudicia, non postremum est id, cuius paulò antè meminimus, Pauli uidelicet persecutoris electio, & Iudæ Apostoli reprobatio. Quis enim diffinire poterit, cur Paulus factus, laqueo sibi uitam eripuit: siquidem horrendi facinoris penitentia ductus, proiectis in templo argenteis, seque peccasse confitens, laqueo se suspendit? Ex cuius penitentia colligere licet, quòd quemadmodum prædestinatis omnia cedunt in bonum, etiã ipsa peccata; quæ eos humiliores & cautiore reddunt: ita contra reprobis bona quoque ipsa in malum cedunt. Quod Iudæ exemplo intelligimus, qui ex Saluatoris doctrina, quæ maxima ex parte in peccati odio atq; detestatione versabatur, tanto animi dolore fauciatu atq; conternatus fuit, tantumq; sibi displicuit, ut quò acerbissimum illum doloris aculeum euaderet, uitam sibi eriperit. Hoc enim consilio perditu ac desperati homines ad laqueum cōfugere solent. Quia enim acerrimo alicuius rei dolore punguntur, neq; ullam doloris eius

leniendi rationem inueniunt, cōsiliū de morte obeunda suscipiunt; 45
 vt hac saltem ratione acerbissimū illum doloris sensum euadant.
 Hic igitur tantus doloris aculeus, qui Iudam corripuit, ex cœlestis
 magistri doctrina perperam intellecta originem duxisse existimādus
 est. Cuius tamen miserāda ruina Dominus p̄sionis suæ acerbiter
 augeti, & solatium p̄ijs hominibus (cū ab amicis produntur) parari
 voluit. Vnde est illud D. Cypriani; Nec nobis ignominia est pati à fra-
 tribus, quod passus est Christus; nec illis gloria facere, quod fecit Iu-
 das.

Hic, quāso fratres, diligenter mecum aduertite, quantū mali in
 auaritia positum sit (quæ immo dicus pecuniæ amor est) quando qui-
 dem hæc pestis infelicissimū discipulum ad tam dirum facinus im-
 pulsit, vt innocentissimū magistrum pecunia teterrimis hostibus pro-
 deret; nec illum tot miracula quæ viderat, quæque ipsa patrauerat, nō 46
 Apostolatus dignitas, non manuetissimi agni innocentia ab hoc sa-
 crilego opere reuocauit: vsque adeo hæc auri cupiditas mentem ex-
 cacat, & ad quæuis tetra flagitia impellit. Quod si ita est, quantus hic
 lugendi atque lamentandi campus nobis aperitur, cū tot penē Iu-
 das, quot aaros in mundo videamus; qui si tunc extitissent, fortasse
 Dominum simili pretio vendidissent! Quis enim inter mortales non
 pecuniæ studio flagrat? non pestis huius exitiali morbo laborat? Ita-
 que modò etiam videre licet hoc ipsum quod Dominus apud Iere-
 miam queritur, qui cunctos homines, à minore vsque ad maiorem,
 auaritiæ studere ait. Et apud A mos, Auaritia, inquit, Dominus, in-
 capite omnium. Quibus verbis, quàm latè pestis hæc pateat, apertissi-
 mè declarauit: cuius merito vr̄bem, & templum euertendum esse de-
 signauit, cū Prophetæ in eodem templo Dominum videnti ait, 47
 Percute cardinem, & commouebuntur superliminaria. Quibus ver-
 bis templi euersionem vaticinatus est, causamque euersionis huius
 subiicit, Quoniam, inquit, auaritia in capite omnium. Quis igitur la-
 chrymas continere queat, cū hanc tam diram pestem tam latè in
 mundo dominari cernat; à cuius contagione vix quisquam expers
 sit? Beatus certè vir, qui post aurum non abiit, neque sperauit in pec-
 uniæ thesauris. Veruntamen quis est hic, & laudabimus eum? Fecit
 enim mirabilia in vita sua. Sed hanc acerbissimi luctus materiam in
 aliud tempus differentes, ad beatissimi Apostoli Bartholomæi mar-
 tyrium veniamus.

§. IIII.

¶ Cū autem multa eius exemplo colligere valeamus, tum illud
 præ-

48 præcipuum est, vt nullum laborem recusemus, quò eius gloriæ cōfor-
 tes fieri valeamus. Quis enim sola diuinorum mandatorum obedi-
 entia cœlestis regni hereditatem mercari detrectet, quā sanctus Bartho-
 lomæus detracta corporis pelle mercatus est? Qui enim pellem dedit,
 omnia corporis membra dedit atque tot mortēs acerbissimas pertulit,
 quot rēbra carnifici excorianda tradidit. Noui supplicij genus, non
 tā ab hominibus, quàm ab illo sanguinario hoste excogitatu, qui ho-
 micida erat ab initio. Cū enim Sāctus Bartholomæus idōlum, quod
 Astyages Rex vt Deū colebat, confregisset, & in frustra cōminuisset,
 tāto crudelis tyrannus aduersus Christi Apostolum furore incāduus,
 vt non contentus illum fustibus crudelissimè cæcidisse, atrocissimum
 hoc supplicij genus, nisi quā antea visum, Satana instigante excogita-
 ret, quod & acerbitate ius, & nouitate, & diuturnitate, Christi Apo-
 49 stolū immanissimè cruciaret. Nudatus ergo à carnificibus vir diui-
 nus, si p̄iti que, ne se cōmouere posset, alligatus: accedunt crudelitatis
 ministri nouaculis acutissimis armati, detractisq; vestibus, vt expedi-
 tiores ad opus illud nefarium essent, sulcare & scindere hinc & inde
 sanctissimū illud corpus incipiunt, & inter cutem carnemque vias fer-
 ro aperire, rimari secreta viscerum, & altera quidem manu pellem ad
 se trahere, altera ferrum stringere, & cutē à cætera carne separare. At-
 que hac immanitate diuini viri & terga, & pectora, & brachia, & femo-
 ra, & crura conscindunt, lacerant, atque diserpunt. Fluebat sanguis,
 qui ex omnibus corporis mēbris scaturiebat, terramque latè irrigabat.
 Diuinus autem Apostolus sanguinolentum corpus vt regalem purpu-
 ram intuebatur: carnifices autem illos, corogaru ministros atque fabri-
 catores reputabat: corpus vero lacerum, holocaustū & hostiā viuam
 50 Deo placentē existimabat: & mētis oculis in crucifixi Domini sui ima-
 gine defixis, incredibili mentis alacritate triumphabat, quod se illi per
 mortis supplicium similem fieri videbat, & sanguini, quo redemptus
 fuerat, vicem sanguine suo rependebat. Quin & totus spei plenus, &
 se iam iam breuissima illa mora transacta inter Angelorum & Aposto-
 lorum choros perpetuò regnatum sperans, & in cœlesti illa men-
 sa (quam illi magister suus promiserat) cum illo se epulaturum sciens, L. II. c. 22.
 in fracto & alacri pectore suū spectabat, membraque di-
 laniata cernebat, quæ sempiternum sibi decus & gloriam essent præ-
 bitura.

Quid nos ad hæc dicemus fratres? En Apostolus omnium mem-
 brorum dilaceratione cœlesti regnum emere non dubitauit; nec se
 in hoc mercimonij genere fraudatum existimauit, cū se paucarum

horarum labore, totius æternitatis felicitatem & gloriam mercari intelligeret. At nos miseri & amentes tam densis tenebris & caligine circumfusi sumus, vt ne sola quidem diuinorum mandatorum obedientia, & suauis Christi iugo ceruicibus imposito, hoc tantum bonum emere velimus, quod Apostolorum & Prophetarum chorus, quod innumerabiles Christi martyres omnium membrorum excarnificatione mercati sunt.

Cæterum si nos tantæ gloriæ felicitas minus mouet, moueat saltem horrida illa pœnarum æternitas & acerbitas, quæ rebellibus, & diuinorum legum contemptoribus parata est. Ferrea enim præcordia gestat, quem tam atrox & immane supplicium sempiternis seculorum ætatibus duraturum, ad leue illud Christi onus, & piam diuinæ legis sarcinam ferendam non inducit. Quid autem supplicij huius consideratio efficere debeat, hoc exemplo iudicandum curabo. Refert in Ecclesiastica historia Eusebius, quandam Christi Confessorem, Natalem nomine, qui multas à Tyrannis plagas ob fidei confessionem acceperat, quorundam hæreticorum (qui sectam suam illius autoritate populo commendare volebant) præce & pretio non vulgari inductum, se eorum Episcopum & fauorè appellari passum fuisse tantum ambitionis & auaritiæ virus apud illum potuit. Quem enim equulei tormenta non fregerant, auaritia & dominandi libido ad tam immane nefas impulerunt. Pius autem Dominus plagarum eius & fidei prioris memòr, nocturnis visis & monitis ad pœnitentiã eum inuitabat, sed frustra. Illum namque hæc duæ pestes, quas memorauimus, vincitum atque captiuum tenebant. At misericors Dominus nec hac rebellione læcessitus, acerbiori, illum medicamento curare aggressus est. Duos enim Angelos misit, qui tota sermè nocte illum flagris ob commissum scelus acerbissimè verberarunt. At ille diuini furoris metu percussus, orta luce, sacco indutus, & cinere capite consperso, lachrymabundus & gemens ad Zeferini Pontificis pedes, multis coràm altantibus se abiecit, erroris sui veniam postulans, & accepta propter Christum vulnera ostentans, tanto lachrymarum imbre effuso, vt altantes omnes ad lachrymas prouocaret. Quæ igitur, fratres, huius tantæ acerbæ pœnitentiæ causa extitit? Non dubium, quin noctis vnus plagæ atq; verbera. Si igitur nox in tormentis transacta tantum apud illum potuit, vt & Episcopatus dignitatem, & reditus dignitati pares repudiaret, & tantæ acerbæ se luctu in omnium conspectu conficere; qualis corum cæcitas, qualis stupor, & caligo mentis est, apud quos æterna illa nox, quæ nulla lux illustratura est, æterna supplicia, æternus

Eusebius.

34 æternus & immortalis vermis, æterna dæmonum & laruarum teterrimarum societas, æternum incendium, æternum patriæ cælestis exilium, æterna fames & sitis, æternus fœtor & horror, æternus luctus & gemitus non agit, quod apud hunc vnus noctis verbera egerunt. O amentia! ô stuporem! ô cæcitatè! ô magnâ Dæmonis potentiã, quæ sic miseris homines dementare potest! Euigilate quæso fratres, & dum tempus habetis, dum vita manet, prophetica illa vox vestris auribus insonet; Venit manè, venit nox: si quaritis, quærit: cõuertimini, & venite. Conuertimini per veram pœnitentiã, & venite per iustitiam: vt sic tandem inuenire mereamini Domini misericordiam, peccatorum veniam, & sempiternam vitam.

Esa. 11.

1 IN EODEM FESTO BEATI BARTHOLOMÆI APOSTOLI, iuxta quarundam Ecclesiarum consuetudinem, in quibus legitur Euangelium; Hoc est præceptum meum; Concio secunda: in qua de fraternæ dilectionis præcepto (de quo Evangelica lectio disserit) ac deinde de mundi conuersione, & Apostolorum prædicatione agitur.

T H E. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inimicum, sicut dilexi vos. IOAN. 15.



2 Odierna sancti Euangelij lectio, fratres charissimi, duas complectitur partes; quarum altera fraternæ dilectionis præceptum, altera mundi conuersionem, & Apostolorum prædicationem continet; quam Dñs in extrema sacre huius lectionis parte breuissima oratione complexus est; cum ad Apostolos ait; [Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.] De hac igitur nos quoque breuius de illa verò (quoniã plurimum ad vitæ nostræ institutionè pertinet) paulò fusiùs disseremus. Quod quò pleniùs exequi possimus, celestem opè, sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

3 R Regius Propheta in eo Psalmo, cuius est initium; Cæli enarrat gloriam Dei (in quo miro diuini spiritus artificio Dei gloriam celebrat); duas potissimum eius laudes prædicat; alteram, quæ ex pulcherrima Tom. ij. O 3 vnuer-

vnuerſitatis huius fabrica, & totius naturæ cōiūnitare colligitur; alteram, quæ in æquitate & ſanctitate legis à ſe hominibus latæ perſpicitur. Poſtquæ enim Propheta dixiſſet; Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum, & cætera quæ deinceps in hanc ſententiam ſubdidit; protinus diuinæ legis laudes aggre ditur, dicens, Lex Dñi immaculata, conuertens animas, & quæ deinceps ſequuntur. Illo igitur opere diligenter animaduërſo, facile quis immenſam diuinæ maieltatis potētiam, ſapientiã, & mirabile rerum omnium prouidentia perſpicere poterit. Ex hoc autem (id quod in Deo mirabilius, & humano iudicio ſublimum eſt) inſinitam eius bonitatem, ſanctitatem, benignitatem, & ardentiffimam in genus hominum charitatem, & viſcera miſericordiæ colligere poterit. Vt enim aquæ fontium eorum locorum ſapore referunt, per quos trãſeunt, (vnde quandoq; dulces, quandoq; ſalſæ ſunt) ita cùm diuina lex è ſacro illo pectore ad nos manant, nõ poteſt non eius pectoris, vnde ipſa deprõpta eſt, ſaporem atq; naturam referre. Quocirca ea nobis inſtar puriſſimi ſpeculi eſt, in quo nõ ſolum animæ noſtræ maculas (vbi à diuina lege deuiamus) ſed etiam diuinæ bonitatis & charitatis imaginẽ contemplerur. Quid enim dulcius, quid amantius vel vna illa lege, quæ omnium aliarum legum compediũ eſſe Saluator ait, nempe; Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis? Hæc eſt enim lex & Propheta. Potuit ne quicquã ſalutarius atq; iucundius hominibus præcipi? Quid enim ea vita beatius eſſet, in qua omnes homines hoc alijs præſtarent, quod ſibi iſtis exhiberi volunt? Sed hæc tamen cæteriſq; ſimilibus legibus prætermiſiſis (quæ facile diuinæ benignitatis naturam repræſentant) ad eam, quæ in hodierna ſancti Euangelij lectione traditur, veniamus.

[Hoc eſt, ait Dominus] *præceptum meum.* Digna certè vox legiſſatore Deo, cui vni ex ſeipſo præcipiendi ius eſt; quo ſicut omnis paternitas, ita omnis poteſtas in cælo & in terra nominatur. Non eſt enim (ait Apoſtolus) poteſtas niſi à Deo. Sed expecto Dñe quid mihi præcipias, quam legem feras, quæ ſacrificiorum genera mihi præſcribas, quod obſequij genus iniungas, propter quod cœleſtẽ mihi hereditatem largiaris? [Hoc eſt, ait, *præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.*] Quid hæc lege blandius? quid iucundius? quid amantius? quid legiſſatore Deo dignius? Quid nobis vel ad vitam cõmodius? vel ad pacẽ ſecurius? vel ad quietem dulcius præcipi poterat, quàm vt fraterna dilectione, mutuifq; beneficijs nos ipſos proſequeremur, nobifq; inuicem ſuccurreremus? Cùm enim omnia mala &

Simil.

Matth. 7.

Rom. 13.

6 la & bona hominibus ab hominibus inferantur (propter quod rectè ſapientes dixerunt, Homo homini Deus; & homo homini. Dæmon; vtrumque enim frequenter homo homini eſſe ſolet, dum aliquando mortẽ inferit, aliquando à morte liberat) ſi hæc dilectione ſe homines mutuo cõplecterentur, quid illis boni deeſſe, quidvẽ mali euenire ab alijs poſſet? Sic igitur in ſumma pace atq; otio tranquillam ſine vllo timore vitã ducerent. An nõ igitur Dominus hoc præcepto, paternæ pietatis in nos viſcera ſatis apertè declarauit? Si pater aliquis, filiorum amantiſſimus, mandata illis daret, quibus placidam & tranquillam vitam degerent, quæ alia, quæſo, commodiora dare potuiſſet? Hinc Scriptores Gentilium memorant Regem quendam, multorum filiorum patrem, morti proximum, hoc dilectionis mandatum hæc ratio ne filijs commendaffe. Præcepit enim vni eorum vt virgarum ſacem ante ſe poſitum frangeret. Quod cum ille fruſtra tentaſſet, admonitus à patre, ſingulatim virgas omnes confregit: quas ſimul congeſtas frangere non potuerat. Hoc igitur ſymbole pius pater mutuum dilectionem filijs cõmẽdauit; aſſerens eos omnes, ſi concordẽs & vnanimẽs eſſent, inſuperabiles futuros; ſi verò priuatis inter ſe odijs diſſiderent, facile à quouis impeti, & euerti poſſe. Quæ ergo mente & affectu pater hic filios ſuos ad pacẽ & mutuum dilectionem hoc exemplo excitabat, hoc eodem cœleſtis Pater hæc lege lata nos ad eãdam charitatis vnitatem hortatur; dicens, [Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.] O quam verè à Propheta dictum eſt, Lex Domini immaculata, conuertens animas! Verè enim hæc diuina lex piorum animas ab inſano terrenarum rerum amore ad caſtiſſimam & ardentiffimam legiſſatoris huius dilectionem conuertit. [Hoc eſt, ait, *præceptum meum, vt diligatis inuicem.*] Quot hic verba, tot ſunt amoris incendia. Hoc enim periunde eſt, ac ſi diceret; Lex mea, præceptum meum, & ſacrificium, quo ego placor atque oblector, eſt pax veſtra, ſalus veſtra, quies, tranquillitas, & incolunitas veſtra, quam ego hæc lege mea ſancio, & conſtituo. ¶ Conferte, quaſo fratres legem hanc cū ſanguinolentis falſorum Deorum legibus. Illi cultoribus ſuis præcipiebant, vt filios luſtrarent per ignem, eosque in ſolemnibus ſacrificijs inſanda crudelitate trãcidarẽt: quod ſcelus Propheta deſignauit, cùm ait; Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs. Et effuderunt ſanguinem innocentem, &c. Et in Eſaia Dominus, Immolantes, inquit, paruulos ſubter emittentes petras: quæ non mandauit, neque aſcendit in cor meum. Quo verbo innuere Dominus voluit, quàm longè ab immenſa

Simil.

Simil.

Pſal. 118.

Diſſimil.

sa illa sua charitate, humani generis altrice, fuerit, tam crudelia præcepta hominibus dare, cum eius summum & singulare præceptum sit, ut nos inuicem diligamus, & omnia charitatis & humanitatis officia alij in alios conferamus, nec humanum sanguinem effundamus, qui maximè apud illum pretiosus est. Vnde facilè apparet, languinolenta illa idolorum sacrificia ab illa instituta esse, qui homicida erat ab initio, quoq; humanum sanguinem ut crudelissimè, ita & auarissimè fitit.

¶ Sed hic, fratres, non parua lamentandi materia sese mihi offert, cum animaduerto, quanto maiora isti propter sanguinarios illos & commentitios Deos, quàm nos propter verum & amantissimum nostri Deum faciamus. Infelicibus istis non graue erat propter Diaboli cultum & obsequium vitam profunderi: nobis graue atq; molestum est vel vnus diei inedia propter verum Deum sustinere, vel paulò diutius in oratione persistere, vel acceptam iniuriam erranti proximo cõdonare, vel cupiditatum nostrarum intemperantiam non ferro, sed diuini timoris gladio abscindere, vel frustum panis petenti Christo in paupere suo porrigere: cum illi tamen frustra vitam & sanguinem Dæmonibus largirentur.

§. I.

¶ [Hoc est, ait, præceptum meum.] Quid est, quod addit, [meum? Jan nõ alia quoq; diuinæ legis præcepta eundem habent autorem & legislatores? Cur igitur hoc peculiare dicit esse suum? Ad hoc facile quisquam respondere posset, hoc vno dilectionis præcepto cætera legis præcepta contineri, Apostolo testante, qui ait; Qui diligit proximum, legem impleuit. Et, Plenitudo legis, est dilectio. Sed est tamè aliquid sublimius, quod hac loquendi figura Dominus voluit significare: nempe inter omnia eius præcepta nullum magis bonitatem, benignitatem, & misericordiam eius, quàm hoc ipsum repræsentare. Constat enim, inter innumeras diuinæ maiestatis laudes nullam esse magis prædicandam, nullamq; que magis diuinitatis naturam deceat; nullam, quæ magis ab hominibus cognosci, & prædicari debeat, quàm imensa eius bonitas & misericordia. Miserationes enim eius super omnia opera eius. Cum autè bonitatis & misericordiæ propriū sit de hominibus benè mereri, eosq; bonorū suorū participes facere, ipsoꝝq; salutis & incolunitatis cõsulere: quid magis summā illā bonitatem decuit, quàm id nobis præcipere, quod nobis esset maximè salutare, ac proinde bonitati & misericordiæ illius magis cõsentaneū?

Neq; suū esse mādātū hoc modò, sed nouū quoq; apud eundē Iōānē appellat, cum ait; Mādātum nouū do vobis, ut diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Et hoc quoq; inquisitione dignum est, cur nouū mādātum

12 datum appellet, quod cum ipso homine, atq; aded cum ipso mundi exordio natū est? Quid enim magis secundum hominis naturā, quā humanitas & benignitas? Hinc D. Aug. ait, cum præclara illa Comici Aug. in lib. sententia; Homo sum, humani nihil à me alienū puto; in theatro recitata esset, totum populū assurrexisse, & cum clamore & plausu eā approbasse. Attamè idē Iōānes Euāgelista in epistola sua diuersimodum fen-tire videtur, cum ait; Nō mādātum nouum scribo vobis, sed quod habuistis ab initio, ut diligamus inuicē. Quo modo ergo Iōannes vetus mādātum appellat, quod Saluator nouū esse ait?

Ad hoc facile respondemus, idē mādātū vetus pariter & nouum esse: vetus quidē institutione, sed antiquatū hominum prauitate; quod tū Dei filius tum verbis & exēplis, tū etiam maximis dilectionis stimulis renouauit. Sicut enim pictores senio & vetustate excas atq; penè obliteratas imagines nouis additis coloribus renouare solēt (quò fit, ut eædem tabulæ nouæ simul & veteres dicēdæ sint) ita Christus Dñs magno artificio, coloribus hoc mādātum, ab hominibus ferè neglectum, instaurauit; atq; ita factum est, ut vtrumq; in illud nomē caderet. Quid enim aliud tota eius vita & doctrina nisi dilectionē & charitatem sonat? quid aliud eius incarnatio innuit? quid natiuitas, miracula, vita, & mors, omnesq; mortis eius acerbitates & opprobria, nisi ardentissimā eius charitatē prædicat? Qua enim alia de causa idē dixit; Ignē ve ni mittere in terrā, & quid volo, nisi ut accendatur? Tot enim charitati nostræ stimulos addidit; præsertim nouū pro salute nostræ passionis hausit; ut (quem admodum D. Chrys. ait) etiā si lapidei essemus, hac tanta dilectione exhibita, instar mollis ceræ liquefieri debe-

13 remus. Hac ergo ratione nihil mirum si mādātum hoc nouū à Dño appelletur, quod tã multis mirisq; rationibus cõfirmatum, & mentibus hominum infixum fuit. ¶ Ut omittā interim mādātum hoc ad nouā legem maximè pertinere: quæ hoc à veteri distat, quod (ut D. August. ait) illa timoris, hæc amoris lex sit; ideòq; rectè hoc mādātum nouum dicitur: quia ad nouā præcipuè legem pertinet; in qua nõ solum charitas aded strictè hominibus præcipitur, sed etiam fidelium cordibus in funditur per Spiritum sanctum, qui illis donatur.

Et quidè satis erat huius præcepti suauitas simul & vtilitas ut nos ad eius obseruationē adigeret: sed addit Dñs vtilitati præcepti noui obedientiæ aculeum, nepe dilectionis suæ exēplum, dicens; [Sicut dilexi vos.] Efficacissimum enim docendi genus est, cum doctōris præceptum præcipientis exēplo commēdatur. Hac enim ratione Paulus Philippenses ad charitatis officia hortatur, eximiam suā in eos charita-

Roman. 13.
Ibidem.

1. Cor. 13.

re prius commemorans, cum ait: Testis enim mihi est Deus, quo modo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi. Et hoc rogo, ut charitas vestra imago ac magis abundet. Hoc igitur modo Saluator, cum ad fraternam dilectionem inuitat, se ipsum in efficacissimum dilectionis exemplum proponit, cum ait: [Sicut dilexi vos.] Quantum verò dilexerit, exponit deinde, cum subdit: [Maiores hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.] Hoc autem exemplo quid efficacius proponi nobis potuit? Non enim exemplum solum est, sed summum etiam beneficium, dum pro nobis à morte liberadis ipse vitam suam exposuit. Quo quidem exemplo usque; adeo ad amoris vicem exhibendam permotus Apostolus fuit, ut diceret: Caritas Christi urget nos, quod perinde est ac si diceret: Ea Dominicae charitatis vis atque potentia est, tantumque mentes nostras ad dilectionis officia impellit, ut etiam urgeat, & quodammodo vim faciat, ut nemo iam habeat quo inhi-

manitatis suae excusatione obtendere possit. Merito ergo nos Saluator ad hanc dilectionis magnitudinem adigit, qui adeo cumulatè prior ipse praestitit quod praecipit. Hinc Ioannes in epistola sua, in hoc, inquit, cognoscimus charitatem Dei, quia ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Quae quidem res tunc praecipue nos obligat, cum salus animae periclitatur nec alia suppetit ratio, qua periclitanti fratris animam subuenire valeamus: Unde animaduertere licet fratres, quousque charitatis Christianae lex progredi debeat, ut aliquando vitam etiam ipsam (qua nihil homini charius esse solet) pro Christianis impendere teneamur. Quod cum ita sit, quid de illis existimandum est, qui ne fructum quidem panis egeni fratri porrigere volunt? Cum enim (ut D. Greg. ait) incomparabiliter maior sit anima qua viuimus, terra substantia quam possidemus, qui non datur pro fratribus substantiam suam, quo modo pro eis daturus est animam suam? Verum in hac querela longiore desiderat tractatum?

§. II.

¶ Sed quoniam nos hoc in loco Dominus ad dilectionis suae imitationem inuitat, cum ait: [Sicut dilexi vos;] expēdamus modò ceteras dilectionis eius circumstantias, si qua fieri possint, ut eas aliqua salte ratione imitari possimus. Si quis igitur paulo attentius hanc Christi dilectionem considerauerit, inueniet plane, illud dilexisse nos fortiter, dulciter, ardentè, perseveranter, atque simpliciter. Fortiter quidem dilexit, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confessione cōcepta. Quae eius fortitudinē Euangelista Lucas insinuauit, cum ait: Factum est autē dum cōplerentur dies assumptionis eius, & ipse firmavit faciem suam, ut iret in Hierosalem.

Verbo

28 Verbo enim, firmandi faciem; admirandam Domini fortitudinem, animi quoque promptitudinem, qua ad mortis supplicium properabat, satis aperte indicauit: quod etiam Euangelista Marcus apertius adhuc designauit, cum de hoc ipso itinere loquens ait: Erant autem in via ascenden-tes Hierosolymam, & praecedebat illos (scilicet discipulos) & stuperant, & sequentes timebant. Stupebant quidem; quod illum praecedere vidissent (quod in eo nouum & insolitum erat) & timebant; quoniam periculum, quod illis impendere Hierosolymis intelligebant, humana formidine metuebant. Sed illa tamen Domini properatio, & (ut ita dicam) praesensio, animi eius feruorem & alacritatem, qua ad salutis nostrae sacrificium consummandum properabat, non obscure demonstrat. Hoc enim summum eius desiderium, hic amor, hic salutis nostrae ardor erat, pro quo omnia passionis suae tormenta atque opprobria non modò non formidabat, sed ad ea etiam alacriter properabat; ideoque discipulos in hoc itinere praecedebat. Huius verò infirmitate atque incōcussa fortitudinis gratia Apostolus petram illum appellat, quae caelestis iustitiae virga percussa, litenti populo largissimas diuinarum gratiarum aquas fudit ipsa tamen illaesa & integra permanfit. Et ob hoc item in lege Dominus praecipit, ne paschalis agni ossa comminuerentur, Os, inquit, non comminuetis ex eo. Quae quidem cautio superuacanea & otiosa esset, nisi per eam Dominus immobilem Christi Domini fortitudinem designare voluisset. ¶ Dilexit etiam nos dulciter, quod eius in Euangelicis literis non solum gesta, sed etiam dulcissima verba declarant. Ad gesta enim pertinet, quod procumbens humi discipulorum pedes lauit; quod blandissimam charitatis officium est; ad verba autem, quod discipulos suos aliquando fratres, aliquando filios, aliquando etiam filiolos suos (quod est multò dulcius) appellabat: & omnes denique homines ad se amantissimis verbis inuitabat, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quibus verbis quid dulcius? quid amantius? ¶ Ardenter autem se dilexisse ostendit, quando tanto salutis nostrae desiderio flagrabat, ut diceret, Baptismo habeo baptizari: quomodo coarctor usque dum perficiatur? Instante autem iam mortis hora, eodem permotus desiderio proditori ait: Quod facis, facito: quod videlicet passionis suae tempus ob salutem nostram accelerari vehementer optaret. ¶ Perseueranter autem se dilexisse, satis illa Ioannis verba indicant; Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et illa item quae is per Prophetam multò antè praedixerat: In charitate perpetua dilexi te: ideo straxi te miserans.

Hinc

2. Cor. 5.

1. Ioan. 3.

Gregor. in homil.

1. Mo. 9.

Marc. 8.

1. Corin. 10.

Exod. 12.

Matth. 28.

Ioan. 13.

Matth. 11.

Luc. 11.

Ioan. 13.

Ierem. 31.

Hinc iudicis potentibus, ut è cruce descenderet, quod illum esse Dei filium crederent, assentiri noluit, quousque redemptionis opere perfecto, dixit, Consummatum est. ¶ Verum inter has diuini amoris laudes, ea nos vel maximè ad mutuam amoris vicem incitare debet, quod simpliciter, hoc est, sine villo emulamento ita dilexit, ut atrocissimum mortis supplicium non pro sua, sed pro nostra salute subire non recusauerit. Cum enim duplex in Christo natura sit, diuina scilicet & humana; factis constat, diuinæ naturæ utilitatis nihil accedere, neque decedere potuisse. Humana verò natura, cum à primo sacratissimæ conceptionis suæ momento fuerit beata, & immensa gratia plena, quid illi amplius, præter corporis & nominis sui gloriam (quæ tunc etiâ promeruit) accedere potuit? Videtis ergo quàm gratis, hoc est, sine villo suo emulamento nos, Christus Dominus dilexerit? Quisquis autem hæc diuinæ dilectionis gratiâ pio affectu fuerit cõtemplatus, mirum erit si non totus pro fructu amoris magnitudine extra se quodammodo rapiatur. Hanc ergo amoris sinceritatem & puritatem toto affectu imitari studeamus fratres; gratis nos quoque; proximos diligamus, gratis eis beneficiamus: hoc est enim quod Apostolus à nobis exigit, cum ait; Qui tribuit in simplicitate: id est, dum tribuit, tantum tribuat, non aliud tribuendo impetrare sub liberalitatis velamine intendant. Aliud enim charitas, aliud negotiatio est. Qui verò cum diligit, aut obsequitur, aut beneficit, lucrum aliquod captat, non charitatem, sed mercaturam exercet, non proximum, sed se ipsum diligit, non propter modum Christo militat, sed sibi. Quisquis ergo hanc dilectionis sinceritatem imitari cupit, ijs potissimum benefacere studeat, à quibus nihil sperare, nihil timere queat: hoc est, maximè inopes, abiectos, & ab hominibus derelictos homines. Elige, in quibus nihil omnino præter vnum Christum intueri possis. Hæc enim est vera, pura, sincera, atque germana charitas; hæc pulcherrima virtutis species ab omni furo aliena; quæ si mortalibus oculis cerneretur, mirabiles sui amores excitaret. Hæc in primis Deo gratissima, hæc acceptissima est, quæ tantò maiorem in celo fructum percipiet, quantò minus terrenum aliquid intuetur. ¶ Ad huius verò dilectionis puritatem nos magister cælestis simplicissimis verbis inuitat, cum ait; Cum facis prædium, aut cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, nec cognatos, nec vicinos diuites, ne forte te & ipsi reuoluant, & fiat tibi retributio: sed voca pauperes, ac debiles, claudos, & cæcos, qui non habent tibi retribuere: retribuetur autem tibi in retributione iustorum. O quæ sublimis philosophia in his Domini verbis continet! Quid igitur, Domine, an non charitatis est, amicos, vicinos, atque parentes

24 tes inuitare, & eos beneficijs præferri, præsertim cum multorum Theologorum sententia sit, ut magis debitam, ita maioris meriti esse amicorum quàm inimicorum beneuolentiam? Sit ita planè: sed alijs tamen aliquid Dominus in hoc opere introspiciebat: nempe huius dilectionis puritatem, quæ in hac cognatorum & amicorum beneficentia periclitari facillè potest (cum magis nos cognationis & amicitie necessitudo, quàm sincera charitas ad officium impellit) à quo periculo beneficentia secretò in pauperes inopescit; collata longissimè abest: atque id quidem est quod in bonis operibus potissimum captare debemus, ut ea, pura & simplici mente faciamus. ¶ Quis autem satis explicare queat, quàm longe ab hac charitatis simplicitate abhorreat mundus? Querebatur olim Dominus per Prophetam, cum dixit; Quis ex vobis est qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? At multò magis nunc queri posset; Quis est qui gratuita beneficia hominibus tribuat? qui puram gratiam & misericordiam impendat? qui non aliquid, dum beneficit, occupari intendat? Denique; quis modò puram sinceramque amicitiam vel inter fratres deprehendat? Sibi quisque consulit, sibi prospicit, sua ubique commoda captat. Nemo seminat, ubi se nihil frugis collecturum sperat: quia ubi totum hominem occupat cupiditas, nihil sibi vendicat charitas.

Vidistis hæcenus fratres, qua ratione Dominus ad charitatis sinceritatem exemplo suo simul & præstantissimo beneficio nos excitauerit. Verum ne his quidem similibus adeo acribus contentus, addit tertium, nempe ingens huius dilectionis & obedientie præmium, dicens; [Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, 26 &c.] Quid hoc præmio vel magnificentius ad gloriam, vel ad dignitatem sublimius? Si enim summa & constantissima fides in Dei amicitia est, & amicorum omnia sunt communia, quid quæso vel in hoc seculo ad tuendam vitam, vel in futuro ad consequendam gloriam omnipotentis Dei amico deesse poterit? Hoc igitur nomine Christus Dominus mercedis huius immensitatem complexus est. Quid enim ad Dei amicitiam adijci maius possit? ¶ Ut igitur ad id, quod initio proposuimus, redeamus: ex hac charitatis lege immensam Dei nostri bonitatem, benignitatem, misericordiam, & charitatem in genus hominum colligere apertissimè licet. Satis enim ad hoc erat, eam legè tulisse, quæ tota ad vitam nostræ utilitatem, tranquillitatem, & incolumitatem intentata est. Addit ad hoc perfectissimæ suæ dilectionis exemplum: quod ita est exemplum, ut sit etiâ summum beneficium, quo vel maximè ad eius dilectionem incitatur. Hoc enim

Malact.

Epilogus.

enim fuit oleum camino, & igne addere igni. Et quasi hæc ipsa exigui
 pōderis essent, adiūgit etiā locupletissimā mercedē, si id fecero, quod
 nulli magis quā mibi vtile est: quod planē nulla lege admonitus,
 nullo exēplo inductus, nulloq; beneficio astrictus, ob meā ipsius com
 moditatem præstare debuissē. Quid igitur hac diuina bonitate ma
 ius? hac benignitate dulcius? hac paterna cura prouidētius? Quis adeo
 ferreus sit, qui non ad hunc diuinæ charitatis ignem colloquetur? qui
 non huius legislatoris amore flagret? qui nō in hac lege velut in puris
 simo quodā speculo viscera misericordiæ & diuinæ bonitatis inspiciat?
 Tua sunt hæc, Christe, opera; tua, pater clemētissime, charitas & pro
 uidentia, quando pro eo, quod maximē filijs tuis expedit, cœlestia
 præmia polliceris. Sic enim videmus pios parentes ægrotantibus fi
 lijs & potiones amaras recusantibus dona & xenia promittere, si me
 dici præceptis obtēperauerint: cum tamē salutis beneficiū nō tā parē
 tum, quā filiorum sit. Sic igitur cœlestis ille parens nobiscum agit,
 cuius præcepta omnia (si ad vnguem examinare velis) deprehendes
 sanē non ipsi, sed nobis vtilia & salutaria esse: qui tamen pro illorum
 obseruatione ingentia nobis præmia pollicetur: vt meritō dubitare
 debeamus, pro quo beneficio magis illi obnoxij simus, an propter mā
 data quæ præcipit, an propter præmia quæ obedientibus. promittit?

§. I I I.

¶ Hactenus priorem Euangelicæ lectionis partē absoluiimus: nūc ad
 alterā, quā ad Apostolorum gloriam pertinere diximus (quod præsen
 ti solennitati aliqua ex parte satisfaciamus) veniendum est. In ea verō
 Dominus maximū & pulcherrimum operum suorum, hoc est, mūdi
 conuersionem, & idololatriæ deiectiōnem breuissima oratione com
 plexus est, cum ait, [Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, vt eatis, & fru
 ctum afferatis, & fructus vester maneat.] His verbis apertissimē Gen
 tium vocationem, Euangelij prædicationem, & crucis suæ triumphum vati
 cinationem. Luat igitur, fratres, huius diuini operis excellentiam breui
 ter contemplari: quod D. August. miraculorum omnium maximum
 esse meritō testatur. Huius verō contemplationis fructum Isaias ex
 ponit, cum ait: Tunc videbis & afflues, & dilatatio cor
 tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gen
 tium venerit tibi. Mirabitur, inquit, & dilatabitur cor tuum, vbi excel
 lentissimi huius operis magnitudinem, & prædictionem atque vati
 cinationem omnium (quæ multo antē præcesserunt) veritatem fueris
 contemplatus. Tunc enim & in fide solidaberis, & in spe cœlestium
 bonorum confirmaberis, & in tantæ salutis autorem amore inflam
 maberis,

Simil.

August.
Epist. 60.

30 maberis, atque ita suauissimis maximisque diuini spiritus delicijs
 afflues.

Esse autem mundi cōuersionem inter maxima Dei opera atq; mi
 racula cōputandam, rei magnitudo, & ministrorum, quibus in id di
 uina sapientia vsa est, imbecillitas apertissimē declarat. Cum enim
 vniuersus ferē orbis, sublata veri Dei cognitione, obscurissimis atque
 horrendis tenebris circumfusis in omnibus flagitijs & turpitudine
 versaretur, pauci viri, Iudæorum stirpe propagati, Regibus, Impera
 toribus, atque omnibus ferē mundi nationibus repugnantibus, atq;
 omnia tormentorum genera aduersum illos intentantibus, vniuer
 sum penē genus hominum ex tetrīs illis tenebris eriperuerunt, & ad
 fidem atq; obedientiā vnus hominis, quem in crucem sublatū scie
 bant, breuissimo temporis spatio adduxerunt. Quorum de numero
 31 beatissimus Bartholomæus extitit: qui in Indiam vsq; penetrauit, &
 Euangelium, iuxta Matthæi traditionem, in Iudorum sermonem cō
 uertit, & latissimē prædicauit. In quem tamen veritatis hostes adeo
 acriter exarserunt, vt cum immanissimo atq; inaudito crudelitatis
 genere mactare decreuerint. A capite enim ad pedes vsq; sanctissi
 mi viri pellem nouaculis acutissimis detraxerunt. Neque hic solus
 Apostolus, sed cæteri quoque Apostolicæ dignitatis consortes (vno
 Ioanne excepto) varijs tormentorum generibus Christi Euāgelium,
 Satana cum satellitibus suis modis omnibus repugnante, in toto ter
 rarum orbe disseminarunt. Nec solum commentitia numina peruer
 terunt, verum & libidinem, ambitionem, odium, crudelitatem, auari
 tiam ex animis eorum, qui se ad Christi nomen adianxerant, exter
 minarunt. Quæ cum ita sint, quis dubitare poterit, hanc tantam
 32 rem Dei numine, mente, & consilio fuisse perfectam? Hoc igitur
 argumento constat verum esse quod sancti Patres aiunt, nequa
 quam hoc tam præclarum opus sine multis maximisque miracu
 lis perfici potuisset: aut si miracula defuerunt, nullum potuisse il
 lustrius miraculum excogitari, quā hanc tantam rem sine miracu
 lis perfectam fuisse.

Sed vt ad nos ipsos, fratres, redeamus, habemus hoc in loco
 vnde non solum mirari, & delicijs affluere (vt Propheta dicit) sed
 etiam vnde timere quoq; debeamus. Quo nam modo? Dicā planē.
 Cum hæc omnia, quæ humano sensui impossibilia videbātur, multis
 antē sæculis cōsona omnium Prophetarū voce prænuntiata sint; quæ
 nos tamen apertissimē impleta videmus: hoc eodem argumēto colli
 gere possumus, cætera quoq; omnia, quæ eodem spiritu, eademq; au
 toritate,

toritate, de extremo iudicio, deq; atrocissimis & sempiternis repro- 33
 borum pœnis, igne scilicet inextinguibili, immortalī verme, tenebris
 horrēdis, gemitibus intolerādis, carcere tetro, Dæmonū cōtubernio,
 immortalī morte, vita mortifera, varijsq; suppliciorū generibus (per
 quæ varia præteritis delicijs tormēta inferuntur) prædicta sunt, ad vni-
 guē esse suo tēpore implenda: euenturūq; aliquādo, vt quæ modò fu-
 tura, & lōgè absentia sunt, præsentia videamus: quādoquidem (vt D.
 Gregor. ait) præteritarū rerū exhibitio sit futurarū certitudo. Vidimus
 iā cōuersionē mundi, vocationem Gentīū, euerſa Dæmonū altaria,
 principem huius mūdi proſtigatū, tyrannos deuictos, portas infero-
 rū fractas, Ecclesiam semper quidem impugnatā, permanere tamen
 semper inuictā (quæ omnia Prophetæ & Euangelia prædixerunt) sic
 etiam certum est, viſuros nos aliquando extremū & horrendum iud-
 iciū, & signa, quæ ipsum antecedent, in Sole, Luna, & stellis, & in 34
 terris pressuram gentium præ confusione sonitus maris & fluctuū,
 areſcentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuen-
 nient vniuerso orbi. Videbimus etiā iudicem in nubibus cœli veniē-
 tem cū potestate magna & maiestate, oues ab hædis secermentem, &
 oues quidem à dextris, hædos verò à sinistris collocatē, & illas quidē
 ad æterna præmia dulciter inuitantem, istis verò terribili & mina-
 ci vultu ad sempiterna & ineluctabilia supplicia, ad flāmas, ad ignes,
 ad tenebras, ad bonorū omnium abdicationem, malorumq; omniū
 perſeſionem damnantē. Hæc ergo fratres cogitate, hæc vobis semper
 ante oculos ponite, hæc certo certius futura esse credite, illamq; 35
 Salomonis sententiam assiduè recolite; Cuncta quæ sunt adducet
 Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum fuerit, siue malū sit.
 His enim ille nouissimis verbis longissimā illius siue concionis, siue
 disputationis summam complexus est. Hoc enim ad hominum salu-
 tem constituentiam satis esse putauit, si huius diuini iudicij districtio-
 nem ante oculos semper haberemus. Quisquis enim hoc facit, protinus
 illud etiam exequetur, quod idem Salomon paulò antè expres-
 sit, cum dixit, Quodcūque potest manus tua, instanter operare:
 quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos,
 quòd tu properas. His verbis Salomon omnes euadendi iudicij di-
 uini vias complexus est. In hac enim vita vix vllum tā præſens pericu-
 lū est, quod nō aut opera nostra, aut amicorum, aut rationis ſolertia,
 aut sapiēti cōſilio deſperare valeamus. Vbi autem ad inferos ventum
 est, & à superno illo iudice damnationis ſententia lata fuerit, nihil est
 quod eā vlla ratione aut reuocare, aut etiam mitiorē reddere possit:
 non

Gregor.

Eccle. 12.

Eccle. 9.

36 non gemitus, non lachrymæ, non longa dies, non penitentia (quæ
 apud inferos nulla est) non sacramentorum virtus (quibus ibi locus
 non est) non Sanctorum patrocinia, non Christi sanguis, non deniq;
 vlla ars aut ratio opis quicquam cōferre miseris potest. Omnes quip-
 pè aditus ſpei, salutis, veniæ, & misericordiæ illis penitus intercluſi
 sunt. Itaque clamant perpetuò miseri, Transijt mēſis, hñta est ætas
 (in qua videlicet commearum, nobis parare potuiſſemus) & nos ſalu-
 uati nō ſumus. Hoc enim mēſis tempore victū sibi homines parare
 ſolent: quod qui facere negligunt, necesse est vt famēm deinceps &
 inedia patiantur. Hoc est igitur quod infelices illi lamentantur,
 quòd hanc videlicet merendi opportunitatem (in qua minimo labo-
 re atque negotio opes in æternum manſuras colligere potuiſſent) ſo-
 cordia ſua perire paſſi ſunt; quam certò ſciunt nunquam iterum redi-
 turam. Quid nunc animi putatis epulonem illum diuitem habere fra-
 tres, cum animò recolit, ſe micis, quæ cadebant ex menſa ſua, cœleſte
 regnum mercari potuiſſe: qui quoniam hoc facere neglexit, aq; gut-
 tam infelix tot annorum millibus flagitet, nec accipiat.

Hac igitur de cauſa, qui rectè ſapiunt, qui tamē non præſentia mo-
 dò, ſed multò magis futura tempora ſibi ante oculos ponūt, omni rati-
 one ſaluti ſuę opportunè proſpicere, & delictorum veniam à ſuper-
 no iudice impetrare contendunt. Meminerunt enim ſcriptum eſſe;
 Pro hac (ſcilicet peccatorum venia) orabit, ad te omnis ſanctus in tem-
 pore opportuno. Opportunum autem orandi, & veniam impetrandi
 tempus modò eſt, quādo nec calix quidem aquæ frigidæ debita merce-
 dede caret, quando vel vna lachryma ex toto corde effuſa totius vitæ
 ſordes eluere, animamq; aſtris puriorem efficere poteſt: cum tamē
 38 huius temporis opportunitate tranſacta, etiam ſi damnatus homo to-
 tum ſe in lachrymarū fontem verteret, imò tot lachrymas (ſi quid
 quidem fieri poſſet) ſunderet, quot Oceanus vndas continet, ne vnus
 quidem venialis peccati (vt D. Thom. ait) maculam diluere poterit.

¶ Quocirca opportunè nos Sapiens ille admonet; Ne tardes conuerti
 ad Dominum, & ne differas de die in diem: ſubito enim veniet ira il-
 lius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Quid eſt autem; ſubito ve-
 niet ira illius? Certè improuiſus & repētinus aderit tibi iudex ille, qui
 de tota æternitate ſententiā laturus eſt. Quia enim (vt Salomon ait)
 39 viri mali non cogitant iudicium, (aliter enim vitam inſtituerēt, ſi hoc
 cogitarent) ideo dies ille iudicij ſemper illis repētinus & improuiſus
 venit. Qua de cauſa Apoſtolus diem Domini ſuri comparat, qui ea
 ad furandum tempora captat, in quibus homines negligētius & leu-
 Tom. ij. P rades

Ierem. 8.

S. Thom.

Eccle. 5.

Prov. 28.

rius agere solent. Quam quidem similitudinem Saluator ipse explicavit, cum de malo & inerti seruo loquens ait; Veniet Dominus serui illius in die quam nescit, & hora quam ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Itaque fratres introrsum nunc oculos vestros reflectite, & an securitatem hanc, & diuturnioris vitæ spacia, tacita vobis cogitatione polliceamini, prudenter aduertite. Quod si intra vos illam deprehenditis, vehementer trepidare debetis, ne hæc iam inestet hora, qua improuisus iudex ad fores vestras pulset, qui tunc propior esse solet, cum longius abesse putatur.

Eccle. 18. Quid igitur nos facere mones? Hoc nos breuiter Sapientis ille docet, cum ait: Ante iudicium para iustitiam. Qua ratione iustitiam parabolam? Primum quidem, si dederis operam, ut cum iudex aduenerit, iustus inueniaris. Iustus autem est, qui præterita vitæ peccata veræ contritionis atque confessionis virtute delet: eademque studiosissime vitæ ore proponit. Hoc enim propositum totius diuinæ legis summam continet. Cæterum qui hoc in animo suo firmiter statuit, ea quoque simili ratione consecrari debet, quæ ad hanc firmitatem constantissime retinendam necessaria sunt. Omnes igitur aditus, per quos peccato in animam nostram ingressus pateat, obstruendi, & virtutibus muniendi sunt. Itaque adhibenda oculis custodia est, & cum Propheta clamans;

Psal. 118. Auerte oculos meos ne videant vanitatem, ne oculus meus deprædetur animam meam in cunctis filiabus populi mei. Adhibenda item auribus, & Sapientis illius vox amplectenda, qui ait: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Adhibenda multo magis linguæ; in cuius manu vitæ & mortem sitam esse Salomon ait; & cum Propheta clamandum; Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Quid verò cor nostrum? qua diligentia custodiendum? cum idem Salomon dicat, Omni custodia serua cor tuum; quoniam ex ipso vita procedit? Est ita sanè, si cor purum integrumque seruetur: quod si non fiat, de eodem mortem procedere

Psal. 140. Saluator ipse testatur, cum ait; De corde procedunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia. Necessè est igitur ut homo attentissimis oculis supra cordis sui custodiam vigilet, & quam primum turpem aliquem motum intra se excitari senserit, quanta poterit celeritate accurrat, & venenatum germentem, priusquam radicem agat, diuini timoris gladio abscondat. Quid verò caro nostra, antiquus & quotidianus hostis, quæ vix vnquam spiritum impugnare cessat? An non hæc etiã sobrietate & parsimonia extenuanda est, ne ferociat, & fessorem spiritum excutiat, atque desiciat?

Quis

44 Quis autem hæc omnia sine assidua orationis suffragio (quod diuine gratiæ opè imploramus) præstare commode poterit? Sæctus Bartholomæus primum Christi Dñi discipulus, deinde Apostolus, qui cum Dei filio in terraverfatus est, qui cum sepe docetè audiuit, miracula eadè tem vidit, & Spiritum sanctum in die Pætecoles cum ceteris Apostolis accipit, ceteris in die, & ceteris in nocte flexis genibus ad Dñm orabat, eiusque Spiritum & gratiam suppliciter postulabat. & in Spiritu sancto repletus, & in gratia confirmatus erat, & cælestis regni promissionem cum ceteris Apostolis à Dño perceperat, cum ad eos dixit; Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis: qui tamè tot tantisque diuine gratiæ priuilegijs insignitus, dies noctesque in orationis studio insu mebat, eiusdè gratiæ, quæ plenissimè acceperat, incrementum per singula penè momenta petens. Si hoc igitur tatus hic Apostolus faciebat, quid de illis sperandum est, qui in medio laqueorum positi, & impura carne circumdati, & variarum cupiditatum stimulis agitati, in hoc mundo inter scorpiones atque serpentes habitantes, vix oculos in celum tollunt, vix vnquam ad tot pericula depellenda opem Dñi implo-rant. O miseradã hominum cæcitate! detestabilem mentium ardiratè atque stuporem! Quid enim ex hac tanta cæcitate consequi necesse est, nisi ut qui diuinam gratiam non postulamus, eius auxilio delituti simus, atque in omnes diaboli laqueos, & peccatorum præcipitia incidamus?

Si qui autem hæc ipsa difficilia videntur (ut omnia Martyrum & Apostolorum prætermittamus exempla) in vnum Bartholomæum oculos conijciant, qui post tot exantlatos in fidei dilata-tione labores, ad extremum totius corporis dilaceratione cælestè hereditatè mercatus est. Dignam siquidè eam putauit, quæ hoc tam caro pretio sibi compararet. Meminerat enim verum esse quod olim medacij pater dixerat; Pelle pro pelle, & cuncta que habet homo dabit pro anima sua: hoc est, nulla res tam chara in hac vita erit, quàm non libèter homo pro redimenda vita largiatur, etiã si pellis ipsa corporis tribuenda sit. Quod si hæc vita (quæ non tam longa, quàm longa dolorum colluuijs, & longi patientiæ carceris est) hoc tam caro pretio emitur, ut pelle pro pelle, & cuncta que habet homo propter illam tuendam largiatur, quid mirum si ego (inquit ille) pro sempiterna illa vita, quæ mortem nescit, quæ lachrymas ignorat, quæ malorum omnium expertis, & bonorum omnium cõpõs est, corporis mei pelle tribuam, immortalitatis vestè pro ea illico percipiam? Itaque libenter me carnificibus excoriandum præbeo, & hanc crucifixio Domino meo pellem offero, ut eius mihi pretio sempiternæ vitæ hereditatem donare dignetur. Hoc igitur pretio S. Bartholomæus, post innumeratos alios labores

P. 2. atque

atque certamina, hanc hereditatem mercatus est. Nos tamen, fratres, 45
ea quæ hæcenus diximus, sollicito & casto timore custodientes, mino-
ri utique compendio ad eandem hereditatem, Domino aspirante, &
iter nostrum benè fortunante, peruenire poterimus.

IN NATIUITATE B. VIRGINIS

Concio prima; in qua primùm morales quædam sententiæ ex
hac Patrum serie colliguntur, quæ ad vitæ nostræ institutio-
nem pertinent; deinde eiusdem Virginis beatissimæ
laudes commemorantur.

*T H E. Liber generationis Iesu Christi filij David,
filij Abram. Matth. 1.*



Volent huius seculi Principes natalitium diem suum fe-
stius gaudijs celebrare; mortis verò diem luctu atque
lachrymis prosequi. At longè alium Thraciæ popule
morem fuisse historiarum gentium referunt. Hi namque
filiorum natiuitatem lamentantes, mortis diem lætum
atque faustum esse prædicabant. Prudenter enim videbāt, quàm mul-
tis ærumnis & calamitatibus, quàm varijs casibus hæc vita obnoxia
sit, quæ corpustam multis morbis, animum verò tam multis curis, &
angoribus vexat, atque discerpit: quorum omnium finem, mortē esse
dicebant. A quorum iudicio atque sententia non admodum insignis
ille philosophus Anaxagoras dissidebat, qui tædio atque odio vitæ
mortem sibi conciscere per ineditam volebat: ac multò minus ille, qui
dixit, Nemo vitam acciperet, si daretur scientibus: tantum in ea malo-
rum, ac miseriarum esse intelligebat. Hunc autem Thraciæ morem,
quamuis alio spiritu, & cōsilio, probare videtur Ecclesia, quæ natales
Sanctorum diēs silentio transiens, mortis diem solennibus officijs, &
communī alacritate celebrat; eundemque non in mortis, sed natiuitatis
diem appellat. Quam rem D. Augustinus in sermone de B. Cypriano
demirat: his verbis: Quid est hoc, fratres, quando sanctus hic natus
sit, ignoramus; & tamen quia hodiè passus est, natalem eius hodiè ce-
lebramus: sed quando natus est, etiam si sciremus, nequaquam diem
illum celebraremus. Illo namque die in peccato natus est, isto autem
die peccatum omne finiuit: illo die ex fastidioso matris utero in hanc
lucem

3 lucem processit, quæ oculos carnis ilecebrat; isto autem die ex pro-
fundissimo carcere in illā lucem discessit, quæ visum mētis illustrat.

Ab hoc autem communi Ecclesiæ more beatissima Virgo singula-
ri ratione excepta est, cuius non modò pium defunctorum diem, sed
Natiuitatis etiam totius orbis gratulatione & gaudio celebrat: nō so-
lum quia natiuitas eius Saluatoris aduentum prænunciabat, sed etiam
quia omnis peccati expers ab utero matris in hanc lucem processit.
Cum enim domum Dei sanctitudo dilectæ, consequens profectò erat,
vt quæ in Dei domum electa erat, antè etiam quàm nasceretur & ab
omni peccato libera, & eximia sanctitate cumulata esset. Qui enim
eam sibi in domum elegit, eandem cælestis gratiæ ope præuenire vo-
luit. Cui meritò propheticū illud aptari potest. Adiuuabit eam Deus *Psal. 45.*
manè diluculo; pro quo alij verterunt; Adiuuabit eam Deus in ipso
4 ortu matutino. Verè enim illam in hoc matutino ortu adiuuit, qui
antequàm in lucem ederetur; Spiritu sancto repleuit. Nec minus illi
conuenit quod ibidem dicitur; Deus in medio eius non commouebi-
tur. Deus enim aliquando ab anima, in qua commemoratur, recedit; ali-
quando commouetur; aliquando verò neque recedit, neque commo-
uetur. Recedit quidem, cum lethaliter peccamus: quæ de re sic Domi-
nus, *Vaz.* inquit, eis cum recessero ab eis. Commouetur autem, cum
leuiter in officio delinquimus. quod de se propheta confitetur; cum
ait: Impulsus euerfus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. At *Psal. 117.*
ab hac sanctissima Virgine (quam Deus in ipso ortu matutino gratiæ
suæ benedictione præuenit) nec recessit, nec in ea commotus fuit:
quia nec lethali, nec veniali aliquo delicto maculata fuit. Cum quæ; San-
ctorum omnium illa vox sit; Si dixerimus, quòd peccatum non habe-
mus, ipsi nos seducimus; huic solum Virgini concessum est, vt nulla
5 prorsus peccati labe fuerit aspersa. Nulla in hoc mundo rosa sine spi-
nis inuenitur: at hoc candidæ puritatis lilium ab omnibus spinarum
aculeis immune fuit. A iunt, qui de natura scripserunt, neque faurum, *Simil.*
neque aquilæ fulminis ictu tactas vnquā fuisse: quod planè huic fem-
per virgini lauro, atq; regiæ aquilæ (quæ in arduis posuerat nidū suū)
maximè conuenit, quam nullum peccati fulmē vnquā attigit. Meritò
igitur natalem Virginis diē lætis hodiè canticis & laudibus Ecclesia
celebrat: quia vbi nullū agnoscit peccatū, nullā lugendi, sed maximā
cōtrā lætandi causam habet; præsertim cum post auroræ splendorem,
proximum esse iam veri iustitiæ Solis ortum intelligat. Vt igitur fau-
stissimum hunc diem religiosa deuotione & alacritate celebremus,
cælestem opem, eiusdē Virginis interuētū, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A .

¶ Hodierna sancti Euangelij lectio vix vnā aliquam sententiā continet, quæ nobis philosophandi materiā præbeat: verum si res gestas, atque exitus eorum, qui in hac Patrum catena numerantur, euoluere voluerimus, immensam quandam variarum rerum syluā deprehendemus, quæ multis etiam concionibus satis amplam materiā tribuat: quod quidem cōmentandi genus in præsentī concione sequendum duxi. Mirè enim ad vitæ nostræ institutionem historiarum cognitio valet. Est enim historia (vt eleganter Cicero dixit) testis tēporum, lux veritatis, vitæ memoriæ, & magistra vitæ, quæ facit vt adolescentēs senilem prudentiam assequantur, vt pote qui non modò ætatis suæ, sed superiorum etiam temporum res gestas norint; quarum cognitione gerendarum rerum sibi prudentiam comparant. Hinc De metrius insignis philosophus Ptolemæum Ægypti regem ad huiusmodi lectionem adhortabatur, vt ex rebus præclarè gestis quid sequendum, ex contrarijs verò quid fugiendum esset, addisceret. Historia enim verè & sincerè admonet, quod adulatorum greges (quibus sicuti reges incedunt) delicatis esurū auri bus ingerere metuunt. ¶ Atque vtinam qui bonam diē, vel noctis partem aut in cartarum ludo, aut in mendacibus historijs legendis infumitis, sacras historias, aut Sactorum vitas euoluere studeretis, non dubium quin maximum ex ea re fructum ad vitæ vestræ institutionem caperetis. Nos igitur in Regum ac Patriarcharum historijs (quorum in hac serie nomina referuntur) philosophari iam incipiamus; deinde ad sacra Virginis laudes (de quibus in huius Euangelij calce breuis mentio fit) veniemus.

§. I.

¶ Principio igitur, si totam hanc Regum & Principum, qui in hoc Euangelio referuntur, exitus consideremus, quàm breuis & fragilis sit huius seculi dignitas & gloria (quam mortales omnes adeò sitiēt appetunt) intelligemus. Quàm multi enim hic reges numerantur, quorum imperium atque potētia multis erat terrori atque formidini? quorum purpuræ pretiosis gemmis ornabatur; quorum diademata aureis floribus atque lapillis redimita fulgebant? quorum regia palatia pretiosis aulaeis aureisq; laquearibus splendebant? quorū postremò voluntates, populorum atque gentium leges erant? Iā verò quis splendidas eorum mēsas; quis auro & argēto fulgētes abacos; quis regia domus atque familiæ apparatus & luxum; quis adulatorum greges, qui eos in cœli tollebat, & diuinis propè honoribus prosequēbātur, oratione cōsequi possit? Sed quis tamē est, qui se ita in sublime attollat,

Cicero.

9 vt supra mortalitatis humanæ mensuram erigere possit? Transierunt hæc omnia velut vmbra volans, & tanquā nuncijs præcurrēs; & tanquā nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire. Quocirca meritò D. Prosper insolentiam eorum hominum, qui vel diuturnam sibi vitam pollicentur, vel in terrena opulentia gloriantur, castigat his verbis: Respice te quæso homo quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis. Circumspice eos qui ante te sydereis fulsere splendoribus. Vbi sunt quos ambiebant ciuium potentatus? vbi in superabiles Oratores? vbi qui conuentus festa disponebant? vbi equorum splendidi nutritores? vbi exercituum duces? vbi Satrapæ & tyranni? Nonne omnia puluis? nonne omnia fauilla? nonne in paucis verbis eorum vitæ memoria est? Respice sepulchra, & vide quis seruus, quis dominus, quis diues? Discerne si potes vincitum à Rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Hactenus Prosper. Hæc cum ita sint fratres, apparet sanè prudentissimè ab Homero vitam hominum folijs arborum comparari. Vt enim quotannis folia arborum decidunt, & alia noua rursus consequenti anno generantur, atque his iterum decidentibus, sequenti anno alia pro istis subrogantur: sic vir ille sapientissimus ætates hominum huic foliorum inuicem sibi succedentium vicissitudini similes facit. Modò enim homines qui in hac ætate viuimus, instar foliorum à vita excēdemus; nobis autem decidentibus, alios pro nobis futura ætas profert, atque hoc ordine ætates hominum alia alijs instar foliorum sibi mutuo succedunt. Hoc ipsum Salomon significasse videtur, cum dixit: Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum stat: hoc est, homines quidem variè commouentur, atque iactantur, terra autem immota manet, veluti theatrum, in quo hæc fabula vitæ peragitur. Terra igitur immota manet, cætera verò quæ in terra degunt, quotidianis mutationibus obnoxia sunt. Itaque eum ait, aliam generationem præterire, & ea extincta aliam venire, folijs vtique arborum (quæ diximus) vitam nostram comparauit.

Et tamē cum vita quoque regū, ac principū, sicut aliorum hominū adeò breuis, fragilis, & caduca sit, dictū mirū est, quātò aliud inspicibus appareat. Quā diu enim potētes isti superstites in vita manēt, bone Deus, qua eos reuerentia populi venerantur! quibus obsequijs demereri student! quibus laudibus prosequuntur! quid non faciunt! quos labores & certamina non suscipiunt vt in eorū gratiam, & amicitiam recipiantur! Denique cum mortales, fragili quæ corporis natura consistit, eos tamen populi immortales quodammodo futuros arbitrantur,

Sap. 5.

Simil.

Eccle. 1.

vixque post multa seculā felicitatem & gloriam eam finem habitam sperant. At vbi inopinatus fortē finis aduenit, omnem illam felicitatem & gloriam somni instar ac fabulæ fuisse deprehendunt. Habentes igitur fratres hanc tantam nubem testium, qui huius seculi gloriam, & humanæ fortis breuitatem nobis ob oculos ponunt, nihil nobis in hac adeo fragili & fugaci vita aut magnum, aut diuturnum polliceamur, sed cum omnia celeri cursu ad finem properare videamus, quod certō euenturum scimus, iam venisse credamus, vt in hoc seculo tanquam hospites & peregrini, non tanquam ciues vitam agamus.

In hac item Regum serie non solum humanæ gloriæ breuitatem, sed fortunæ quoque inconstantiam animaduertere licet, quæ modō Reges ex seruis, modō Reges ipsos ad seruilem conditionem dejicit. Sic videmus beatum Ioseph, qui à regia Davidis stirpe genus trahat, ad paupertatis & inopiæ deuenisse, vt ferra atque securi victum sibi tenuem compararet. Nec minus mirandum, Virginem sanctissimam, quæ eadem nobilitatis gloria eminebat, humili fabro desponsatam, in opem in hoc mundo vitam perduxisse. Quam eius inopiam illa turturum, aut columbarum oblatio (quæ pauperibus per legē indicta erat) sibi declarat. Nec enim sanctissima Virgo avaritia cogente, sed paupertate premente agnum offerre destitit. Talem in hoc seculo vitam vixit, quæ modō non in cælo solum, sed in toto terrarum orbe summa cunctorum mortalium reuerentia celebratur: cuius altaria tam multis lampadibus argenteis diu noctūque resurgēt. Sic enim ille, qui cum diues esset, pro nobis egenus factus est, Evangelicæ paupertatis virtutem voluit honorari. Hoc autem exemplo nostrarum virginum vanitas & superbia damnatur, quæ opificum coniugia designantur, maluntque otiosos & cultos adolecentulos, licet egentes, ac tenues, quàm diuites opifices in coniuges accipere, cum quibus postea, inopia constrictæ, miserissimam vitam agant. Hoc item exemplū eos etiam grauitate accusat, qui eodē vanitatis, & superbiæ spiritu acti, cum etiam paupertate premantur, eas artes exercere dedignantur, quibus consulerē inopiæ suæ possent; maluntque fame & inedia cruciari, quàm ad huiusmodi artium officia se demittere. Quod fit, vt inopia cogente, malis artibus sæpē querant, quod bonis cōsequi potuissent. Sed iam ex hoc loco digressi ad alia veniamus.

Ex hac item Regum & Patrum serie apertē colligere licet, nobilitatē generis, quam vulgus hominū miratur, si virtutibus destituta sit, sitque maiorū imaginibus nitatur, inanē prorsus atque cōmentitia fama esse.

esse. Vera quippe nobilitas non magis sine virtute, quàm homo sine ratione intelligi potest. Nobilitatis enim nomine non tam vulgares virtutes, quàm præstantissimas & nobilissimas complectimur: qualis, videlicet, constantia, magnanimitas, magnificentia, fortitudo animi, & rerum gerendarum prudentia est. Eos namque, qui his præstantissimis virtutibus instructi, reipublicæ salutare extiterunt, verē nobiles, atque generosos appellamus. Ceterum qui sine propriis virtutibus, propter maiorum suorum res præclare gestas, nobilitatis sibi laudem vendicant, inanissimi sunt, falsoque sibi quod non merentur arrogat. Si enim liberi nunquam à parentum moribus degenerarent, esset meritō vulgaris hæc nobilitas in pretio habenda: at, vel ex hac ipsa auorum & atauorum Christi serie, longē aliud animaduertere licet. Ex patre enim sanctissimo Isaac nascitur profanus Esau: Ex Iacob autem, Isaaci filio, parricidæ filij nati sunt, qui innocentissimum fratrem Ioseph in seruum venderunt: quos idem Ioseph apud patrem pessimi criminis accusauit. Ex David autem (vt alios præterea) nascitur scelestissimus Absalon, qui sanctissimum patrem vita & regno spoliare conatus est, eiusque vxores nefariē violauit. Iam verō sapientissimus Davidis filius Salomon stultissimum genuit Roboam, qui paterno regno stultitia & amentia sua excidit. Sanctissimus verō Ezechias omnium regum impijssimum genuit Manassem: quem sacra literæ referunt sanguine Prophetarum Ierusalem repleisse vsque ad os: atque ob eius scelera iram Domini in urbem illam & regnum incubuisse. Nec minus à religiosissimo Iosia Sedechias filius degenerauit: ob cuius impia facinora ciuitas & templū à Chaldæis euersum & exustum est. Quid reseram Nabal, quem sacra literæ pessimum & maliciosum appellant, qui tamen à Caleb viro sanctissimo genus ducebat? Quid Samuelis Propheta filios, qui ab eo populi iudices constituti, patrias virtutes negligentes, acceperunt munera, & peruerterunt iudicium? Propter quorum avaritiam & insolentiam populus & regem petiuit, & Domini regnum à se repulit. Verum inter hæc exempla longē mirabilius est, quod Ionathas filius Gersan, qui patrem habuit Moysem (qui cum Deo facie ad faciem loquebatur) sacerdos idolorum tempore iudicium fuerit. In nunc igitur & generis nobilitatem iactat, à qua tam multos degenerasse videmus. Hoc autē argumentum, si ares, facile intelligere possumus, ut quid virtutis, aut honestæ indolis in nobis fuerit, nequaquam maiorū nobilitati, sed vni Deo, bonorū omnium auctori, tribuendū esse; cum videamus tam multos maiorū suorum splendori tenebras & obscuritatem offudisse. ¶ Imo verō sæpē fit, vt

Luc. 2.

1. Cor. 8.

16

17

Gene. 37.

2. Reg. 15.

2. Para. 13.

4. Reg. 21.

Baruc. 1.

1. Reg. 25.

Iudi. 18.

multi nobilitatis occasione insolefcant, & infimos quosque superbè despiciant, & nobilitatis obtentu omnia sibi licere putent. Mens quippe humana ad licentiam magis & voluptatem quàm ad honestatem procliuus, magis à nobilitatis dignitate superbiendi, quàm patrias virtutes imitandi occasionem arripere solet. Quod Dionysij senioris Syracusanorum tyranni filius exemplo suo ostendit: qui cum à patre corripere tur quòd Syracusanum cuiusdam ciuis vxori vim intulisset, atque inter alia diceret, si nunquam audiuisset se rem similem factam fuisse? filius ita ei respondit. Hoc accidit quòd nunquam patrem Regem habuisti. At vnus hic Regis filius multos habet intemperantiæ fux sectatores, qui nobilitatis occasione omnia sibi licere arbitrantur: cum tamen in maxima potentia, minima esse licentia debeat.

Cum igitur in hac Patrum serie tam multos liberos à parentum moribus degenerasse videamus, relinquatur planè, nequaquam hos de parentum genere (qui ad eò degeneres fuerunt) gloriari iure posse; quod Iudai faciebant, qui cum sceleratè viuerent, de Abraham patre gloriabantur. Quorum supercilium Ioannes Baptista, & Saluator ipse in Euangelio compressit. Non enim refert (quod ad diuinum iudicium attinet) quo genere ortus sis, sed cuius exemplum sequare, cuius vestigijs insistas, cuius te similitudine conformes. Non multum interest cuius speciem corpore referas, sed cuius vitam & actiones imitere. Nam cum patris opus sit similem sibi speciem formare, magis est pater appellandus is, qui claro virtutis exemplo multos incendit ad virtutis studium; & ita sui specimen in eorum animis, qui illum sequuntur, ingenerat, quàm qui gignit filios sibi corporis specie similes, moribus autem & vita dissimillimos. Videtis ergo fratres inanem esse improborum hominum nobilitatem, quam vulgus hominum miratur: quæ quidem non laudanda, sed vituperanda magis est, utpote quæ maiorum suorum virtutibus obscuritatem afferat.

§. I I.

¶ Est & aliud quod in hac Regum serie non solum considerare, sed etiam lamentari debeamus. Ex hoc enim tot Regum numero, tres solum Ecclesiasticus religionis & iustitiæ cultores fuisse memorat his verbis: Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatù commiserunt: nam reliquerunt legem altissimi, & contempserunt timorem Dei. Quæ ex re non solum humanæ naturæ morbus, & ad malù pronitas, sed multò magis potentiæ, atque principatus periculù agnosceamus. Cum enim (vt ait Seneca) omnia quæ modum excessere noceant, maxima est felicitatis intemperantia. Nimia enim prosperitas, excelsa

sua

- 21 sus locus, & singularis honor in star vini meri sunt, quæ animos hominum parum in virtute firmos inebriare, atque de mente deducere sæpè solent. Quocirca D. Bernardus difficile putat, esse in honore firmum in amore, in prælatione sine elatione, in dignitate sine vanitate, & raramque esse humilitatem honoratam. Verè enim ac propriè diuinum est, cum omnia possis, te in arcto constringere, nihilque posse, nisi quod iustum est, & cum Apostolo dicere; Omnia mihi licent, sed nõ omnia expedit. Iam verò tot adulatorum gregibus, quibus reges stipantur, oclusas aures habere, neque quid homines de te prædicent, sed quid tu intra te videas iudicare, singularis & rarissimæ prudentiæ est. Neque enim omnium est poeticum illud implere; Ne te quæsieris extra. Sed quid rationibus agimus, cum in hac ipsa Regum corona apertissima huius periculi exempla videamus. Dauid enim rex, qui inter tot calamitatum fluctus fidsissimus semper Deo extitit, & in terra deserta, inuia & inaquosa perinde atque in Dei sanctuario esset, sic se illi supplicem exhibebat; vbi iam ab omnibus periculis liberatus, ad fastigiù regni peruenit, gloria atque imperij sui magnitudine elatus, numerari populum iussit, vt potentia atque principatus sui magnitudine perspecta, in ea gloriaretur. In cuius elationis pœnã trium calamitatum optio ei à Domino per prophetam data est; videlicet pestis, famis, aut turpis ab hostibus suis fuga. ¶ Quid verò hinc miserandam Saulis regis tragediam referam? Is enim posteaquam à Deo electus, & in regem uactus, & Spiritu sancto plenus fuit, ad eò regiam dignitatem extimuit, vt latebras etiam quæsierit, quòd eam effugeret: quem tamen regni sublimitas ad eò dementiauit, vt optimum Regem in crudelissimum carnificem, atrocissimumque sacerdotum Dei parricidam commutauerit, & ad infelicissimum vitæ exitum perduxerit. His igitur exemplis (vt alia, quæ sunt innumera, prætereamus) quantum sit principatus periculum intelligere licet. Quocirca Seneca Principem, in cuius potestate sunt omnia, cuique omne, quod libet, licet, opportunè admonet, vt in hoc statu se cautè & prudenter velut in lubrico retineat. Quo argumèto apertissimè cunctorum ferè mortalium cæcitas atque demetiã colligitur, qui tâta auiditate atque ardore ad seculi dignitates & sublimia loca aspirant, quæ non tam loca quàm præcipitia sunt; in quibus adeundis per multa pericula ad maius certè periculù peruenitur. Hinc clamat Bernardus. Quæ sequimini filij Adæ, quæ sequimini? Nonne videtis Satanam sicut fulgur de coelo cadetè? Illud etiam in hac ipsa Regum serie diligenter considerandum est, quanta pæce & otio cum dignitate, quantaque rerum omnium abun-

Eulg. lib. 7.

Ecl. 49.

Seneca.

Bernar.

1. Cor. 6.

Psal. 62.

2. Reg. 24.

Seneca.

Bernar.

abundantia Israeliticus populus fruebatur, cum ij clauum regni & sce-
 24 ptra tenerent, qui religionis & iustitiæ cultores erant. Summus enim
 cas mundi moderator & virtutum amator Dominus, hunc Respubli-
 cas omnes cursum tenere voluit, vt si earum rectores debitum sibi
 cultum & honorem exhiberent, ipse illos vicissim magnis fauoribus
 & beneficijs afficeret, florentissimamque eorum Rempublicam effi-
 ceret. Quam rem in Dauidis, Ezechiae, atque Iosia temporibus cer-
 nere licet, in quibus populus felicissimam vitam cum omniam rerū
 opulentia sub eorū imperio egit. Quibus etiā Iosaphat tēpora adiun-
 gere possumus: qui quoniā diuinā legis cultor extitit (quam in omni-
 bus regni sui ciuitatibus sacerdotum, atque Leuitarū ministerio legi
 & explanari precepit) regem ipsum Dominus diuitijs & gloria cumu-
 lauit, terrorēque suum in finitima regna immissit, ne contra ipsum arma
 capere auderent. Contrā verō cum reges diuinā legis oblitī, dijs alie-
 25 nis, profanēque religioni seruire cepissent, omnia illis in diuersum ca-
 debant, nullusque calamitatū & miseriarū populi finis erat. Hac enim
 ratione Dominus voluit, vt calamitatum suarum experimento popu-
 lus cognosceret quod per prophetam dixit; Scito, & vide quia malū
 & amarū est dereliquisse te Dominū Deum tuum, & non esse timorē
 mei apud te. Quam rem cum multis exemplis ex hoc Regum nume-
 ro confirmare possem, vnus tamē Ioas regis clade cōprobabo. Cum
 is enim principum suorum obsequijs & adulationibus dclinitus, dijs
 alienis cum ijdem seruire cepisset, excitata est aduersus populū ira
 Domini. Cumque euolutus esset annus, ascēdit cōtra eum exercitus
 Syria: venitque in Iudāā & Hierusalem, & interfecit cunctos princi-
 26 pes populi, atque vniuersam prædam miserunt regi in Damascū. Et
 certē cum permodicus venisset numerus Syrorū, tradidit Dñs in ma-
 nibus eorū in finitā multitudinē, eō quod dereliquissent Dñm Deum
 patrū suorū: in Ioas quoque; ignominiosa exercere iudicia. Et abeun-
 tes dimiserūt eum in lāguoribus magnis. Surrexerūt autē cōtra eum
 serui sui in vltionē sanguinis Zachariæ filij Ioiadæ sacerdotis, & occi-
 derūt eum in lectulo suo, & mortuus est: sepelieruntque eum in ciuita-
 te Dauid, sed nō in sepulchris regū. Videtis igitur hoc exēplo fratres
 quātū malorū agmen ex prauo capite totius reipublicæ mēbris impē-
 deat! Quocirca cum generis humani hostis populo nocere vult, prin-
 27 cipi insidiatur, vt capite reipublicæ cōminuto, totum reipublicæ cor-
 pus conualescat. Quam rem verba illa ex primo Paralipom. libro
 fatīs apertē designant. Consurrogxit Satan aduersus Israel. Et quid
 tandem fecit? Incitauit, inquit, Dauid, vt numeraret Israel; hoc est,
 capit

Ierem. 2.

2. Par. 24.

3. Par. 21.

27 caput inapertuit, vt toti corpori noceret. Quæ cum ita sint, magna &
 quotidiana cura, fratres, illud Apostoli consiliū implere debemus, 1. Timot. 2.
 quo admonet orationes & obsecrationes fieri pro Regibus, & princi-
 pibus, & his qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquil-
 lam vitam agamus in omni pietate, & castitate. Sciebat enim vir diu-
 nus verum esse quod est ab Ecclesiastico dictum; Qualis rector ciui-
 28 tatis, tales & inhabitantes eam. Hoc autem ad eō verum est, vt nō mo-
 do in diuersis Regibus, sed in eodem emiam rege idem cōtingat. Quo
 enim tempore Rex aliquis iustitiam, & pietatem coluit, Deū habuit
 propitium atque fauentem, & larga manu omnia suppeditantē: cum
 verō idem iustitiam deseruit, Deum sibi fecit infensum, variisque ipsi
 calamitates immittentem. Quod quidem in Salomonis historia cer-
 nere licet: qui quo tempore Dei cultor extitit, reges omnes diuitijs &
 gloria superauit: vbi autem vxorum suarum blanditijs dementatus, a
 Deo defecit, & sacrilegas aras ac templa vxorum suarum dijs erexit,
 vndique Dominus (qui plenissimam illi pacem largitus fuerat) aduer-
 sarios ex finitimis nationibus excitauit; quodque maximē calamito-
 sum & miserandum fuit, opulentissimi regni maximam partem ab eo
 auulsi: ex duodecim enim tribubus, vndecim ab eo post eius mortē
 defecerunt, qui deinde idolorum cultui dediti, ducentis & quadragin-
 29 ta annis elapsis (in quibus eos diuina patientia ad penitentiam expe-
 ctauit) æterna captiuitate ab Assyriorum rege Theglath phalasar mul-
 tati sunt. Quo in loco quàm multa sunt, fratres, in quibus philoso-
 phari licet? Primum hinc liquet, summam sapientiam (qualis in Salo-
 mone fuit) si Dei timore & præsidio destituta sit, minimē ad salutem
 30 nit sapientiam, & scientiam, sed non est supra timentem Dominum:
 timor Domini super omnia se superposuit.

Verum illud hoc in loco maximum etiam hominibus timorē
 incutere poterit, cum videant sapientissimum Salomonem (qui Dei
 spiritu plenus tam multa atque miranda doctrinē monūmēta Ecclesie
 reliquit, qui Cancrici Cæcorum altissima mysteria penetrauit, & scri-
 psit, cuique Dominus bis apparens ab hoc infando scelere: cauere ius-
 3. Reg. 3.
 3. Reg. 9.
 fit) tamen tot fidei, atque virtutis retinaculis confrictus, sic a fide de-
 fecit, vt nefandis dæmonibus funestas aras & templa erexerit. Quis
 igitur hoc exemplo non totus expalleat, & contremiscent? quis tantis
 diuinæ gratiæ opibus ad eō circumfluat, vt securitatem sibi ad fingē-
 usque polliceatur? quis altissimam hanc diuinorum iudiciorum aby-
 31 sum non miretur, & stupefcat? quis non cum Apostolo clamet, O alti-
 tudo

Eccle. 25.

tudo

1. Petri. 1.

Pron. 28.

todo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibili-
lia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quocirca rectè nos Pe-
trus Apostolus monet vt cum timore incolatus nostri tempore vi-
tam agamus. Beatus enim homo qui semper est pauidus, semper de pe-
riculo sollicitus, semper quæ sibi de se ipso timidus.

Est & aliud quod in hac Saluatoris genealogia obseruare licet, si-
dem videlicet diuinarum promissionum, singularèque Dei erga fide-
les. seruos charitatem. Hanc enim testatissimâ nobis esse voluit, cum
se vindicare peccata patrum in filiis in tertiam & quartam generatio-
nem comminatur: misericordiam verò his, qui ipsum diligunt, in mille
vsque generationes pollicetur. Quibus verbis significare voluit, quã-
tò esset in bonis præmiandis liberalior, quàm in peccatis puniendis
seuerior. Quæ res vehementer nos ad tanti benefactoris obsequium &
amore impellere debet. Hoc autem aperte in Dauidis filijs demò-
strauit: nunquam enim in eius stirpe Iudææ reges, propter eiusdem
patris merita & pietatem, deesse voluit. Qua in re non modò eximiâ
erga sanctissimum illum Regem charitatem seruauit, sed fidem etiã
& veritatem promissionis suæ ostendit. Promiserat enim nunquam
ab eius stirpe defuturum qui populû sui scepra teneret: quã quidem
promissionem plenissimè impleuit, quamnis multi ex eius posteris
ea scelera designassent, propter quæ & ipsi, & posterii eorum regia di-
gnitate priuari potuissent.

§. III.

¶ Satis iam diu fratres in hac Patrum corona versati sumus, reliquum
est, vt ad sacratissimâ Virginis laudes veniamus: cuius dignitatem, &
gloriam paucis Euangelista in huius lectionis fine expressit, cum ait:
[De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.] Hac vnâ breui sententia
sanctus Euangelista aditû nobis ad huius beatissimâ Virginis laudes
& gloriâ prædicandâ aperuit. Hac enim materna dignitate, simulque
diuinæ bonitatis natura diligenter inspecta, matris gloriâ, & ingentes
gratiarû eius opes apertissimis argumētis colligimus. Si enim ea diui-
næ bonitatis natura est, vt se ipsam a deo liberaliter rebus omnibus cõ-
municet, & his præcipuè, quæ se maxima puritate & innocētia ad il-
lius gratiæ splendore excipiendû præparat; quo, quæso, gratiæ splendore
Virginis mentè perfudit, que ipsi astris, atque adeò angelicis menti-
bus purior extitit? Videmus enim purum speculû, si Soli obijciatur,
vsque adeò eius splendore participare, vt Solis ipsius imaginè quodã-
modo referre videatur. Quæ res in hanc purissimâ Virginè maximè
quadrat, quæ Solis iustitiæ splendoribus irradiata, ipsum Solè eximia
vixit

simil.

33 vitæ sanctitate representabat: vt potè in cuius moribus nihil nisi diui-
num, atque celeste apparebat. Quocirca nihil mirum, si oratio nostra
eius laudibus prædicandis impar sit, quandoquidem mentis nostræ
acies eximia sanctitatis eius splendoribus excæcata, ad eius virtutes
intelligendas caligat. Solis itaque earum rerû coniecturis, quæ nobis
notæ, ac familiares sunt, ad earum cognitionem vt cique allurgimus.

Primum igitur, si Moyses, quod quadraginta dierum spatio cum
Deo in monte versatus est, tanta fuit claritate illuminatus, vt filij
Israel nisi velamine super faciem posito in eam intendere non vale-
rent; quid de hac Virgine sentendum est, quæ nouem mensibus cla-
rissimam iustitiæ Solem intra purissimâ & immaculata viscera sua cõ-
tinuit? ¶ De eodem item Saluatore Euangelista referunt, quod om-
nis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat
Lucæ 6.

34 omnes. Si igitur quotquot Saluatorem nostrum, aut eius etiam vestè
contingebant, optatum salutis beneficium percipiebant; quas in illâ
gratiarum opes contulisse putandus est, quæ infantem illum in sinu
gestabat, virginis vberibus lactabat, brachijs stringebat, & omne illi
obsequium deuotissimè exhibebat? ¶ Quid verò Apostoli Petri vm-
bram commemorem? Si tantam illi Dominus virtutem contulit, Actor. 5.

vt ægrotorum corpora, quæ attigisset, sanaret; quam sibi virtutem refer-
uauit, qui tantum seruo suo donare potuit? Quæ igitur non Christi
vmbra, sed sacrû eius corpus in manibus semper habebat, quas quæ-
so virtutum & gratiarum diuitias ab eo semper hauriebat? ¶ His
aliud non minus fortasse mirandum adijciam. Legimus enim Do-
minum opes & greges Laban auxisse, domique eius benedixisse,

35 quod Iacob virum sanctum ac simplicem in domo & obsequio suo
haberet. Quam rem ipse quoque Laban testatus est, cum ad illum Gen. 50.
dixit; Experimento didici quod benedixerit mihi Dominus pro-
pter te: idemque Iacob ad focerum; Modicum habuisti antequam
venirem ad te, & nunc diues effectus es: benedixitque tibi Domi-
nus ad introitum meum. Si ergo tanta diuinæ bonitatis liberalitas
& magnificentia est, tantaque erga fideles seruos charitas, vt im-
pios etiam homines, atque idolorum cultores beneficij profectatur;
quod intra domos suas pios & innocentes viros haberent; quibus
illam donis & beneficij cumulasse iudicandus est, quæ non Iacob,
sed ipsum Dei filium; non seruum, sed Dominum; non sanctum
virum, sed sanctorum omnium sanctificatorem intra domesti-
cos parietes retinuit, aluit, & omnia ei humanitatis obsequia ma-
terna pietate, & flagrantissima charitate exhibuit? ¶ His aliam
quoque

Simil.

quoque non leuiorem coniecturam adijciam, quæ ex hac ipsa mater-
na cum filio cõsuetudine colligitur. Si enim odoriferū & pretiosum
vnguentum in alabastro, aut quouis alio vase diutius adseruetur, eun-
dem ipsum odorem vas illud ita refert, vt non vnguenti locus, sed vn-
guentum ipsum ibidem redolere videatur: cum vnicus ille totius sua
uitatis, & sanctitatis autor tam diu & in mente, & visceribus sacratissi-
mæ Virginis reconditus & seruatus fuerit, quid ex his consequi pote-
rit, nisi vt quæ tam diu Deum intra se retinuit, diuinos mores, diuinā
puritatem, diuinæque sanctitatis gloriam ita redoleret, vt quisquis il-
lam videret, Deum ipsum quodāmodo in illa videret? Quod quidē
magno illi Dionysio, cum primum illam vidit, dicitur cõtigisse. ¶ Po-
stremodò, illa etiam coniectura hoc in loco negligenda nõ est. Constat
enim animam nostrā, vbi primum corpori, quod ex primo parente
originem ducit, copulatur, originalis peccati maculam contrahere, 37
atque omnium huius vitæ miseriarum, (ad quas primus ille pater
damnatus est) participem fieri. Constat item multo esse præstantiorē
Christi carnem ad saluandum, atque sanctificandum, quā Adæ car-
nem ad nocendum. Si ergo tantum ex se malorū vitata illa caro con-
tactu suo fundit, quantum quæso cœlestium donorum atque gratiarum
sanctissima & immaculata Christi caro in Virginem effudisse
credendum est, quæ illam virgineo vtero nouem mensibus retinuit?

Iam verò quæ vis orationis consequi poterit, quibus hoc tempore
delicijs sanctissima Virgo ex hac felicissima cum filio consuetudine,
& qua item admiratione fruebatur, cum tot eius miracula cerneret?
Ex eo enim miraculorum nomen originem trahere videtur, quod
nouitate sua ingentem admirationem commoueat. Sic Petrum legi-
mus stupefactum in noua illa atque insperata captura piscium: sic eo-
dem Petro claudum ex vtero matris suæ sanante spectatores qui ade-
rant in stuporem atque ecstasiam rapti fuisse perhibentur. Quæ igitur
admiratione atque ecstasi sanctissima Virgo rapiebatur, cum tot cir-
ca se miracula videret? Nec enim ofisitater, sed maxima cū attentione
illa contemplantur. Quam rem non obscure Lucas significauit, cum
dixit: Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde
suo. Quæ ergo admiratione replebatur cum animo versaret admiran-
dam illam atque ineffabilem Christi de Spiritu sancto conceptionē?
Eliisabeth vaticinium? Ioānis Baptistæ tripudium? partum, doloris &
corruptionis expertem? pastorum adorationem? Angelorum voces?
Magorum oblationem? Simeonis canticum? Annæ viduæ confessio-
nem? Cum igitur hæc omnia mirabilia prudentissima Virgo in corde
suo

39 suo versaret, iustisque ea ponderibus libraret, quæ admiratione, quæ
ecstasi, quæ delectatione, quibus delicijs sacratissimum eius pectus
plenum fuisse credendum est? Hæc omnia certè non modò omnem
dicendi vim, sed omnē etiam mentis humanæ captū, facillè superant.

Quæ igitur tot cœlestibus donis cumulata fuit, quæ tantum apud
filium valet, quibus donis atque muneribus eos afficiet, qui se totes
illius obsequio tradiderint, qui spem suam post Christum in eius mi-
sericordia collocauerint, qui psalterium eius (quo tota matris & filij
vita continetur) deuotis mentibus frequentauerint? Diximus initio,
neque laurum, neque aquilam fulminibus tangi: sub hac igitur aquila
regia, & sub hac semper virentis lauri umbra quiescamus fratres, vt
eius virtute à peccati fulmine liberi & incolumes permanentes, ad
eiusdem tandem Virginis (quæ ab omni peccati labe immunis fuit)
40 confortium peruenire mereamur; præstante Domino Iesu Christo,
qui cum Patre, & Spiritu sancto regnat in secula seculorum. Amen.

IN EADEM NATIUITATE BEA-
tissimæ Virginis Mariæ Concio secunda, in qua, post breuiter
Euangelicæ genealogiæ rationem expositam, verba in the-
mate proposita beatissimæ Virgini accommodantur;
deinde ad fidelium mores, eiusdem Virginis
exemplo, applicantur.

*T H E. Fecit Salomon thronum ex ebore, & vesti-
uit eum auro fuluo nimis. 3. Regum. 10.*



Noniam (vt Apostolus ait) omnia in figura veteri illi 1. Corin. 10
populo contingebant, cõsentaneum est, vt huius thro-
ni Salomonis fabrica, insignis alicuius mysterij imago
esset: alioqui nõ erat, cur Spiritus sanctus, qui historia
diuinæ autor est, adè diligenter hoc opus describi vo-
luerit: cuius si externam faciem spectes, nihil in eo deprehendes quod
ad religionem, sed magis quod ad pompam & fastum mundi pertine-
re videatur. Huius ergo throni fabrica (cui nulla in omnibus regnis
3. Reg. 10.
similis inueniri potuit) nihil conuenientius, quàm beatissimæ Virgi-
nis corpus & animam, in qua, verus Salomon Christus requieuit, pu-
to significari: quando is & in eius anima sanctissima semper, & in vir-
gineo corpore nouem mensibus requieuit. Quia igitur spiritalis hic
Thronus

thronus hodierna die fabricari ceptus est, qua gloriosam Virginis
natiuitate celebramus, eius mihi hodiè fabrica describèda, & ad Vir-
ginè a: cōmodāda est: si prius tñ genealogiæ rationem, quæ in hodie-
na sancti Euangelij lectione describitur, breuiter exposuero. Vt vtrū-
que autem piè & religiosè præstare possimus, cœlestem opem, eiusdè
sacraissimæ Virginis intercessione, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A .

P R I M A P A R S .

¶ Quoniam in hodierna sancti Euangelij lectione de Seruatoris no-
stri genere & nobilitate (quæ à Regibus originem ducit) sanctus. Euā-
gelista differit, non alienum puto, priusquam ad alia veniamus, de no-
bilitate & ignobilitate paucis agere: præsertim cum videam plerōq;
homines vehementer in huius rei æstimatione, quam semper in ore
habent, & periculosè hallucinari, & quid sit vera, quid falsa nobilitas,
quidque ignobilitas, prorsus ignorare.

Sciendum igitur est, duplicem esse nobilitatem: est enim christia-
na nobilitas, est & ciuilis. Christiana verò nobilitas est, à Deo progna-
tum esse, Deum patrem agnoscere, haustoque intra nos Dei spiritu,
Dei puritatem, sanctitatem, innocentiam, atque diuinos mores imitari,
eiusque imaginem (quemadmodum filij carnalium parentum) referre
atque repræsentare. Quam quidem nobilitatē S. Euangelista expres-
sit, cum de his nobilibus ait; Qui non ex sanguinibus, neque ex volū-
tate carnis, neque ex volūtate viri, sed ex Deo nati sunt. Nō enim mo-
res carnalium parentū, à quibus carnē & sanguinem trahunt, sed cœ-
lestis Patris, cuius spiritum hauserunt, mores & vitam referunt. Hæc
est igitur nō modò christiana, sed vera & firma nobilitas. Quid enim
maius quam à Deo genus ducere, Deūque ipsum ample & elatè pa-
trem appellare? Porro autem si regiā nobilitatem iactat, quid à stirpe re-
gia prognatus, regijq; sanguinis particeps est, qualis ea nobilitas erit,
quæ diuinæ naturæ participatione constat? Si tanta in regij sanguinis
cōmuniōne nobilitas est, qualis in diuini Spiritus communiōne nobi-
litas erit? Hæc est igitur vera & summa nobilitas; qua nulla maior ex-
cogitari potest; quæ genus s. cum ad ipsum rerum omnium condito-
rem, & summum principem refert. Hæc autem generis dignitate San-
cti omnes nobilitati fuerunt: soli quippè verè nobiles sunt, qui à Deo
noua natiuitate geniti, de Deo patre gloriantur.

Vt autē quæ sit ciuilis nobilitas expediam, obseruadū primò est, no-
bilitatē inter humana bona numerari, eaque in boni alicuius adeptio-
nē cōsistere. Tria autē bonorū genera Philosophi statuunt: honestū,
vile,

5 vtile, atque iucundū. Honestū autē omnia virtutū officia cōplectitur:
eui solus & gloria debetur, quodque, iuxta Stoicorū Philosophorū
sententiā, verè & propriè boni nomē meretur. Cætera enim ipsi nō vera
bona, sed vitæ cōmoda & oblectamēta nuncupāt. ¶ Hoc ita cōstitū-
ro, sciendum est, quòd cum varia sint hominū ingenia, variæq; ipsius
naturæ dotes & munera, varij quoq; syderum positus (vnde tantā in
hominū moribus & ingenijs varietatē, quam in eorūdem corpori-
bus cernimus) quidā aded infelicitè (vt ita dixerim) nati sunt, vt nullē
lam honesti, nullā veri honoris & laudis, quæ honestati debetur, ratio-
nē habeat; sed omnis eorū cupiditas, omnis cura & cogitatio in sola
corporis vtilitate & voluptate posita sit: aded vt nullū dedecus, nul-
lamq; ignominiam notā subire vereantur, modò vel aliquam corporis
voluptatē, vel vtilitatē adipiscantur. Apud hos autē solā penè cura ve-
6 neris & ventris est: quæ sibi (vt Apostolus ait) Deū fecerunt: illiq; sum-
mo studio litandū curant, dum omnem operā & industriā in poculē-
tis & esculētis ponunt. Aduersus hos autē Salomō inclamat; Cui vā?
cuius patri vā? cui suffusio oculorū cui sine causa vulnera? Nōnē his
qui cōmoratur in vino, & studet calicibus epotadis? Idēq; rursus. Qui
diligit, inquit, epulas, in egestate erit: qui amat vinū, & pinguia, nō dia-
tabitur. Est autē hoc vitium ignobilis atq; seruilis ingenij maximè pro-
priū: à quo præclare in dolis ingenia maximè abhorre solēt. Quicūq;
igitur hoc animo atque ingenio sunt (nisi diuini spiritus communiō-
ne nobilitētur) verè ignobiles, agrestes, atque rustici existimādī sunt.

Sunt autē alij (vt ita dixerim) felicius nati, qui vsque aded in verā
laudis & honoris (qui rectè factis debetur) amorem propensi sunt, vt
propter eam adipiscendum & omnia corporis emolumenta atque
oblectamenta magno animo contemnat, & vitam quoque in sum-
mum discrimen adducant, modò laudem, & gloriam, & nominis cele-
britatem consequantur. Cum autē hoc in loco gloriā, & honorē no-
mino, nō fallacē & fucatum, sed verū intelligo. Vt enim in alijs rebus *Simil.*
quædā sunt veræ atq; synceræ, quædā verò simulatæ atq; fallaces, quæ
verarū imaginē mētuntur (est enim purū & syncerū aurū, est falsum
& adulterinū) sic etiā est falsus & verus honor, falsa & vera gloria. Ve-
ra est, quæ rebus dignissimis (qualis virtus, sapiētia, sciētia, prudentia,
fortitudo, magnanimitas, & manificencia est) exhibetur. Falsus autē
honor est, qui ppter solas opes & facultates, & xampus redit, amplāq;
familiā tribuitur. Hæc namq; res (quæ improbisimis etiā hominibus,
Tyranisq; cōtingunt) nihil habēt cur laudari, aut in pretio haberi de-
beāt. Honor igitur ppter hæc fortuna ludibria hominib' impēsus, nō

verus honor, sed fucatus & inanis est. Hos igitur, quibus hanc ciuilem nobilitatem tribuimus, nequaquam inanis & fallacis huius, sed veri honoris amantes esse dicimus, quam ut adipiscantur, non ætus, non frigora, non inedia, non rerum omnium penuriam, nõ deniq; aut vulnera, aut mortem etiam reformidant; imo verò (vt ille ait) vitam volunt pro laude pacifici: tantus laudis & gloriæ ardor eorum mentibus infidet. Illud autem persuasum sibi habent, quod est ab ingenioso Poëta dictum;

Venter, pluma, Venus, laudem fugienda sequenti.

Plumæ autem nomine, strati mollitiem, inertiam, somnum, & omnia deliciarum genera complexus est. Quamuis autem superiores illi, labores ingentes corporis aliquando, perferant, hos tamen seruili animo, lucri videlicet gratia, tolerat: At isti omni lucri specie abiecta, atque contempta, labores omnes, laudis, & gloriæ, & communis salutis gratia generoso & magno animo tolerant.

Hæc autem omnia, quæ nos paulò fufius persecuti sumus, breui oratione Cicero complexus est. Sic enim ait: Hominum duo sunt genera; alterum indoctum & agrèste, quod antefert semper vitilitatem honestati; alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponebat. Itaque huic generi laus, honor, gloria, fides, iustitia, omnisque virtus; illi autem alteri, quæstus, emolumentum, fructusque proponitur, atque etiam voluptas; quæ est maximè inimica virtuti; quã immo nissimus quisque accerrimè sequitur, neque solũ honestis rebus, sed etiam necessarijs anteponebat. Hactenus Cicero. Hac autem nobilitate, hoc animo fuisse multos Romanorum & Græcorum Imperatorum constat: quales Curij, Decij, Scipiones, Pompeij, Agestilij, Phociones, & Aristides extiterunt: quos scimus & continenter vixisse, & patrimonio sua minimè locupletasse. Hos autem qui hoc animo fuerunt, quiq; hac ingenij præstãtia Respublicas suas tutati sunt, & ad summam gloriæ fastigium perduxerunt; cum tantum inter ceteros homines eminerent, tantumque à communibus hominum moribus abhorrent, adeoque salutares ciuibus suis existerent, non meros homines, sed Heroas atq; Deorum filios esse predicabatur. Neque enim tantũ in humana natura (quã vitilitatis & voluptatis supra modũ auidã, & laboris inimicã experiebatur) ponebat, vt eã solã, sine diuina quadã indole & virtute, ad tãtas res efficiẽdas idoneã esse crederet. Vnde præclara illa Cicero nis sententia manauit; Neminẽ vnquã magnũ sine afflatu diuini numinis fuisse. Itaq; quã nos præstãtia diuino Spiritui in præclaris hominibus tribuimus; illi, qui aliquid quidẽ videbat, cœlestis tamen Spiritus vim

Cic. in V. Ar.
Orato.

Cicero.

vim ignorabant, carnali Deorum generationi tribuebant. Sic Hercules, sic Romulum, sic Alexandrum Iouis filios esse dixerunt.

Hæc autem humanorum ingeniorum dissimilitudo ex ea causa proficisci videtur (vt alias prætermittam) quòd qui verè amant, præter vnum amare vix possint. Quod in ijs præcipuè rebus locum habet, quæ sibi inuicem aduersantur. Inde autem fit, vt qui verissimæ laudis & gloriæ (quæ vni virtuti debetur) amore flagrant, nequaquam aut turpe lucrum, & turpiores lucro voluptates amare velint; quæ cũ vera laudis & gloriæ dignitate pugnant. Contrà verò qui ventri, qui gula, qui voluptatibus; & pecuniæ (quæ his vitijs fomẽta ministrat) deditus est, laudem & honorem contemnit, quem vehemẽter his cupiditatibus aduersari videt. Humanus quippè animus sic à natura institutus est, vt minimè in cõtraria feratur. ¶ Liqueat igitur ex his quæ breuiter attingimus, quibus in rebus nobilitas & ignobilitas posita sit. Nemo tamen ex his quæ diximus, immoderatam honoris & gloriæ cupiditatem à nobis probari putet: præsertim cùm honor non in virtutis cultu, sed in diuitijs quæritur. Præterquam enim quòd nihil immoderatum, vitio, propter immoderantiam, caret: honor tamen qui huiusmodi rebus paratur, quæ nullam in se veram dignitatem, neque pretium habent, non verus honor (vt paulò antè diximus) sed falsus & mendax est.

§. I.

¶ Hæc igitur de vera nobilitate & ignobilitate præfati, ad Euangelicam lectionem veniamus: in qua, prætermisiss alijs quæstionibus (quæ ad vitæ nostræ institutionem minus pertinere videntur) illud præcipuè inquirendum esse videtur, cur tãta cura sancti Euangelistæ Christi Domini genus, & aetorum eius seriem describere voluerit. Nunquid vt generis eius nobilitatem iactaret, quæ à nobilissimo Dauid rege originem ducebat? Minimè gentium. Is enim qui ad Samaritaniam conuicium nihil responderit, cùm ad alia responderit, satis hoc argumẽto declarauit, se carnalem hanc generis nobilitatem prorsus negligere. Apud illum enim iustissimum rerum æstimatorum non externa sanguinis nobilitas, sed interna animi virtus in pretio habetur. Idcirco eos qui de Abraham patre gloriabantur (quorum tamẽ opera ab illo degenerauerant) non Abraham, sed diaboli filios esse dixit, cuius opera & desideria perficere nitebatur. Eosdẽ etiam nõ Israëlitas, sed Chanaanos & Amorrhæos per Prophetã vocat, cùm ait; Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa. Itaq; populũ ab Israëlis stirpe progeneratũ, nõ illius filium esse.

Tom. ij.

Q 3

esse

esse dixit, sed illorū, quorum vitia festabatur. Corpus enim ab Israe-
 14 le, animam verō vitij inquinatam (quæ præcipua hominis pars est)
 ab illis ducere videbatur. Vidit enim summa illa sapientia, nō alienis
 virtutibus, sed nōstris veram nobilitatem diffiniri: nec quenquam
 alienis meritis, sed suis laudem promereri. Quam rem Ethnici quoq;
 sapientes intellexerunt: quorum est illa sententia;

Nam genus, & proanos, & quæ non fecimus ipsi

Vix ea nostra putamus

Cum igitur (vt ad institutum redeamus) carnalis hæc nobilitas nul-
 lius apud sapientissimum illum rerum æstimatorem pretij sit, alia
 causa quaerenda est, cur tanto studio tum in veteri, tum in nouo testa-
 mento familias omnes, & earum genus describi voluerit. Atque vt
 alias causas omittamus, hæc præcipua esse videtur; quod hac ratione
 veritatis atque promissionis diuinæ veritas constare poterat. Promi-
 15 serat quippe Deus tum Abraham, tum Dauidi, ex eorum sobole mun-
 di Saluatorem esse nasciturum: ideoque necesse erat, vt vtriusque ge-
 neris ratio diligentissima haberetur: vt Deum in promissis fidelē
 atque veracem agnosceremus. Vix autem explicari potest, quā mul-
 tis modis hanc ipsam Dei fidē & veritatē Spiritus sanctus in sacris li-
 teris patefacere curauerit. Nam & Deum ipsum in Psalmo Deum veritatis
 appellat: ait enim; Redemisti me Domine, Deus veritatis. Et
 Psal. 30. alibi, Misericordia, inquit, ædificabitur in caelis, præparabitur veritas
 Psal. 88. tua in eis: hoc est, tam firma & stabilis promissionum tuarum veritas
 erit, quam sunt ipsi caeli, in quibus ea descripta est, ne intercidere vn-
 quam possit. Passim autem in sacra historia animaduertere etiā licet,
 Exod. 8. vbi aliquid impletum est, quod Dominus antē vel comminatus fue-
 rat, vel promiserat, hæc statim verba adnecti; Iuxta verbum Domini, 16
 Ierem. 26. quod loquutus fuerat in manu huius vel illius Prophetae. Cur autem
 huius diuinæ veritatis & fidei constantiā adeo cōspiciuā nobis Deus
 esse voluerit, non solum ipsius gloria, sed ingens etiā vtilitas nostra in
 causa est. Quid enim magis ad fidē nostram confirmandā, & spē eri-
 gendam, quā in diuinæ veritatis firmitudo iuuat? Hinc regius Psaltes,
 Psal. 90. Scuto, inquit, circū dabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno.
 Veritas enim qua Deus pijs hominibus tutelā, & patrocinij suū,
 atq; paternā curā in literis sanctis passim promittit, velut impenetra-
 bile scutum est, quod nullæ dæmonij sagittæ, nulla aduersantis mundi
 machinæ percurrere queant. Cælit enim potius ruere, terra incēdio
 deflagrare, quā in diuinā promissionū veritas vllō modo cōcidere
 poterit. Ad hoc autē velut asylum regius Propheta post cædū illum
 lapsum

Psal. 30.

Psal. 88.

Exod. 8.

Ierem. 26.

Psal. 90.

17 lapsum confugiebat, cum diceret; Miserefer mei Deus secundum ma-
 gnā misericordiam tuam &c. vt iustificeris in sermonibus tuis, &
 vincas cum iudicaris. Quod perinde est ac si diceret; Promissisti opē
 & misericordiam tuam, atque errorum veniam his qui supplicatq;
 demisso animo opem tuam implorant: hanc ergo mihi nunc im-
 pendī peto, vt te homines iustum atque veracem in promissionibus
 cuius hoc exemplo agnoscant. Ad idem quoque præsidium Moyses in
 illa magna ita Domini aduersus perfidum populum (quem delere ob
 conflatum vitulum volebat) confugit, cum illum veritatis & promi-
 18 sionis suæ admonuit, qua terram Chananaeorum patribus eorum pol-
 licitus fuerat. Ad eandem nos item confugere debemus, cum miseri-
 cordiam Domini, propter Christi filij eius merita, postulamus, veridi-
 cam illam eiusdem promissionē allegantes, Amen, amen dico vobis, si
 19 quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Cum igitur tam
 magnū vitæ nostræ præsidijū in veritatē diuinæ firmitate potitū sit,
 nihil mirum, si tum in præsentī Euangelio, tum in omnibus scriptu-
 ris sanctis, tanta cura Dominus veritatis suæ constantiam testatam
 mundo esse voluerit. Non solum enim suæ gloriæ, sed nostræ etiam
 salutī hac in re paterna charitate & cura prospiciebat.

Hac item generis sui descriptione, immensa diuinæ bonitatis &
 charitatis amplitudo atque dignatio commendatur; quæ eō vsq; no-
 stri gratia maiestatis suæ celsitudinem deiecit, vt carnem ex his homi-
 nibus sumere vellet, quorum multi impuri, perfidi, atque sacrilegi ex-
 titerunt. Vnde & ex mulieribus solæ memorantur, quæ vel peccatri-
 ces fuerunt, vel ab Ethnicis parentibus genus ducebant: quales Ruth
 Moabitica, & Thamar, & Berthee Viræ vxor extiterunt. Quāta ergo illa
 20 dignatio, quāta pietas, quæ tales parētes habere salutis nostræ gratia
 nō erubuit? Vt enim medicorū est, ægrotorū excrementa, & alia quæ
 memoratu indigna sunt, nō horrere, quōd ægrotorū salutī prospiciāt:
 ita cælestis ille medicus, qui peccata mūdi curaturus adueniat, neq;
 peccatorū genus, neq; peccatorū cōubernia & mēsam dedignari de-
 buit, sicut ipse ait; Nō est opus valētibus medicus, sed malē habētibus.
 21 Hac item ratione non modō pietatis dignationem, sed etiam promi-
 sionis & gratiæ suæ magnitudinē declarauit. Hæc enim generis hu-
 militas, hæc ayorū series apertē docet, quocūq; immēsa illa celsitudo
 nostri causa descēderit, vt qui in celo patre habet omnipotētē Deū,
 potes etiam habere in terra, nō solum homines, sed nonnullos etiā
 impios & sceleratos homines, ex quorū stirpe genus duceret. Quis er-
 go iam dubitare poterit, certa esse quæ per Deum hominem promit-
 tuntur;

Num. 14.

Ioan. 15.

Simil.

Matth. 9.

tuntur, cum ipsum Deum factum hominem videat? Quis dubitare poterit, homines diuinæ naturæ participes fieri posse, qui Deum videat humanæ naturæ participem effectum esse? Longè enim maius est, assumptione veræ carnis Deum hominem fieri, quam homines diuini spiritus participatione in diuinam similitudinem transformari. Maius est, Deum ad terram descendere, quam homines eius gratiæ ope sublato in cælum conscendere. Maius est, Deum ad humilia nostra demitti, quam hominem ad Dei sublimia eleuari. Denique maius est, sempiternum Patris Verbum, hoc est, purissimum spiritum carne vestiri, quam carnalem hominem Spiritus sancti virtute in spirituales creaturas, & nouum hominem renouari. Hęc igitur tanta Dei nostri humilitas, promissæ dignitatis, quę per Euangelium nobis exhibetur, fidem facit. ¶ Nec modò fidem facit, sed etiam beneficii magnitudinem amplificat. Nec enim immensæ illius sapientiæ erat, vsque adeò maiestatis suæ celsitudinem deicere, nisi nos in immensum domo suo vellet attollere, neque tantum (vt ita dixerim) expensarum infumere, vt exiguis nos beneficijs afficeret, cum finis, & ea quæ ad finem instituta sunt, cohærere inter se & consonare debeant. Maximum ergo Dominus in mētibus nostris opus erigere decreuit, qui tam alta operis huius fundamenta iecit. Hoc autem totum sancti huius Euangelij principium nobis innuit; [*Liber generationis Iesu Christi, filij David;*] hoc est, liber in quo nouum filij Dei genus describitur, per quod, qui in forma Dei erat, nouum generis, & hominis formam, propter hominum salutem constituendam, assumere dignatus est. Hęc de Euangelica lectione præfati, ad sacratissimæ Virginis laudes prædicandas propius accedamus.

SECUNDA PARS. §. II.

22

¶ Si hominibus ea felicitas contigisset, vt spirituales opes, & immensa diuinæ largitatis beneficia iustis ponderibus librarent, felicissimum planè nos hodiè nuntium asportare crederent, cum beatissimæ Virginis natiuitatem, quæ hodierna die celebratur, illis denuntiamus. Cum enim redemptionis humanę beneficium, splendoris sui magnitudine cæteris diuinis beneficijs obscuritatem afferat, mentesque piorū miralucedine reficiat, nō poterit non felicissimū nuntium existimari, quod tanti beneficii exordium cōtinet. Natiuitas enim Virginis, natiuitatis & in carnationis Dominicæ principium extitit. Certè Patribus illis, qui tādium redemptoris sui aduentū in limbo expectabant, nihil potius felicius nuntiarī, quam quod esset iam in mūdo nata ea Virgo, quæ redemptorē & liberatorē suum erat paritura. A Egroti, qui vehemētissimō

tota

Simil.

33 tota nocte febris ardore vexantur, solent anxie Solis ortum desiderare; quod vel splendore lucis, vel medici aduentu, vel familiarium amicorum colloquio partem aliquam molestiæ suæ leuari posse credunt. Itaque cum vel tenuissimum surgentis auroræ radii præferrent, respirare & lætari incipiunt; quod proximum esse iam Solis ortum intelligant. Hoc ergo exemplo, fratres, conijcere vt cumque licebit, quo gaudio sanctæ illæ Patrum animæ perfulsunt (quorum spes omnis ab aduentu Christi pendebat) cum post longissimam tot annorum noctem, crepusculum hoc, id est, venturæ lucis signum in beatæ Virginis natiuitate cōspicerent. Exorta enim aurora, hoc est, Christi matre; vicinum Solis iustitiæ aduentum esse intelligebant, cuius ope à te nebris in lucem, & à vinculis illis & cæco carcere, in libertatem & gloriam filiorum Dei vindicandi erant. ROMAN. 8.

24 Hodiè enim fortis illa mulier nata est, quæ caput serpentis antiqui per filium suum erat contritura: hodiè paradisi voluptatis confusus est, in quo nouus Adam erat collocandus, quem nec serpens deciperet, nec arboris interdictæ fructus alliceret: hodiè delecta terra est, in qua pretiosum illud frumenti granum erat nasciturū, quod vbi mortuum fuisset, ingentem mundo fructum erat allaturum: hodiè magnificum illud templum extructum est, in quo vera Dei arca, hoc est, sacra Christi humanitas collocanda erat: hodiè thronus aureus fabricatus est, in quo sedem sibi Rex ille pacificus eligeret, qui venerat, vt faceret iudicium, & iustitiam in terra. Cuius quidem imaginem thronus ille gerebat, quem adeò mirabili artificio Rex Salomon fabricatus est: de quo sic in libris Regum scribitur: Fecit Salomon thronum ex ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex

Iodh. 12.

3. Reg. 10.

35 gradus: & summitas throni rotunda erat in parte posteriori, & duæ manus hinc & inde tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas, & duodecim leuiculi stabant super sex gradus hinc & inde. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. Vt igitur throni huius mysterium excutiamus, satis constat, Salomonem regē tyrum Domini Saluatoris gessisse. Illa namque rerum omnium opulentiæ, quæ sub eius imperio prædicatur (in quo tanta erat abundantia argenti, quanta & lapidum: & cedrorum, quasi syluestrium lignorum) celestium diuitiarum & gratiarum abundantiam, & imperturbabiles diuitias, quas Christus Dominus atulit in mundum, designat. De eisdem verò regius Propheta cum Christo loquens agit: Vilitasti terræ, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Thronus verò, quæ hic Salomon nosler fabricauit, Ecclesia est. Quicquid autē Ecclesiæ con-

3. Reg. 10.

Ephes. 3.

Psal. 54.

Q

uenit.

uenit, singulari ratione sacratissima Virgini conuenit, quæ nobilissima Ecclesiæ pars est. Ea est igitur veri Salomonis thronus: in cuius anima & corpore idem placidissimè requieuit. ¶ Erat autem hic thronus ex ebore: quod appositisimè Virginitatis puritatem significat. Ebur enim & candidum, & vehementer frigidum esse dicitur: quod utrūque virgineo pudori maximè conuenit. Nam & candore suo virginitatis puritatem, & frigiditate immunitatem ab omni impuro carnis ardore designat. Hic autem Virginalis candor, hæc tanta puritas, cui magis quàm huic virginum Virgino conueniat; quæ singulari priuilegio gaudium matris habens cum virginitatis honore; nec primæ filie, nisi est, nec habere sequentem?

Apocaj.

Erat præterea thronus hic vestitus auro, & quidem auro fuluo nimis. Non arbitrator ignorare vos fratres, auro (quod metallorum omnium nobilissimum est) charitatem, quæ virtutum omnium præstantissima est, significari. Hoc enim est aurum illud, quod solus donare Deus potest, & à quo solo emi debere ipse in Apocalypsi docet. Verùm cum in auro quidam nobilitatis gradus existant, propter quos aurum auro (vt ita dixerim) defæcatus & splendidus est, hoc aurum, quo eburneus ille thronus vestiebatur, fuluum nimis, hoc est, splendidissimum & purissimum erat. Quid autè magis singularè beatissimæ Virginis charitatem, quàm huiusmodi aurum adubrare potuit? Alij namq; sancti Deum quidè vt Deum & conditorè atque parentè suum, nemo autè vt filium dilexit: at huic sanctissimæ Virgini singulari priuilegio concessum est, vt Deum ipsum non modò vt Deum atque parentem, sed etiam vt verum filium, Spiritus sancti virtute conceptum, & in lucem editum, incomparabili amore diligeret. Quæ quidem dilectio, mira quotidie, imò per singulas horas incrementa maiora capiebat. Verè enim ac pie credendum est, nunquam Virginem oculos in filium coniecisse, quin ardentissimis amoris facibus sacratissimum eius pectus incenderetur.

Constat præterea, parènti erga filios amorè variè in diuersis ætatu gradibus affici solere. Aliter enim erga adultos filios, aliter erga infantes, aliter erga pubescentes afficiuntur. Adultos enim fortius, paruulos autè bladius atq; tenerius amare solèt. Hoc idè in beatissimæ Virginis dilectione erga filium, christiana pietas cogitare debet: cuius dilectio varijs mirisq; modis in diuersis filij ætatibus augebatur. Neq; em quæ humanæ naturæ propria sunt, à sanctissima Virgine remouere debemus, ne dum naturam deprimimus, naturam conditorè accusare videamur. Quo igitur affectu infantè puerum diligebat, cum illum in sinu suo

29 suo lactabat, & virgine lactis guttas ori eius instillabat; quæ tamè sciebat in sinu recumbentè, Solis, Lunæ, syderum, atq; celestium orbium cõuersiones moderari? Quo itè affectu erga eundè duo decim annos natum in illo pubescētis ætatis flore rapiebatur; quo tẽpore amissum illum inter Doctores in templo reperit? Quæ igitur dicendi vis huius dilectionis magnitudine in his ætatum incrementis, quoties amantissimos in amantissimum filium oculos conijciebat, explicare queat? De beata Catharina Senensi legimus, quòd accepta sacra Eucharistia, tanta diuinæ suauitatis dulcedine repleteret, vt duarum vel trium horarum spatio sic in spiritu absorberetur, vt omnè prorsus sentendi vim amitteret; adeò, vt expuncta, & grauius sauciata, nihil omnino sentiret. Si ergo sancta hæc Virgo sic afficiebatur, cum Christum Dñm, sub panis specie velatum, fidei oculis aspiceret; quid Dei matrè, tanto maiori sanctitate & charitate præditã, sensisse credèdum est, quæ eundem Christum nõ aliena specie rectum, sed in ipso suo decore, nec fidei solum, sed corporis etiã oculis cernebat? Itaque altius hunc Virginitatis affectum mihi cõsideranti, duo insignia miracula (vt alia prætermittam) in eius vita sese offerunt: alterum, quòd tot tantisque diuini Spiritus splendoribus irradiata Virgo, totq; charitatis iaculis vulnerata, vitam retinere potuerit. Constat enim multos vel ingenti aliqua lætitia, vel contrà magna aliqua & insolita tristitia affectos, vitam subitò amisisse. Quæ autem lætitia cum Virginitatis lætitia in filij puerperio & educatione: quæ verò tristitia cum eius tristitia in eiusdè passione comparari queat? Nonne igitur miraculi instar est, virgineum illud pectus inter tot talesq; interni hominis motus, disruptum minime fuisse? Alterum miraculum fuit, quòd cum purissimi eius oculi, 31 velut piscinæ Efebon, lachrymis perpetuò diffuissent, videndi tamen facultatem non amiserint. Fluxu enim assiduo lachrymarum oculis caliginem obfandi innuit D. Hieronymus, qui sanctissimam Paulam (vt is in eius vita memorat) obnixè rogabat, vt oculorum lachrymis parceret, ne à sacrarum literarum læctione impediatur. Quo modo autem Virgo sanctissima se à lachrymis continere potuisset, quoties paruulù ante se filium, & Deum magnum cõtemplabatur? Lachrymæ enim vt erumpunt dolore, sic lætitia manant. Hinc D. Aug. de seipso narrat, quòd in initio cõuersionis suæ fletet vberimè in hymnis & canticis, suae sonantis Ecclesiæ vocibus vehemèter affectus. Si igitur Ecclesiæ voces, quæ Christi mytheria vbique resonant, tantopere viri sancti animam afficiebant, quid ipsa Christi Domini præsentia, quid sacra humanitas in corde matris agerent? quas lachrymas elicerent? quos

Luca. 2.

Hierony.

August.

quos ardores excitarent? qua lætitia perfunderent? qua admiratione & stupore tâta maiestatis afficerent? Si enim deuotio, lachrymarum mater est, si sancti viri, cum diuina meditantur, à pijs lachrymis se cōtinere nequeunt; quid de illa sanctarum sanctissima Virgine credendum est, quæ semper diuina meditabatur, quæ Dei spiritu plena erat, quæ in Dei abyſſo mergebatur, quæ tota, sine vllō carnis impedimento, in diuinitatis formam quodammodo transierat, & in qua nullum ius aut caro, aut mundus, aut terrenum aliquid habebat?

Sed ad institutum redeunt, hanc virginæ charitatis magnitudinem nobis aurum illud nimis fuluum declarat. Sex verò illi gradus, quibus ad summum throni peruenitur, virtutum omnium plenitudinem designant: quibus fidelis anima ad hanc eleuatur dignitate, quæ beatæ illæ mentes in cœlo habet, quas thronos appellamus: in quibus singulari ratione residere Deus dicitur: qui in supræmæ hierarchiæ ordine collocatur. Hæc autem virtutum omnium plenitudo vbi copioſius quàm in sacra Virgine reperitur? Constat enim nullam quidem virtutem aut gratiam fuisse alicui Sanctorum concessam, quæ nõ eadem longè cumulatius atq; perfectius Virgini cōcessa fuerit. Ideoq; illi potissimum cōuenit, quod de huiusmodi fabrica in descriptionis eius sine dicitur, nempe quod nullum tale opus in regnis omnibus fuerit fabricatum. Neque enim aut in cœlo, aut in terra, aut inter homines, aut inter Angelos tâtam sanctitatis excellentiam agnouimus, quantam in Deipara Virgine fuisse certum est. Sicut enim nulla post Deum dignitas Dei genitricis maior; ita nulla sanctitatis prærogatiua sublimior. Sicut enim sacre humanitati Dñi Saluatoris tantæ gratiarum & virtutum opulentiã tribuimus, quantã maximã mētēs nostræ cōcipere possunt, vt quãdo Deũ humanitate nostra vestimus, digna sit tâta maiestate vestis; ita cum Dei filiũ habere matrẽ in terra cōstemur, digna sit tali filio mater. Cum enim Sapiens dicat: Dedecus filij pater sine honore; certũ est, dedecus vel decus matris ad filium maximè pertinere. Quæ cum ita sint, necessariò fatendũ est, sacram Virginẽ cunctorum hominum & Angelorum sanctitatem tantum superare, quantum ma terna eius dignitas omnes alias dignitates antecellit. Quid autẽ post Deum Dei matre sublimius? Huic autem dignitati, sanctitatis atque omnium eius gratiarum splendorem parem fuisse necesse est.

Sed cum hæc & multa alia de sacra huius Virginis laudibus prædicari possint, quid inter ista mihi maximè mirabile videatur, exponã. Si hæc sanctissima Virgo instar Annæ viduę vsq; ad octoginta annos nõquã discederet de tẽplo, ieiunij & orationib; seruiens die ac nocte:

vel

35 Vel si intra monasterij claustra vitam ageret, & tanquam oliua fructifera in domo Domini constituta, curiq; que seculi mortua, diuinis rebus semper intenta esset, non ita demirarer, potuisse eam ad tantę perfectionis culmen deuenire: sed cum sciam ipsam humili fabro despositam intra domesticos parietes pio coniugi deseruie, curam rerum domesticarum per se gerere (nec enim pauperis fabri sponsa, qui manibus victum quaritabat, ancillarum aut feruorum progenem habuisse credenda est) hoc mihi maximè mirabile viderur, quòd his officijs & familiaribus negotijs intenta, ad tantam potuerit virtutum celsitudinem peruenire, quæ animum maximè liberum & vacatẽ, nullisq; que curis aut negotijs impeditum requirit. Quod quidem ad eò verũ est, vt Seneca dixerit, neminem vnquam ad bonam mentem peruenisse occupatum. Nec minus mirum est, non potuisse vnquam tot externa opera atque officia animum illius ab intuitu diuinitatis, hoc est, à diuinarum rerum contemplatione vel ad momentum abducere: ad eò mens eius diuinitate quodammodo perfusa, ac Deo plena, in Deum ita transierat, vt sine Deo viuere, aut spirare non posset. Itaque sicut tutelares Angeli, quorum fidei commissi sumus, sic rebus nostris intendunt, vt nunquam à diuinæ pulchritudinis contemplatione deducantur: sic beatissima Virgo inter homines versans, & humana negotia gerens, nunquam illis ita implicabatur, vt à Dei conspectu mentis oculos auerteret. Si quis autem à me querat, vnde in anima, carcere corporis inclusa, & pondere mortalitatis pressa, hæc Angelicæ puritatis imitatio, & cœlestis vitæ conuersatio orta fuerit; planè respõdebo, id ardentissimæ charitatis eius singulare munus fuisse. Constat enim verum esse quòd frequenter audistis, animam quidem magis ibi esse vbi amat, quàm vbi vitam inſpiret. Ea enim ingentis amoris vis & natura est, vt ad dilecti præsentiam ardentissimo desiderio semper aspi ret, in qua summo gaudio, maximisq; delicijs fruitur: quibus, velut spiritali quodam glutino, dilecto suo indissolubili societate coniungitur. Quid ergo mirum, si hæc Virgo sanctissima, quæ supra Sãctos omnes diuini amoris facibus iustammata erat, in cœlo semper corde & cogitatione esset, quæ totum amoris sui thesaurum ibidem fixum immotumq; habebat? Vt enim lucernæ flamma, quamuis grauis & ponderosi corporis mole prematur, ipsa tamen naturali vi ac propensione sua ad supera loca nititur, eoq; que flammam suas continenter attollit: sic sanctissima Virginis anima, quamuis graui & mortali corpore, quod ad ima deurgit, inclusa esset, igne tamen diuinæ dilectionis incessabili ardore ad supera tendebat. Quia verò hic cœlestis ignis

ignis non ad tempus illi datus, sed perpetuus vitae eius comes exitit: 38
ideo nihil mirum, si cogitatione esset in caelo, quæ caelestem semper
ignem gestabat in corde.

TERTIA PARS. §. III.

¶ Hactenus de sanctissimæ Virginis laudibus dictum sit, per quas illa
veri Salomonis thronus effecta est. Sed quid nobis hæc Virginis di-
gnitas conferet, si nos eam imitari negligamus? quid, inquam, nobis
conferet, illam Dei thronum effectam esse, nisi nos quoque pro mo-
dulo nostro eiusdem thronus efficiamur? Necesse enim est mentem
nostram vel Dei, vel dæmonis sedem esse. Quod si Dei non sumus,
cuius nisi dæmonis erimus? Sic enim Apostolus ait; Si quis nõ habet
spiritum Christi, hic non est eius. Ergo danda nobis opera est, vt Dei
thrõni ad huius quem descriptimus similitudinẽ efficiamur. Ad hoc
autem prima cura esse debet, vt corporis & animæ pudicitiam, quam 39
ebore designari diximus, immaculato pudore custodiamus; idque tā-
ta cura, vt non modò corpus ipsum, sed omnes etiam corporis sensus
mentis castitati famulentur. Hoc enim Apostolus à nobis requirit,
cũ Timotheum admonet, vt inter scēmas versetur in omni casti-
tate. Quid est autem in omni castitate conuersari, nisi vt habitus, vt
incessus, vt verba, vt opera, vt oculi, vt aures, vt lingua etiam ac sensus
omnes, castitatis puritatem spirare videantur; dum nihil turpe, nihil
inhonestum, nihil, quod cuiusquam oculos vel aures offendat, in no-
stris moribus inuenitur? Hac autem tam multiplici custodia castitas
eget, propterea quòd per hos omnes corporis sensus aditum sibi dæ-
mon aperire conetur, vt inestimabilem virtutis huius thesaurum no-
bis eripiat. Quocirca quemadmodum arces, quæ in hostium confini-
bus sitæ sunt, vallibus, & fossis, ceterisque propugnaculis propter hostiũ 40
incurSIONES & insidias munire solemus: ita virtus hæc, quæ omni stu-
dio atque conatu generis humani hostis impetere solet, hac vigili ca-
ra & sollicitudine sepienda atque vallanda est. Constat enim verũ esse
quod D. Bernar. ait, Inter omnia prælia christianorum, periculosiora
esse certamina castitatis: vbi quotidiana pugna, & rara victoria. Nec
enim importunus ille castitatis hostis nos aliquando vel respirare si-
nit, vel inducias præbet; sed omni tempore ad extremum vsque vitæ
spiritum impugnare non cessat; vt saltem importunitate vincat, quos
prauæ suggestiõnis inaperu superare non potest. Aiunt Physici, Rhi-
nocerotem ad eò serum & immite animal esse, vt nunquam, vel lon-
gissimo etiam tempore, ad homines assuescat; cum cætera tamen ci-
curentur, & assuescant. Hoc ipsum de impuræ carnis concupiscentia
verè

41 Verè dicere licet. Alios enim turbidos animæ nostræ motus, longa
dies, & virtutis vsus vel sopire, vel extinguere solet: hæc autem pestis
vix vnquam serpere, & sollicitare mentem iuit. Constat enim inueni-
ri multos Dei seruos, qui quadraginta aut quinquaginta etiam anno-
rum spatio, neque opere, neque cogitatione, neque alia ratione casti-
tatis integritatem violauerint; neque tam longo virtutis vsu rebelles
à se carnis motus prorsus excusserint; nec minus illis in senectute
quàm in iuuentute aduersus hũc Rhinocerotè castitatis armis assidue
pugnandum sit. Quocirca, qui quis virtutem hæc ad finem vsque vitæ
integram illibatamque seruauerit, spiritualis cuiusdã martyrij præ-
mium propositum sibi esse sciat: quod non quidem repentina mor-
te, sed longissima pugna & victoria comparatur. Quo etiam nomine
sancti Patres diurnam castitatem ebori comparant: quia sicut ebur 42
antiquum candorem in ruborem veritatis diurna atque perpetua
castitas, non modò castitatis laudem, sed spiritualis etiam martyrij co-
ronam promeretur. Vt hanc igitur tãtam gloriam adipisci valeamus,
& tota vita strenuè dimicandum est, & caro ipsa inedia extenuanda,
& luxu insolescat; & cunctis sensibus ac præcipuè oculis, diligēs ad-
hibenda custodia est; ne mors (quod Dauidi contigit) per has fene-
stras in mentem nostram ingrediatur. Quisquis igitur hoc modo pu-
dicitæ candorem seruat, thronus Dei ex ebore factus est. Verissimè
namque beata Lucia impuro iudici dixit, Castè viuente tempore
esse Spiritus sancti.

Verum hic thronus auro vestiendus est, & quidem fuluo nimis.
Auro autem charitatem significari paulò antè diximus. Quòd autem
hæc virtus mentes hominum, Dei quoque sedes efficiat, aperte Ioan-
43 nes Euangelista confitetur, cum ait; Deus charitas est, & qui manet
in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hoc autem auro omnia
opera nostra vestire atque ornare monet Apostolus, cum ait; Omnia
vestra in charitate fiant. quam sententiam latius alibi declarat his
verbis; Siue comeditis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, in gloriã
Dei facite: hoc est, charitate & amore Dei inducti ea facite. Hac
enim ratione fit, vt non modò præclara virtutum opéra, sed ea etiam
quæ ad vsuam vitæ necessaria sunt (vt comedere, bibere, dormire,
atque animi intentionem modeste aliquando relaxare) Deo grata &
æterna vita digna efficiantur.

Non temerè autem aurum hoc fuluum nimis fuisse dicitur. Hoc
enim verbum in solam charitatis virtutem maximè quadrat, in qua
nihil modicum, nihil nimis est. Vt enim D. Bernar. ait, Causa Deum
diligendi,

diligendi, Deus est; modus est, sine modo diligere. Hoc autem in mo-
 rales virtutes minimè cadit, in quibus vitio datur, quicquid nimium
 & immodicum est. ¶ Hic etiam fulgor, sicut in auro puritatem (quæ
 omni peregrina materia vacat) ita in charitate, eiusdem puritatè de-
 signat: quæ ea sinceritate Deum diligit, vt nihil in illo, præter illum,
 diligat; neque ad emolumenta propria eius amorem referat. Rectè
 enim D. Augustinus, Minus te, inquit, Domine amat, qui tecum ali-
 quid amat, quod non propter te amat. Hoc est enim quod nos sancti
 Patres admonent, cum nõ in Dei donis atque beneficijs, sed in Deo
 quiescendum esse monent: ipsum videlicet propter ipsum, non pro-
 pter eius merita diligentes: nec in eius muneribus, sed in vno ipso glo-
 riantes. Talis enim charitas auro nimis fuluo comparatur.

Additur in summo throni leones duo, qui vtriusque collocati ma-
 nibus sedile tenent, atque sustentant. Quid verò sedè hæc, id est, homi-
 nis mentè in officio cõtenet, nisi diuina gratia simul cù hominis labo-
 re & industria? Quid enim homo hac gratia destitutus Deo grati-
 ficare poterit, cum Dñs dicat, Sine me nihil potestis facere? Quid ve-
 rò eadem gratia homine dormiente atque oscitante efficere queat?
 Vtriusque ergo simul iungendum est, quemadmodum Apostolus exemplo
 suo ostendit, cum ait, Abundatius omnibus laboraui; non ego solus,
 sed gratia Dei mecum. Ad hoc autè Dominus nos per Prophetam inui-
 tat, cum ait, Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Cum enim
 is ait, Ego conuertar ad vos, apertè gratiæ suæ auxiliũ promittit, quæ
 præcipua boni operis causa est. Ideoque assiduis eam clamoribus ab
 ipso postulare debemus, illa Sapientia verba repetentes; Mitte illam
 Domine de sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret:
 vt sciam quid acceptum sit coram te: omni tempore. Cum verò idè
 ait, Conuertimini ad me; libertatis & officij nostri nos admonet, atque
 operam & laborem nostrum à nobis exigit. Quæ quidem sententia
 illos præcipuè accusat, qui totum salutis suæ negotium in diuinam
 gratiam & misericordiam reiecerunt: qui tamen hoc ipso misericordia
 indigni sunt, quòd eam inertia atque fociordia suæ causam faciunt:
 cum Deus non stertentibus ac dormitantibus, sed vigilantibus, & la-
 borantibus eam promittat. Hoc est igitur quod duobus his leonibus,
 qui summum throni sedile tenent, arbitrò significari.

Possumus etiã per eosdè duo charitatis præcepta, quæ totius diuinæ
 legis summã cõtinèt, nõ incõgruè designari. Hoc em̄ præceptũ habe-
 mus à Deo, vt qui diligit Deũ, diligit & fratrem suũ. Quod cõtrã nõ nõ
 li faciũt, qui cum assidue precibus & meditationibus incubãt, quibus
 charitas

47 charitas in Deum præcipuè comparatur, ad obsequia tamen fratrum
 suorum (cum præsertim aliqua necessitate premuntur) tardiores sunt:
 quòd ijs animi sui quietem & tranquillitatem aliquatenus perturba-
 ri dicant. Quicunque tales sunt, illud D. Augustini meminisse debet; *August.*
 Otium sanctum querit charitas, negotium sanctum exigit neces-
 sitas charitatis; quæ si non vrgeat, diuinæ veritatis contemplationi
 vacandum est. Cum ergo proximus opera nostra indiget cum neces-
 sitate premitur, illa sanè contemplationis quies deferenda est, vt indi-
 genti fratri, imò Christo in fratre laboranti subueniamus. Semper
 enim sacrificia iustitiæ voluntarijs anteferenda sunt; illud quæ Samue-
 lis semper ante oculos habendum; Melior est obedientia quam victi-
 mæ. Obedientia enim necessitatis, victima verò voluntatis, ac deuo-
 tionis nostræ est. *1. Reg. 15.*

§. IIII.

48 ¶ Sequuntur deinde sex gradus, quibus ad summum throni sedile
 peruenitur. Sedile autem hoc, in quo noster Salomon sedet, puritas
 cordis est. Quam quidem puritatem (quæ ab omni carnalium affe-
 ctuum contagio pura & immunis est) spiritualis vitæ scopum esse latè
 Ioannes Calsianus in prima collatione disserit. Hæc enim puram & *Ioannes*
 pacatam animam, Deoque (quatenus fragilitati nostræ licet) similem *Calsian.*
 effectam, miro charitatis vinculo auctori suo copulat atque cõiungit,
 atque summi Salomonis thronum efficit. Sex verò gradibus, quibus
 ad hoc sedile ascenditur, virtutum omnium plenitudinem significari
 diximus: quæ huic puritati consequendæ deseruit. Eius enim gratia
 (vt idem Calsianus ait) solitudo sectanda, & cætera religioz vitæ *Idem.*
 studia colenda sunt. Propter hanc enim ieiunia, vigiliæ, labores, cor-
 poris nuditatem, lectionem, cætera quæ virtutes debere nos suscipere
 ait, vt per illas ab omnibus passionibus noxijs cor purum & immu-
 ne conseruare possimus. His enim virtutibus defæcata mens, & ab
 omnibus carnis sordibus repurgata, & spiritualis effecta, Deo (qui pu-
 rissimus spiritus est) facillè iungitur, & copulatur. Sicut enim quæ dis-
 similia sunt, à se inuicem separantur; quæ que vicina & cognata sunt, *Simil.*
 facillimè coniunguntur (sic enim videmus ardentis lucernæ flammã
 ingenti igni admotam, à maiori ignis flamma corripi, & sibi copula-
 ri) ita summus ille atque purissimus spiritus, vt carnales homines, tan-
 quam sibi dissimiles, à se abigit, sic spirituales, tanquam sibi similes, at-
 que cognatos, eiusdemque puritatis confortes, ad se trahit, & secum
 ineffabili quadam ratione conglutinat.

Sed quid est quòd duo leunculi in singulis huius throni gradibus
 Tom. ij. R vtriusque

verinque positi esse perhibentur? Hoc planè esse arbitròr quod
 2. Cor. 6. Apostolus præcipit, vt iustitiæ armis à dextris & sinistris muniti
 Deut. 17. incedamus: quodque ipse Dominus frequenter in lege sua mo-
 net, cum exposita mandatorum suorum via præcipit ne ab ea siue
 ad dexteram, siue ad sinistram declinemus: hoc est, ne vel
 secundis rebus elati, vel aduersis deiectioni, ab ea via, quam ipse no-
 bis ostendit, declinemus. Sunt enim qui per itinera planiora in of-
 fenso pede gradientes, in confragosis & impeditis corruunt: con-
 trà verò alij sunt, quos confragosa iuuant, planiora verò lapsuum
 51 materiam subministrant. Petrus tranquillo mari ad Dominum per-
 vndas securus & lætus incedebat: qui tamen vbi vehementiorem
 auram spirare vidit, animo simul & corpore concidens submer-
 gi cœpit. Contrà verò David aduersis rebus eruditus magis quàm
 elatus, dicere verè potuit; In terra deserta, inuina, & inaquosa, si-
 cut in sancto, siue in sanctuario apparui tibi: idem tamen con-
 stituito regno; subactisque finitimis nationibus, secundis rebus
 elatus, populum vana & superba curiositate numerari iussit, &
 2. Par. 27. aliena vxore per summum scelus violata, innocentis viri se fan-
 2. Reg. 11. guine cruentauit. Ne igitur cum per hanc viam ingredimur, vel
 secunda nos aura, vel inimica, ab ea via deducat, iubemur ar-
 ma iustitiæ capere, quibus à dextris & sinistris instructi, securè
 52 incedamus. Vt enim D. Augusti. ait, duplicem aciem mundus
 August. contra Christi milites instruit. Blanditur enim vt decipiat, ter-
 ret vt frangat. Quo circa non nos teneat propria voluntas, non
 nos terreat aliena crudelitas, & victus est mundus. Hoc est autem à
 dextris & sinistris esse armatum. Sic armata fuerunt sanctæ illa vir-
 gines, Agnes, Agatha, Dorothea, Catharina, Margarita, cæteræque 52
 similes, quæ Tyrannos modò blandientes, modò terrentes, modò
 promissis inuitantes, modò atrocissima supplicia comminantes, pari
 animo contempserunt: vt pote quæ à dextris & sinistris, diuinis armis
 septæ atque munitæ erant.

Sed quoniam, vt ait ad Lucillum Seneca, difficilior est
 tristitia perfringere, quàm læta moderari, ideo fortitudine at-
 que robore animi magis indigemus ad ea quæ virtutibus ob-
 stant superanda. ¶ Adde etiam, quòd ad impetranda Dei do-
 na mirè labor adiuuat, precationis studio coniunctus. Hinc
 53 Diuus Bonauentura in Meditationibus vitæ Christi refert, bea-
 tam Virginem sanctæ Elisabeth viduæ, vitæ suæ rationem & ordi-
 nem explicuisse. Inter alia verò studia, quæ ibidem comme-
 morat,

53 morat, hoc etiam addit, se, excepta ea gratiæ plenitudine, quam
 in vtero matris posita recepit, ornem aliam gratiam, & cœle-
 stia dona, non sine magno labore, continua oratione, ardenti
 desiderio, & profunda deuotione, multisque lachrymis percep-
 sisse: addiditque; Illud igitur persuasum tibi esse debet, nullam
 virtutem, nullaque cœlestia dona (nisi præter communem ordi-
 nem Deus aliquid moliat) sine orationis studio; & corporis af-
 flictione comparari. Hactenus verba Virginis: quibus intelligere
 licet, quantopere in ea proficiendi studium vigerit. Quo in lo-
 54 co meritò Diuus Bernardus quarit, quo modo simul cohereant,
 quòd Gabriel Angelus Virginem quidem prius gratia plenam, dein-
 de gratiam apud Deum inuenisse dicat. Quomodo enim aliquis
 quarat id quo plenus est? Cui quæstioni idem respondet his ver-
 bis; Digna prorsus inuenire, cui propria non sufficit plenitudo,
 nec suo est contenta bono. Hoc autem illos præcipuè accusat, qui
 sibi sufficere iudicantes, vterius in virtutis studio progredi nolunt.
 Audeo dicere, eos, qui tibi ita placent, nondum hoc iter in cœ-
 lum ingressos fuisse, cum scriptum sit; Qui edunt me, adhuc esur-
 rient, & qui bibunt me, adhuc sitient. ¶ Sed vt ad institutum re-
 redeamus: cum hac Virginis sententia, quæ corporis laborem simul
 & orationem commendat, sacerdotis Eliachim sententia maxime
 55 cohæret. Ad filios quippè Israel, ab exercitu Holofernis obfessos,
 & in magna calamitate positos ait; Scitote, quòd exaudiet Domi-
 nus orationes vestras, si manentes manseritis in ieiunijs & oratio-
 56 nibus in conspectu eius. Quæ cum ita sint fratres, quicumque cœ-
 lestibus donis (quæ omnem sensum exuperant) affluere concu-
 piscitis, quicumque ad hanc gloriam peruenire desideratis, vt veri
 Salomonis throni & sedes efficiamini, accingite fortitudine lum-
 bos vestros, & in hoc totis viribus incumbite, vt omnibus throni
 huius ornamentis mentes vestras excolatis: quatenus in vobis
 Deus habitare, & diuinitatis, puritatis, sanctitatis, delicia-
 57 riarum, ac donorum suorum, ac tandem immortalis
 gloriæ & gloriæ suæ participes efficiere
 dignetur.

Bernar.

Iudth. 4.

Philip. 4.

R. 2. IN

IN EADEM NATIVITATE BEATISSIMÆ Virginis Mariæ Concio tertia; in qua de mirabili Euangelij virtute & gratia, simulque de sacræ Virginis dignitate disseritur.

T H E. Liber generationis Iesu Christi, filij David. Matth. i.



Quamuis hic liber generationis Christi esse dicatur, satis tamen constat vel ex ipso libri titulo (qui est; Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Matthæum); totius etiam Euangelij, omniumque mysteriorum Christi historiam in eo texti. Quia verò hoc ipso die beatissimæ Virginis natiuitatem (quæ ipsius Euangelij, atque omnium beneficiorum Christi principium extitit) celebramus, nõ abs re futurum puto, si quid Euangelij nomen, & mysterium contineat, explicata uero. Omnes enim Euangelicæ legis professores sumus, omnes sacris diebus Euangelicam doctrinam audimus; sed non omnes, quid Euangelij nomen designet, satis intelligimus. Huius autem rei tractatio uehementer mentes nostras ad Redemptoris nostri amorem primum, deinde etiam ad salutarem timorem excitabit: qui duo affectus, uelut duo pedes sunt, quibus ea via, qua in cælum itur, ingredimur. Nihil enim deesse illi poterit, qui Dei timore & amore fuerit instructus. Vt igitur argumentum hoc piè & religiose tractare ualeamus, celestem opem, sacratissimæ Virginis intercessione, suppliciter imploremus.

AVE MARIA.

¶ Iam primum constat, inter innumeras virtutum & perfectionum Dei nostri laudes, immensam eius bonitatem maximè numerari. Hanc enim præcipuè celestis magister commendauit, cum adolescenti, se bonum appellanti, respondit, Quid me uocas bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus. Quamuis enim & Sancti omnes, & Angelicæ mentes diuinæ bonitatis participes sint, usque adeo tamen immensa Dei bonitas eminet, ut cætera bonitates non magis ante illam fulgeant, quam astra cæli ante meridianum Solem. ¶ Cum autem maximè proprium bonitatis sit, instar radiorum Solis in omnia se diffundere, opesque suas omnibus communicare; hæc illum bonitas impulit, ut hunc

Matth. 19.

Simil.

Simil.

hunc mundum tam miris multisque variarum rerum formis ornatum, sine ulla sua indigentia crearet. Hanc enim creationis mundi causam extitisse Plato quoque Philosophus confessus est. ¶ Quia uero is totius esse, omniumque perfectionum fons & origo est, non una eademque mensura se ipsum rebus communicauit. Quibusdam enim esse tantum contulit; ut elementis; quibusdam esse, & uiuere; ut plantis; quibusdam esse, uiuere, & sentire, ut brutis animantibus; quibusdam uero supra hæc omnia intelligendi vim, ut hominibus, & Angelis contulit. ¶ Ut autem bonitati bonorum suorum communitio: ita summæ bonitati summa quoque bonorum communitio cõuenit. Hoc autem summa illa bonitas præstitit: quæ se ipsam, hoc est, felicitatem, & gloriam (quæ solius diuinæ naturæ propria est) & Angelis, & hominibus (qui intelligentiæ participes sunt) liberalissimè communicare decreuit. Quæ quidem communitio nihil in hoc genere maius humana mens uel desiderare, uel cogitare potest.

Ad hoc autem primum hominem condidit, quem clarissimis virtutum cælestiumque donorum opibus instruxit, quibus ad hanc tantam gloriam præparari, & ea dignus effici posset; quasque, si in officio fideliter perstitisset, ad posteros quoque suos transfunderet. Verum ille huic tanto muneris ingratus, inobedienciæ suæ crimine & seipsum, & posteros quoque suos his tantis bonis spoliavit. ¶ Diuina tamen bonitas nec hoc quidem inobedienciæ scelere prouocata, à proposito sui destinatione cessauit. Itaque recenti adhuc commissi sceleris rebellione vigente, primam Euangelij lucem homini lapsa prætulit, cum ad serpentem (hoc est, dæmonem, tanti mali autorem) dixit; Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semem tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum: hoc est, ipsa potentiam tuam euertet, & regnum tuum (quod peccati regnum est) excindet. Hæc igitur prima Euangelicæ gratiæ, & redemptionis humanæ promissio, quæ per benedictum sanctissimæ Virginis fructum mundo offerenda erat; ut quoniam femina per virum mundo mortis uenenum propinauerat, femina quoque per virum, fructum uitæ, mundo porrigeret; hæc igitur, ut dixi, prima Euangelij institutio, qua remedium lapsi homini promissum fuit. Nunc superest, ut quale hoc diuinæ misericordiæ remedium fuerit, inspiciamus: ut sic tandem, quid sit Euangelium, & cur meritò faustum atque lætum nuntium appellari debeat, intelligamus.

Rem igitur à prima origine repetentes, animaduertendum est, hunc esse diuinæ sapientiæ morem, ut quando uel Dæmo-

Plato.

Genes. 3:

num malitia, vel prauorum hominum opera, quæ ipse decreuisset, im-
pedirentur, vsque aded à proposito sui destinatione non cessaret, vt
eadem ipsa quæ destinauerat, multò auctiora & meliora faceret. Nec
enim fas est, diuinæ sapientiæ consilia atque decreta cuiusquam ope-
ra aut malitia labefactari, ne quis aduersus illum gloriarì meritò pos-
sit. Subijciamus aliquot huius rei exèpla. ¶ Synagoga olim, hoc est,
Sponsa Dei electa, & Dei populus, Romanorum armis, propter ad-
missa scelera, vastatus, & ad interuersionem vsque deletus fuit. Pro
hoc ergo exiguò populo, vniuersum mundum; pro Synagoga, Eccle-
siam latè per orbem terrarum diffusam erexit; & pro vno templo, in
quo Deus colebatur, innumerà templa vbique terrarum fabricari fe-
cit. ¶ Prophetas quoque, eius populi patres atque magistros, cum ipso
populo sustulit; Lex enim & Prophetæ vsque ad Ioannem: At pro-
prios Prophetas, Apostolos nobis & Euangelistas, cæterosque; Euange-
licæ vitæ sectatores, Spiritu sancto plenos, contulit, quemadmodum
regius Vates ait; Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos
principes super omnem terram. ¶ Legem præterea veterem, quam illi po-
pulo tulerat, abrogauit: at pro lege veteri nouam legem, pro litera spi-
ritum; pro iugo legis importabili, Euangelij gratiam nobis contulit.
Quantum verò hæc noua lex, veterem, & Euangelium, legis literam
anteceat, D. Augustinus declarat his verbis; Legis litera, quæ docet
non esse peccandum, si Spiritus viuificans desit, occidit. Scire enim
peccatum facit potius quàm cauere; & ideo magis augeri, quàm mi-
nui; quia malæ concupiscentiæ, (quæ prohibitione augetur) etià præ-
uaricatio legis accedit. Denique quantum inter se, petere, & donare,
distans, tantum inter legem, & Euangelium discrimen est. Lex enim
petit; Euangelium donat. Lex quippè exigit ab hominibus plenam
omnium mandatorum obedientiam; Euangelium verò Spiritum, &
gratiam, & voluntatis propensionem ad hanc ipsam obedientiam ala-
criter præstandam donat. ¶ Ad hæc, arca fœderis Domini (quæ eius
olim gloria dicebatur) simul cum veteri illo templo sublata est: at pro
arca illa, quæ legis tabulas continebat, diuinitissimum Christi corpus
in omnium templorù sacrarijs, ad fideliù deuotionem excitadâ, asserua-
ri videmus. ¶ Sacrificia quoque legis illius per Christi mortem abro-
gata fuerunt, in quibus animalium sanguis propter hominum peccata
offerebatur: at Dñs pro illo pecudum sacrificio, sacratissimum cor-
poris & sanguinis sui sacrificiù in cunctis Ecclesiarum altaribus im-
molari constituit. Et quidè in veteribus illis sacrificijs, quæ pro pecca-
to offerebântur, sanguis pecudum offerebatur: quò significabatur, pec-

canta

10 cantè hominè, ob admissum scelus, sanguinis reum esse; Dei tamen
misericordia fieri, vt pro rei hominis sanguine, pecudum sanguis sub-
stitueretur: at in nostro sacrificio nõ agnorum, aut arietum, sed ipsius
vniuenti Dei pretiosus sanguis pro sceleribus nostris quotidie immo-
latur: cuius sacrificij vim & dignitatè A. postolus declarat his verbis;
Si sanguis taurorum, aut hircorum, & cinis vitulæ aspersus inquina-
tos sanctificat ad emundationem carnis: quantò magis sanguis Christi,
qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatù Deo,
emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, ad seruandum
Deo viuenti? ¶ Quòd si inter hæc aded magnifica Dei opera pusillù
addere licet, adiugam Ieremiæ librum, quem Dñi iussu scriptum per-
fidus Sedechias Rex conscidit, atque combusit. At ne impium Re-
gis facinus diuino decreto obfisteret, aliù similè librum Dominus ei-
dem Prophætæ scribere iussit, in quo, ait, sermones additi sunt plures
prioribus. Videtis ergo, fratres, verum esse quod idem Dñs per Pro-
phetam dixit; Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet:
adeoque non esse in vlla potestate consilij eius obfistere, vt quò ma-
gis vel Dæmonis, vel hominum malitia aduersus illius decreta nitatur,
hoc magis ille gloriam suam amplifcet. Accedit enim homo ad
cor altum, & exaltatur Deus, & maiora potentia suæ documenta
constituit.

Quorsum hæc? Certè ad Euangelicæ gratiæ explicationem, quæ pro-
misimus, spectat: quæ etià aliqua ex parte his quæ diximus declarata
est. Diximus enim, primo illi generis humani principi gratiæ & iustia-
tiæ, magnificæ; Dei munera & illi, & nobis (si is in fide & obedientia
permanisset) cõcessa fuisse: cum verò is Dæmone adnente (qui di-
uinitis consilij obfistere voluit) in vitroque, deliquisset, & sibi, & nobis
eadè dona amisit. Equum autem nõ erat, vt hostis ille fraudulentus
aduersus Deum gloriarì posset, seq; iactare, quod eius decreta atque cõsi-
lia inuertere potuisset. Quid igitur Dñs? Dignitatis & gloriæ suæ me-
mor, maioribus nos gratiæ & misericordiæ suæ muneribus quàm an-
tea donauit. Pro illa enim superba & inobedienti femina, feminam
nobis obediētæ, humilitatisque plenissimâ, in matrè contulit: cuius ho-
diè felicissimè natiuitatis diè celebramus. Pro illo verò primo paren-
te, qui nos inobediētia sua perdidit, aliù nobis parentè infinitis par-
tibus præstantiorè contulit. Pro mero namque homine, Deū & hominè,
pro superbo, humilem, pro seruo, filium, pro homine ex terra forma-
to, hominè de Spiritu sancto cõceptù, ac demù pro inobediētè, & in-
terdictæ arboris cibù inuadente, filiù ad mortè vsque, & mortè erucis

R 4

obediētiæ

obedientem. Quantum ergo inter Christum, & primum illum parentem, hoc est, inter primum Adam, & secundum distat, tantum inter hoc & illud beneficium discrimen est. Primus enim ille homo de terra, terrenus: at secundus homo de celo, cœlestis. Quid deinde? subdit protinus; Qualis terrenus, tales & terreni; qualis cœlestis, tales & cœlestes.

1. Cor. 15.

Coloss. 1.

Roman. 5.

Isa. 9.

Hic igitur secundus parens, pro illo priori nobis initio seculi promissus, in fine seculorum datus est: in quo vno omnia quæ nobis ad salutem & iustitiam necessaria erant, cumulatissimè præstita sunt. In ipso enim (vt Apostolus ait) complacuit Patri omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Quod quidem ad eodè feliciter exequutus est, vt Ecclesia verè dicere poterit, felicem illam culpam extitisse, quæ talem habere meruerit redemptorè. Non enim (vt Apostolus ait) vt delictum, ita & donum. Vbi enim abundauit delictum, superabundauit & gratia. Igitur primi parentis illius loco pater nobis datus est; non proditor, sed saluator; non interemptor, sed viuificator; non perceptæ hæreditatis & patrimonij dissipator, sed restitutor & instaurator. Vnde Isaias inter cætera eius præclara nomina, futuri seculi patrem appellandum esse vaticinatus est: quia ipse nos noua nascendi lege regenerauit: ipse plus quàm paternâ charitate à Diaboli captiuitate redemit: ipse debita nostra exoluit, & pro illis, sacrificij sui merito, æterno Patri satisfecit, & nos cum illo (à quo dissidebamus) sublatis è medio peccatis (quæ nos ab illo fecerit nebant) æterna pace reconciliauit.

§. I.

¶ Quid igitur ex his consequens est? Certè, vt Deus iam amicus nobis effectus, & filij sui sanguine placatus, veri amici in nos officia exerceret, & gratiarum atque donorum suorum thesauros aperiens, opes suas in homines, nouo sibi fecere copulatos, effunderet; quibus pristinam illa dignitatem & gratiam, quam prioris parentis inobedientia amiserant, posterioris obedientia recuperarent. ¶ Ad hoc autem Spiritum sanctum, post peractum humanæ redemptionis officium, in nos demisit: qui naturâ, peccati morbo ægram, sanaret; omnesque animæ nostræ vires, eodem morbo infectas, sanitati restitueret. Itaque; intellectum, lucis suæ splendore illuminauit, vt expetenda fugiendaque; sine errore discerneret, eaque; pro ipsorum dignitate & pretio æstimaret. Voluntatem verò, vt hæc ipsa pro intellectu incorrupto iudicio, non pro libidine sua amplecteretur. Affectus autem & cupiditates

16 cupiditates nostras ita temperauit, vt non amplius furore atque impetu suo mentem de statu suo deicerent: sed illius potius ductum & imperium sequerentur. Carnem verò ipsam (quæ immortales cum spiritu inimicitias gerebat, quæque nihil nisi carnalia, vt naturæ suæ consentanea, appetebat) sic spirituum aliorum participem effecit, vt dicere iam pius homo possit; Cor meum & caro mea exulta-
uerunt in Deum viuum: & Sitiuit te anima mea, desiderauit te caro mea: sic enim alij legunt. His autem præcipuis hominis partibus instauratis, totus homo in nouam quandam & spirituales creaturam animatus est.

Psal. 83.
Psal. 62.

His addit etiam idem Spiritus, omnium virtutum habitus, quibus eadem animæ nostræ vires miro modo perficit, roborat, & ad rectè operandum inducit; vt sic instructi & armati omnes Demonum assultus, omnes aduersantis mundi machinas, & omnia denique quæ sunt iustitiæ & pietati infesta & inimica, inuictâ virtute superare valeamus. ¶ Nec virtutibus modò, sed septem illis clarissimis donis suis mentem armat, & ornât, vt sponte atque alacriter se regenti spiritui, ad ea quæ voluerit, accomodet, & habens pareat imperantis. ¶ His etiam adde suauissima, verèque miranda eiusdem Spiritus solatia (propter quæ is, Paracleti, hoc est, cōsolatoris nomen sortitus est) quibus piorum mentes ita recreat & reficit, vt omnes alias mundi voluptates, omnes opes & honores, atque postremò terrena omnia fastidiât, & pro nihilo ducant. Verissimè enim à D. Bernardo dictum est; Gu-
stata spirituali suauitate despere omnem carnem. Hinc D. Aug. Qui biberit, inquit, ex fluuiò paradyssi, cuius vna gutta maior est Oceano, restat vt in eo sitis huius mundi extingatur.

Bernard.
August.

18 Postremò, vt vno verbo concludam, cum iuxta Philosophorum placita, omne agens agat sibi simile; quid à Spiritu sancto, mentem hominis inhabitante atque regente, sperandum est, nisi vt hominem sibi similem, hoc est, vt ex carnali spirituales, ex terreno cœlestem, atque ex homine quodammodo Deum faciat? Sic autem fit, vt homo pristinam illam Dei imaginem, qua recens conditus fuerat insignitus, recuperet; dum diuinos mores, hoc est, puritatem, innocentiam, iustitiam, misericordiam, benignitatem, virtutè, & sanctitatem Dei imitatur: illud videlicet implens, quod ab eodem Domino præscriptum est; Sancti estote: quia ego sanctus sum.

Leuit. 11.

Hæc autem præstâtissima Dei dona, cuius meritis & precibus, nisi Seruatoris & summi Sacerdotis nostri, in nos effusa sunt? Per illum enim (vt Petrus Apostolus ait) cœlestis Pater maxima & pretiosa no-

2. Pet. 1.

R. § bis

bis promissa donauit, vt per illum efficiamur diuinæ confortes natura; hoc est, vt hausto intra nos Spiritu Dei, diuinâ puritatē, sanctitatē, & innocentiâ in hac vita sectemur. Si quis autē eorū quæ diximus, veritatē plenius cōprehendere cupit, in tot Martyrū, Confessorum, Virginū, & sanctorū Anachoritarum, & Monachorum vitam oculos conijciat: qui cūm homines essent, & inter seculi homines, simili carnis fragilitate circumdati versarentur, his tñ diuini Spiritus prælidij atq; donis informati atq; adiuti, cœlestē in terris vitam sic coluerūt, vt vel homines cœlestes, vel terrestres Angeli meritō vocari sint.

§. II.

¶ His igitur hac ratione breuiter expositis, faciliē erit intelligere, & quid Euangeliū sit, & cur lætium nuntiū appelletur. Quod enim nuntium lætius mundo nuntiari potuit, quàm has tantas diuinorum beneficiorū & gratiarum opes per Christi merita & passionē fuisse nobis exhibitas? Est igitur Euangelium (vt omnia breuiter colligamus) quodd vnigenitus Dei filius tanto salutis nostræ amore flagrauit, vt propter eam constituendam non dubitauerit ex altissimo gloriæ suæ folio in terras descendere, humanam carnem induere, inter homines versari, vt nos & doctrinæ suæ luce erudiret, & clarissimarum virtutum exemplis, ad humilitatis, patientiæ, & obedientiæ, cæterarumque virtutum studium excitaret. Euangelium est, quodd non contentus humanam carnem induisse, seipsum quoque iua ara crucis immolauit, sanctissimoque illo virtutum omnium, quæ ibi eluxere, sacrificio, pro nostris sceleribus plenissimè satisfecit, Patremque nobis insensum placauit, & cum humano genere in gratiam & amicitiam reduxit. Euangelium est, quodd cœlestis Pater hoc modo placatus, veri Patrīs & amici officio fungens, gratiarum atque donorum cœlestium thesauros aperauit, & in mundum effudit, Spiritumque suū sanctum ē cœlis in terram demisit, vt donorum suorum virtute, ea in mentibus nostris operaretur, quæ paulō antē commemorauimus. Euangeliū est, quod leges suas in corde atq; visceribus nostris insculpsit; quod abstulit ab hominibus cor lapideū, & dedit eis cor carneum, & Spiritū suū posuit in medio eorū: quo dono effecit, vt in præceptis eius ambularet, & mādāta custodiret. Euangeliū est, septē Sacramentorū institutio, per quæ cœlestis gratiæ, & meritorū, atque dolorū Christi participes efficiamur. Euangeliū est, cœlestis regni apertio: cuius fores ab origine mūdi sanctissimis etiā viris oclusæ erant. Per Euangelium enim exules reducūtur ad patriā, mortui suscitantur ad vitā, & peccatores vocantur ad veniā. Præterea Euangeliū est amoris incendium, quo

Jerem. 31.
Neb. 8.
Ezech. 11.

22 quo Dei Filius hac tanta immensa bonitatis, charitatis, & misericordię suæ offensione, tantaque diuinorum beneficiorum collatione ferreas etiam mentes ad sui amorem inflammauit.

Postremō Euangeliū est, quod hac breui oratione ipse Euangelij autor cōplexus est, cūm ait; Sic Deus dilexit mundū, vt filium suum vnigenitum daret. Quis autē oratione consequi possit, quàm multa hoc vno dono cōtineantur? Sed qui filium suum dedit, in quod, quæ so, munus & officium ipsum dedit? Certè deum vnō illo haberemus omnia, & vnus ipse nobis omnia esset. Ipse enim est sal utis nostræ autor, libertatis vindex, cœlestis doctrinæ magister, morborum nostrorū medicus, rationalium ouium pastor, redēptionis minister; Rex noster, sacerdos, idemque sacrificium, aduocatus, Dei & hominū mediator, pater futuri seculi, qui nos in filios adoptauit, & Ecclesiæ atq; fidelium animarum charissimus sponsus, qui eas sibi bonorum omnium cōmunionē copulauit. Ad hæc igitur officia omnia dedit nobis cœlestis Pater vnicum suum, & (quod omnem superat admirationē) pro nobis illum ad mortē tradidit, vt pretioso eius sanguine nos expiaret, illius meritis nos ditaret, illius humilitate nos exaltaret, illius vulneribus vulnera nostra sanaret, ac postremō illius morte nobis immortalitatem donaret. ¶ Vt igitur quæ diximus omnia breuiter colligamus (ne rerum multitudinē mentem obruamus) ad duo præcipuē capita tota Euangelij summa reuocāda est: quorum alterū, quid nobis per Euangelij gratiam donatum sit; alterū, per quem & cuius merito ea nobis gratia donata sit, explicat. Collata quidem est nobis (vt diximus) abundantia gratiæ; idque merito pretiosi sanguinis & passionis Christi: vel, vt breuius dicam, contulit nobis cœlestis Pater Filium simul & Spiritum sanctum: quorum alter meruit, quod alter præstitit: quorum alter nos sanguine suo redimeret, alter ductu suo nos regeret, & in cœlestis patrimoniij possessione collocaret.

Cū igitur hæc omnia per Christum nacti simus, cū in illo habeamus omnia, & vnus ipse nobis sit oīs, an non equū erit vt cū beatissimo Frāscō integras noctes has voces cū summa dulcedine & iucunditate idētidē repetamus; Deus meus & oīs, Deus meus & omnia? Quis em̄ adeo ferre⁹ erit, quæ hac tāta diuinæ bonitatis & charitatis offensione, tātaque beneficiorū diuinorū exhibitione nō liquefat, nō amore æstuet, nō se totū in laudes tāti benefactoris effundat? Si em̄ Christus Dñs his tātis beneficijs ignē venit mittere in terrā, quis adeo sāxus erit, qui nō hoc igne incendatur? Si qui beneficia in hostē confert, carbones ignis congerit super caput eius, qui fieri potest, vt

Lucæ. 12.

Rom. 12.

tanta

tanta hæc diuinorū beneficiorū abundantia nos diuini amoris igne
 non inflammeret? O quis sic hoc igne incēderetur, vt Apostolus arsit:
 qui vbi huius lætissimi nuntij sum m̄a exposuit, cum dixit: Qui pro-
 prio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū; pro-
 pitius diuini Spiritus imperu cōcitatus in illā amoris plenissimā vocē
 erupit: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia?
 an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? sicut
 scriptum est: Quia proptere mortificamur tota die: æstimati sumus
 sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eū qui
 dilexit nos; & cætera quæ sequuntur.

§. III.

¶ Sed dicetis, Si tam felix & faustum est hoc Euangelij nūtiū, quid
 est in causa, cur ego hoc audiens non præ lætitiæ magnitudine ge-
 stio? non totus in tantæ salutis autorem præ amoris magnitudine li-
 quescio? cum tamen si mihi amplum aliquod beneficium à Rege col-
 latum sit, vix me præ lætitiæ magnitudine continere valeam? Ad hoc
 fratres cum Apostolo facillè respondemus, animale m̄ hominem non
 percipere ea quæ sunt Spiritus Dei. Cum enim ex hominibus quidam
 carnales & animales, quidam verò spirituales sint; hi quidem carnalia
 fastidientes, & pro nihilo ducētes, sola spiritualia (quæ summo in
 pretio habenda esse sciunt) omni studio consecretantur: sic Paulus om-
 nia arbitratur vt stercora, quòd Christus lucrificeret, sic etiam æsti-
 mabat Eunuchus ille Candacis reginæ Æthiopum: qui vbi Philippū
 euangelizantem, & peccatorum veniam, atque aditum regni cœlestis
 per Christum sibi promittentem audiuit, suscepto salutari lauacro
 ibat per viam suam gaudens, quòd hoc faustissimū atque felicissi-
 mum Euangelij nuntium accepisset. Cæterum carnales homines spi-
 ritualia bona fastidientes, sola carnalia (quæ carni familiaria & cog-
 nata sunt) degustant, sola captant, sola sitiunt. Quod planè Aposto-
 lus aperte constetetur, cum ait: Qui secundum carnem sunt, quæ car-
 nis sunt, sapiunt: qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus,
 sentiunt. Quod cum ita sit, quid mirum si carnales homines hoc læto
 Euangelij nuntio (quo spiritualia atque inuisibilia nobis bona con-
 feruntur) nullum lætitiæ affectum in pectore carnali excitent? Quem
 admodum enim iumenta hordeum malunt quàm aurum (quòd au-
 ri pretium non agnoscant) ita isti velut muta quædam pecora, carna-
 lia bona spiritualibus præferunt.

Adde etiam, quòd diuina beneficia nemo pro meritis æstimare
 potest, nisi qui eorundē beneficiorum valorē & dignitatē agnoscit.

Hæc

28. Hæc autem cognitio non omnium est, sed eorum, qui cum Apосто-
 lo dicere possunt: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, 1. COR. 2.
 sed spiritum qui ex Deo est: vt sciamus quæ à Deo donata sunt no-
 bis. Sine hac autem cognitione diuina beneficia ad eò non iuuant, vt
 interdum etiam in maiorem damnationis cumulum ingratis menti-
 bus cedant, quòd perceptis beneficijs minimè respondeant. Quo cir-
 ca nihil mirum, si qui vitio suo hoc cœlesti lumine destituti sunt, nul-
 lam ex faustissimò Euangelicæ gratiæ nuntio lætitiæ capiat. Quid,
 quæso, graui vulnere sauciatus magis quàm chirurgi manum etiam
 cruciantem optat? At pueri infantes cum simili morbo laborant, ne-
 quaquã hanc opem requirūt: imo etiã cum chirurgus adest, flere &
 vociferari incipiunt. Idem igitur grandæ uis isti pueris contingit, qui
 vt peccatorum suorum vulnera non sentiunt, ita nec cœlestis medici
 29. remedium pro dignitate æstimare sciunt. ¶ Quam rem præsentis
 quoque Euangelij exemplo confirmare licet: in quo Christus Domi-
 nus, Abraham atque Davidis filius esse dicitur: cum tamen non minus
 aliorum quoque filius sit, qui in eadem serie numerantur. Cur igitur
 horum magis quàm aliorum filius dicitur? Certè quia his præcipuè
 magnificētissima hæc de Christo promissio facta est, cuius ipsi dig-
 nitatem agnouerunt, & meritas pro eo gratias egerunt, eiusque cum
 primis gratiæ participes effecti sunt. Abraham enim exultauit vt vide-
 ret diem Christi: David autem dixit, se cor suum ad orandum inue-
 nisse cum primū hanc à Domino promissionem accepit. Horum
 ergo aliorūque similium præcipuè Christus Dominus filius dicitur:
 eorum autem qui impiè vixerunt, filius quidem secundum carnem
 30. est, sed illis tamen promissus fuisse non refertur. Per hos igitur Chri-
 stus Dominus ad nos, velut aqua per canales transit, quæ nullum
 eis beneficium contulit: per illos autem quasi per areolas, varijs flo-
 rum atque arborum plantis confitas, quæ illas humoris sui benefi-
 cio aleit atque nutriunt.

Idemque de statu hominum, qui hoc reuelatæ tempore gratiæ vi-
 unt, pronuntiandum est. Dicit enim fortasse aliquis: Si tam copio-
 sum gratiæ munus per Christum in nos effusum est, cur ego huius
 tanti beneficij expertus sum? cur me lux ista non irradiat? cur non fo-
 res meas vel occlusas etiam penetrat? cur ab ista salute & iustitia, quã
 Christus attulit in mundum, nulla ad me particula peruenit? Simili ra-
 tione his quoque respondere possumus. Quibusdam enim verè &
 venit, & passus est Christus: qui eius videlicet beneficijs, salutarijuf-
 que remedijs ad salutem suam vtuntur: quibusdam verò nec dum ad
 uenisse

10an. 8.
2. Reg. 7.

Simil.

uenisse videtur; qui videlicet non magis eius beneficijs potiuntur, quam si prorsus non venisset. Quid enim mihi doctrina Christi conferat, quam nunquam attingo? quid clarissima virtutum eius exempla, quæ nunquam recolo? quid eius passio, cuius acerbiter non nunquam ad mentem reuoco? quid Sacramenta, ad quæ vix vnquam, nisi coactus, accedo? quid gratia, quæ per ipsum mundo data est, quæ vix vnquam pijs precibus deponso? Itaque perinde ad me magnus ille à cælo venit medicus, ac si omnino non venisset: quando eius ego præceptis & medicamentis vti nolo? Ipse ergo se interimit, qui (vt D. Aug. ait) præcepta medici seruate contemnit. Quam ego lucem ex orientis Solis ortu percipere potero, si in tenebris manens oculos vbi quæ fores teneo, nec vllum ad me aditum præbeo? Non enim Christus sanat inuitos, non placitis illius obfistentes, non oblatam lucem repudiantes; sed eos, qui vulneris sui remedium non aspernantur, diffusumque lumen libenter accipiunt. Hoc autem ipse apud Esaiam testatur, cum ait: Spiritus Domini super me: ad annuntium mansuetis misit me, vt mederer contritis corde. Quid autem per contritos corde, nisi eos qui vulneris sui periculum & agnoscunt, & sentiunt, & lachrymis prosequuntur, & remedium flagitant, intelligimus? Hos enim cælestis hic medicus curat, his gratiæ suæ opes impartitur.

Ceterum ingratos, desides, & rebelles tantum abest vt hoc summum beneficium iuuet, vt maiorem etiam illis damnationis occasionem præbeat. Hinc Apostolus: Irritam quis faciens legem Moyli absque vlla misericordia duobus vel tribus testibus moritur. Quanto ergo deteriora putatis mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti, in quo sanctificatus est, pollutum duxerit, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Ille autem Filium Dei conculcat, qui ea, quæ ille pro tuenda eius salute in terris operatus est, parauit. Ille verò sanguinem eius polluit, qui nihilo magis pretiosum eius sanguinem, quam arietum, aut agnorum sanguinem in terra fuscum curat: neque vllas pro tanto redemptionis beneficio gratias agit. Ille verò Spiritui gratiæ contumeliam facit, qui eius ductui & vocationi obfistit, qui imperium repudiat, eiusque pretiosa dona despicit atque contemnit. Si ergo qui legi recta monenti, neque tamen spiritum, aut gratiam conferenti, non parat, capitis reus est: qua tandem pœna plectendus erit, qui non scriptam legem, sed Dei filium, sed eius sanguinem, sed ipsum etiam Spiritum sanctum contemnit, & pro nihilo ducit? Videtis ergo fratres, quod initio diximus, non amoris solum, sed timoris etiam materiam nobis redemptionis nostræ

34 stræ beneficium præbere? Terrer enim illa Domini vox; Cui cōmen Luc. 11. dauerunt multum, plus exigent ab eo.

§. IIII.

¶ Sed iam tempus est fratres, vt à nobis ipsis oculos deflectentes, ad sacratissimam Virginem, cuius hodiè natiuitatem celebramus, eos conuertamus: quamuis hæc ipsa quæ diximus, magna ex parte ad illius gloriam referantur: quando ipsa non parum ad salutis & redemptionis nostræ beneficium contulit, quæ Redemptori nostro carnem & sanguinem, quem pro nobis immolaret, ministravit. Hodie igitur cum eius natiuitatem celebramus, redemptionis nostræ exordium recolimus: quando hodiè mulier illa in mundum venit, cuius semè serpentis antiqui regnum & potentiam erat euerfurum. De qua quicquid in eius laudem dicere possumus, minus est quàm quod in fine huius Euangelij Mattheus subiicit, cum ait; [De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.] Huius enim dignitatis magnitudo facit, vt nulla mortalis lingua eius laudibus par esse queat. Hinc D. August. Loqua August. mur, inquit, aliquid fratres in laudibus beatissimæ Virginis. Sed quid nos pusilli, quid actione tantili in laudibus eius referemus, cum etsi omnium nostrum membra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus? Altior cælo est de qua loquimur: profundior abyssu de qua dicere conamur. Si ea igitur cælo altior est, sola cælestis lingua illam pro dignitate laudare poterit. Quod quidem paucis Euangelista præstitit, cum de illa natum mundi Saluatorem esse dixit. Quid enim hac materna dignitate sublimius? De Deo quidem nihil maius lingua mortalis effari potest, quàm quod Deus sit. Hoc enim solo nomine omnia laudum & virtutum eius insignia continentur. De 36 sermone autem nihil maius dici potest, quàm quod sit mater Dei. Hac vna ratione, fratres, Virginis dignitatem vtcunq; æstimare poteritis: quod videlicet scæmina quædam illum cælorum & Angelorum Dominum; illum, ante cuius conspectum condita omnia, siue cælestia, siue terrestria, exigui pulueris instar sunt; illum, cuius gloriam supernæ virtutes, & Angelicæ potestates tremantes admirantur; illum, cuius immensam altitudinem Cherubin & Seraphin obstupescunt; illum, qui in sublimi loco positus, immenso atque infinito intervallo omnia quæ condidit suis pedibus subiecta videt, eademque solo nutu gubernat, & continet; hunc, inquam, tantum Dominum mulier quædam, inter omnes mulieres felicissima, plena voce filium appellare audeat. Sic enim illum vocauit, eum post triduum inuento dixit; Fili, quid fecisti nobis sic? Et

quod

Simil.

quomodo ipsa filium audacter & glorianter appellat: ita is eam matrem charissimam atque dignissimam sine vilo rubore praedicat & confitetur. Quid igitur hac dignitate sublimius? Si ex fructu cognoscitur arbor; qualis illa arbor extitit, quae talem mundo fructum protulit? Si malogranata ex malogranato, & mala punica ex malo punico nascuntur; unde Deus nisi ex diuina quadam femina nasci debuit?

Esaie. 11.

Hæc est enim arbor illa, de qua Isaias multò antè vaticinatus fuerat; Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Radix familiae Davidis est: virga, Maria; flos Mariæ, Christus. Qualis ergo nobilis hæc virga sit, ex flore, quem protulit, diiudicandum est.

Ierem. 31.

De eadem quoque femina Ieremias ait; Nouum fecit Dominus super terram: femina circumdedit virum. Verè nouum, & nusquam antea in mundo visum; quòd sola femina sine vilo viri consortio intra viscera sua circumdederit virum. Magaa sanè femina gloria, il-

3. Reg. 8.

lum intra se continere, quem (vt Salomon ait) cælum & cæli cœlorum capere non possunt. Sed vtrum maius ac mirabilius, quòd femina Deum circumdederit, an quòd Deus ipse feminam circumdet? In

Apoc. 12.

Apocalypsi enim vidit Ioannes mulierem Sole amictam, cuius pedibus Luna substrata erat. Sol autem iustitiæ Christus Dominus est. Quo quidem Sole sanctissima hæc mulier amicta fuit, quæ vndique diuinæ lucis præsidij vallata erat; ne in eius mentem aut vllum culpe contagium, aut vlla terrenæ cogitationis labes vilo modo posset irrepere, sed quidquid in ea esset, totum esset diuinum atque cœleste. O verè beata mater, quæ tota iustus & foris, in corpore & anima Deo plena fuisti. Deus enim extra te, Deus supra te, Deus ex te, Deus intra te. Verè enim Deus est extra te, circumdans: Deus supra te, protegens: Deus ex te, nascens: Deus intra te, dulciter requiescens. Qua autem luce, quibus splendoribus purissima illa mens irradiaretur, quæ tota Sole amicta erat? Quo verò diuini amoris igne flagrabat, quæ huic Soli, hoc est, amoris fonti adeò propinqua erat? Quid autem ex flagratissimo hoc diuini amoris igne consequi poterat, nisi vt Lunam, hoc est, totum hunc inferiorem mundum, varijs mutationibus, instar Lunæ, obnoxium, subiectum teneret? Hoc autem modo tenebat, quæ præ diuini amoris magnitudine omnem mundi gloriam, quam Reges & principes mundi tanti faciunt, pro nihilo putabat: hoc modo tenebat, quæ tota rerum cœlestium contemplationi semper intenta, nulla huius mundi cura aut cogitatione tangebatur: hoc modo tenebat, quam neque aduersa huius mundi tristem, neque prospera lætam faciebant, sed omnibus rebus mundi superior facta, velut supra Lunare

40 Lunare cælum (quòd nulla corruptionis vicissitudo pertingit) degere videretur. Talem igitur decuit esse femina, quæ ipsum mundi conditorem ac Dominum, filium suum poterat appellare. Cuius incomparabilem sanctitatem Evangelicæ gratiæ magnitudo (quam hæcenus descripsimus) magna ex parte declarat. Ab hac namque gratia hæc tanta Virginis sanctitas emanauit, quæ Spiritus sancti primitias omnium prima recepit: salutis enim, quam ipsa per filium mundo attulit, vberrimum ante omnes alios fructum percipere debuit. Olim Dominus in lege præceperat, ne trituranti boui os alligaretur: neque enim æquum esse videbatur, vt animal, quod parandis frugibus tantopere deseruit, laborum suorum expers esset; aut arcta mensura aleretur, qui copiosam alijs messem tribuit. Nunquid igitur (vt Apostolus ait) de bobus cura est Deo? an non hæc propter homines lata à Deo lex est? Cùm igitur hæc sanctissima Virgo tota vita in redemptionis humanæ obsequio deseruerit; quæ non modò (vt paulò antè diximus) carnem & sanguinem ex immaculatis visceribus suis Christo Redemptori præbuit, quem pro nobis offerret, sed ipsum etiam Redemptorem ab incunabulis enutrit, aluit, ipsique studiosissime seruauit; cur os eius alligandum erat? cur redemptionis fructus communi aliorum Sanctorum mensura illi tribuendus erat, quæ & sibi, & alijs tantopere in hoc commune salutis negotium incubuit?

Quin & illud hanc causam maximè probat, quod Saluator ait; Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Cur ita? Certè, quia qui cœlestis doctrinæ ministrum domi recipit, & fouet, eique ad victum necessaria ministrat, cù ipso quoque Propheta ad officij sui ministerium, qua ratione potest, cooperatur. Quo circa sicut hæreticorum fautores, hæreticorum pœna puniuntur: ita contra Prophetarum receptores & adiutores æquum est vt Prophetarum præmij afficiantur. Si ergo sacratissima hæc Virgo tantum in redemptionis nostræ opere præstitit, æquum profectò est, vt post ipsum Redemptorem, & singularem in hoc seculo nominis sui gloriam, & copiosissimum atque vberrimum redemptionis fructum percipiat.

Hanc igitur, fratres, cœlestis gratiæ inuentricem, & redemptionis nostræ adiutricem, supplicibus votis veneremur, ipsamque vt redemptionis nostræ ministram piè colamus: ipsam, vt iudicis matrem, & peccatorum aduocatam, in omni calamitate inuocemus: eius singulares virtutes, ac præcipuè immaculatam castitatè, altissimam humilitatem, flagrantissimam charitatem, perfectissimam obedientiam, purissimam.

risissimam innocentiam, ac postremo erga omnes miseros misericordiam (quatenus infirmitati nostræ licuerit) imitari studeamus: certissimum fore sperantes, eos, qui similiores illi in hac vita fuerint in vite puritate atque innocentia, similiores etiam futuros in sempiternæ felicitatis beatitudine & gloria.

IN FESTO B. MATTHÆI
Apostoli & Euangelistæ Concio prima, in qua lectio
Euangelica explanatur.

THE. Præteriens Iesus vidit hominem sedentem
in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi, Sequere me.
Et surgens, sequutus est eum. Matth. 9.

Refertur historia Gentilium, Apellem illum inter pi-
ctores veteres celeberrimum, ubi perfectissimū He-
lenæ reginæ simulacrum aboluisset, sui quoque ip-
sius imaginem in eadem tabula ad viuū expressisse,
quod & opus illud insigne, & operis artifex posterita-
tis memoriæ cōmēdaretur. Hoc mihi sanctus Euāgelista Matthæus
fecisse videtur, qui ubi totius vitæ Domini Salutatoris imaginem di-
uinis coloribus adumbratam ad omnium fidelium salutem & insti-
tutionem velut in tabula quadam proposuisset, se quoque ipsum,
hoc est, admirabilem vocationem suam apertissimam oratione descrip-
sit. Qua in re tantum abest vt hac historia gloriam suam, quemad-
modum Apelles, quæserit, vt cū officij sui, quod exercebat, igno-
minia, nomen quoque suum (quod cæteri Euangelistæ honoris eius
gratia tacuerūt) expresserit. Cū enim Sanctis omnibus hoc semper
propositū fuerit, vt Dñi sui gloriā cū sua etiā ignominia quærent,
quicquid ad eius gloriā amplius attinebat, magnis vocibus præ-
dicare curabāt. Cū autē ingratæ bonitatis & potentia gloria
sit, ex vili rudiq; materia opus e. n. cere præstissimū: ideo nō solum
quales ipsi facti à Deo sint, sed quales antea fuerint, diligētē conferri
pserūt. Sic Paulus se Ecclesiæ persecutorē, blasphemū, & peccatorū
omniū primū aperta voce pronūciat: vt hac ratione appareat, quātæ
bonitatis & potētia fuerit, hoc vas ire & cōtumelia: in vas electio-
nis & gratia: transformasse. Sic Matthæus se publicanū fuisse, ac per id tē-
poris ad teloniū sedisse, & debitorū rationes cōputasse scribit, cū ad
Euāgelici & Apostolici muneris functionē est à Dño ineffabili & gra-
tuita

1. Cor. 15.
1. Tim. 1.
Act. 9.

tuita pietate vocatus. De hac igitur mirabili vocatione hodiè dictu-
ri, celestem opem, sacratissima: Virginis interuentu, suppliciter im-
ploremus.

A V E M A R I A .

Inter ea, quæ Dñs partim admirandis operibus, partim sacrarū litera-
rū testimonijs nos docere voluit, hoc vel maximū est, vt oēs aptè in-
telligamus, quæcūq; habemus, siue nature, siue gratia:, siue quæ vul-
gus appellat fortunæ bonæ, eiusdē esse gratui beneficia. Vult igitur
vt apertè intelligamus, eius beneficiū esse, q̄ viuimus, q̄ mouemur, &
sumus: vitæ esse corpus & animā, quā is in corpus nostrū efflauit: eius
esse vitā, salutē, vires, opes, facultates, & quicquid ad corporis vsū
pertinet: quodq; his omnibus præfatijs est, eius esse si quid rectè &
cū pietate gerimus, loquimur, & molimur. Hoc autē ita esse Ecclesia
flicus docet his verbis: Bona & mala, vita & mors, paupertas & hone-
stas à Deo sunt. Sapiētia, & disciplina, & sciētia legis apud Deū. Dilec-
tio & viḡ honorū apud ipsum. Hoc itē lōga oratione sanct⁹ ille Iob
cū Dño agēs cōfiteretur his verbis: Manus tuę Dñe fecerūt me, & plas-
mauerunt me totū in circuitu: & sic repētē præcipitas me! Memēto,
quæso, quod sicut lutū feceris me, & in puluerē reduces me. Nonne
sicut lac multasti me, & sicut caseū me coagulasti? Pelle & carnibus ve-
stisti me, ossibus & neruis cōpogisti me, vitā & misericordiā tribuisti
mihi, & visitatio tua custodiuit spiritū meū. Hac igitur oratione vir
sanctus quicquid in se habebat, vni Deo acceptū referebat. Sed cū
omnia quę habemus, in illius munerib⁹ & beneficijs numerāda sint,
hoc tñ dona gratia: præcipuē sibi vēdicāt. Vtq; adeo enim quicquid
rectè gerimus, illius est, vt ne cogitare quidē aliquid piē & sanctē sine
eius gratia: ope valeam⁹. Nō enim sufficiētes sumus cogitare aliquid
ex nobis tāquā ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est. Idēq; Apo-
stolus alibi, Cū metu, inquit, & tremore vestra salutē operamini: De⁹
est enim qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona volūta-
te. Quibus verbis nō solum bona opera, sed sancta etiā desideria diui-
na: gratiæ beneficia esse cōfiteretur. Cælestis verò magister appositissi-
ma similitudine hæc omnia cōplexus est, cū ait: Sicut palmes nō po-
test ex se ferre fructū, nisi māserit in vite: sic nec vos nisi in me man-
seritis. Et mox, Sine me, inquit, nihil potestis facere. Deniq; sancti
oēs in patria, ubi clarissimo diuinitatis lumine fuerint illustrati, adeo
apertè hoc ipsum intelligēt, vt ad Dñm dicturi sint: Omnia opera no-
stra operatus es in nobis Dñe. Verē em̄ bona opera, quæ ipsi fecim⁹,
magis Dei quā nra dicēda sunt: propterea quia præcipuus autor exte-
riterit, nos verò veluti instrumēta quadā ratione fuerim⁹, quę ab illo ad
S 2 benē

Act. 17.

2. Cor. 3.
Philipp. 2.

Joan. 15.

Ibidem.

Isai. 26.

benè agendum nota sunt. His igitur sanctorum scripturarum, testi-
monijs, & multis alijs, quæ referre non est necesse, non obsecrè Do-
minus declarat, omnia bona nostra, ac præcipuè iustificationis gra-
tiam, & æternam salutem, eius esse singularia dona.

Nec his tamen testimonijs & oraculis contentus, ipsis etiam operi-
bus hoc apertè demonstrat, cum non modò ad gratiam suam, sed ad
sublimes quoque Ecclesiæ suæ dignitates, multos hominum, nullis
meritis præcedentibus, sola electionis suæ gratia vocauerit. Cuius rei
multa & quidem clarissima extant exempla. Cum Moyses in terra

Exod. 2. 3. Madian propter admissum homicidij crimen profugus habitaret,
E. 4. fociusque sui oves in deserto pasceret, ad altissimum dignitatis gra-
dum penè inuirus, & modis omnibus reluctans à Domino electus

I. Reg. 16. est. Dauid, dum idem officium exercebat, nò modò ad regni solum
Amos. 7. euocatur, sed etiam Spiritu sancto repletur. Amos rusticus & armen-
7. tarius, & ruborum mora distringens, prophético spiritu donatur. Sed

Lucæ. 7. hæc in veteri testamèto. Quid in nouo, in quo creatrix tam magno
Lucæ. 13. dilectionis & contritionis spiritu repletur, vt oculorum suorum fluè-
tis pedes Domini potuerit abluere? In quo etiam latro, ob insignia la-
trocinia morti adiudicatus, tam potenter à Domino vocatus, tanta-
que luce subito completus est, vt supplicij sui consortem aperta voce

Matth. 4. cælorum Regem confiteretur; & eo tempore cõfiteretur, quo Apo-
stoli tot inspectis antè miraculis partim fugerant, partim etiam cum
negauerant. Sed ad Apostolos venio. Quid promerebantur Petrus
& Andreas mittentes rete in mare, cum à Domino audierunt; Veni-
te post me, & faciam vos fieri piscatores hominum; hoc est, faciam
vos humane salutis autores, Ecclesiæ principes, luminaria mundi, sal-
terre, diuinorum arcanorum interpretes, seculi iudices, & cælestium

Ibidem. thesaurorum dispensatores? Quid etiam merebantur Iacobus & Ioã-
nes, cum in reficiendis retibus occupati, ad eundem dignitatis gradù

A. Cor. 9. à Domino cooptantur? Quòd si hæc parua sunt, quid merebatur Pau-
lus, cum spirans minarum & cædis in discipulos Domini Christum
persequeretur, & nascentem Ecclesiam furore infidelitatis ebrius,
ubi que locorum deuastaret? Mille certè gehennæ huic tanto sceleri
impares esse videbantur. Sed ò immensa & verè prædicanda diuini
clementiæ largitas! Quo tempore ille terra dehiscente in tartarum
deturbandus erat, rapitur in paradysum, fit Apostolus, & magi-
ster Gentium, & audit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

2. Cor. 1. Quis in hoc opere admirando immensas diuine gratiæ opes non ag-
noscat? Veniamus ad beatum Matthæum, cuius hodiè festum ce-
lebramus.

9 lebramus. Quid is agebat cum ad Apostolici & Euangelici mun-
eris functionem vocatus est? Nempe ad telonium sedebat, & pu-
blicanorum officia exercebat, qui vectigalia ab hominibus extor-
quebant magis quàm exigebant. Quod quidem munus (præter
quàm quòd vix sine peccato & pauperum oppressione exerceri
potest) vsque aded infame apud populum habebatur, vt cum
idem Saluator profligatissimum hominem significare vellet, etiani-
cum & publicanum appellaret. Quòd autem ad telonium non sta-
re, sed sedere perhibetur, fortasse indicat, quàm securo mente tur-
pilucro & officio operam daret. Tres enim peccatorum gradus
initio statim primi Psalmi interpretes obseruant. Alij enim abeunt
in viam peccatorum, alij stant, alij sedent. Hæc autem sessio mag-
nam in prauis operibus animi securitatem designat. Hoc autem mo-
10 do mihi Matthæus ad telonium sedere videbatur, cum est à Domi-
no vocatus. Nihil enim minus tunc temporis animo tractabat, quàm
quòd illi ex immensa Dei bonitate concessum est. O si nunc mihi ea
mens à Domino concederetur, qua intelligere possem, quo affectu,
qua deuotione sancti Euangelistæ anima percussa fuit, cum hanc
admirandæ vocationis suæ historiam aded simplici & breui oratio-
ne describeret. Cum enim ad mentem reuocaret, in quibus tenebris
tam diu vixisset, seque nihil minus aut cogitantem, aut curantem, so-
la vocantis Domini misericordia ad tam amplum dignitatis gradum
vocatam fuisse, vt ex publicano Apostolus, ex terrenorum bonorum
dispensatione, arcanorum cælestium doctor fieret, quo putatis illi
animo, qua mente, quo affectu erga illum fuisse, qui tanto se munere
donauerit? An non igitur satis his exemplis constat, singularem iusti-
11 ficationis gratiam, & salutem nostram, magnificentissimum diuinæ
benignitatis opus esse?

Nec solum prima iustificationis gratia, sed quicquid etiam
in gratia constituti piè agimus, & molimur, eiusdem misericordiæ
beneficium est. Vt enim non satis est vigentes & sanos oculos
habere, quòd aliquid videamus, nisi aliunde adsit lux, quæ oculis
Simil. obiecta illuminet: ita non satis est, vt piè aliquid faciamus, men-
tem sanatam esse per gratiam, nisi adsit etiam interna vis Spiritu-
sancti, quæ nos ad operandum excitet, & nobiscum etiam
cooperetur. Quemadmodum enim rerum naturalium formæ Simil.
(quamuis alioqui in suo quæque genere perfectæ sint) efficere
tamen per se nihil possunt, nisi adsit illis generalis primæ causæ
omnium mouentis virtus: ita quamuis gratia in genere sua perfe-

Et forma sit, nihil tamen homo æterna vita dignum efficere poterit, nisi cum illa autor ipse gratiæ singulari quadam virtute atque ratione cooperetur. Nec enim fas est, vt qua virtute Dominus adest animantibus vt fecerit, & plantis vt fructificent, eadem adfir animæ, opera æterna vita digna molienti. Alia enim virtute ad finem naturalem, alia ad supernaturalem, nempe supernaturali opus est: cum finis, & quæ ad finem ordinantur, eiusdem ordinis atque dignitatis esse debeant. Vnde liquet, non modò iustificationem nostram, qua prima gratia donatur, sed quicquid etiam post primam gratiam cum pietate agimus, diuinæ clementiæ manus esse.

Quid igitur, fratres, ex hac philosophia tot testimonij & exemplis confirmata sequitur? Primum quidem, vt quicumque peccati iugum à vobis excussistis, & ad iustitiæ ac pietatis studium transiatis, veteris vitæ sceleribus renuntiaueris, quicumque omnia prius perpeti, quàm lethale aliquod crimen admittere parati estis, quicumque salutis vestræ negotium rebus omnibus antefertis, nihilque apud vos prius est, quàm Domino Deo vestro famulari, illum diligere, illi obsequi, illius leges & mandata seruare; hæc, inquam, omnia immensæ diuinæ bonitatis liberalitati accepta ferre debetis. Fateor quidem neminem per hæc fidei certitudine scire posse se esse diuinam gratiam consequutum (cum nemo scire possit, vtràm odio vel amore dignus sit) nihilominus tamen hæc ipsa non vulgaria diuinæ gratiæ indicia & argumenta sunt, quæ magnam pijs hominibus consolationem præbent, & in certissimam spem salutis erigunt.

Ex hac item philosophia multa alia ad salutem nostram maximè necessaria consequuntur. Hinc enim primum vera cordis humilitas manat. Qui enim apertè intelligit, bona omnia quæ habet, à Deo se habere, qua fronte animo erigi & gloriari poterit, cum sibi ipsi illud Apostoli dicere possit, Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Itaque hac ratione humilitatis virtute in animo constituta atque firmata, magnus ab ea hostis, nempe superbia, eliminatur: qua superbus homo sic diuinis abutitur, quasi illa non à Deo, sed vel à fortuna, vel à seipso receperit.

Deinde ex hoc eodem fonte manat gratus in Deum animus, à quo videlicet, tanquam ab omnium bonorum fonte, vitam, salutem, vires, opes, & pia cuncta opera & desideria profecta esse cognoscimus.

Eccles. 9.

1. Cor. 4.

- 15 noscimus. Hinc prædeunt illæ voces; Repleatur os meum laude, vt Psal. 70. cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. Et, Benedic Psal. 102. anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. ¶ Præterea hæc eadem philosophia stimulos dilectioni erga Deum addit. Si enim (vt Ecclesiasticus ait) secundum ligna Eccl. 28. syluæ ignis excitatur: quantus diuinæ dilectionis ignis in ea mente exardescet, quæ se tot diuinis beneficijs oblectat, ac penè obrutam vider, quæ quocunq; oculos conuerterit, nihil aliud quàm ingentem syluam, & innumera diuinorum beneficiorum signa contemplantur? Quo modo enim non vitam suam eius obsequio mancipabit, qui se solo eius beneficijs & in lucem prodijisse, & viuere, & spirare intelligit? Si enim rectè à Philosophis dictum est, Beneficium qui accipit, libertatem amittit: & Qui beneficia inuenit, compedes inuenit: quo modo sui iuris se esse patietur, qui se totum Deo debet? ¶ Quid? quòd ex hoc etiam fonte manat, vt homo supplicem se ac deuotum illi exhibeat, à quo quæ sibi desunt bona, sperare debet? Quisquis enim apertè intelligit, bona omnia ab illo inexhausto bonorum omnium fonte manare; quòd tandè, vbi se multis rebus, quæ ad bene beatèque viuendū necessaria sunt, nudatum cernit, nisi ad illum confugiat? A quo enim præterita bona, quæ possidet, manarunt, futura etiam, quibus eget, manare debent. Videtis igitur quàm præclara virtutum documenta ex hac philosophia consequantur: ad quæ tractanda occasionem nobis gratuita Matthæi, cæterorumque Apostolorum vocatio præbuit.

§. I.

- 17 ¶ Sed quoniam vocantis Domini gratiam vidimus, vocati alacritatem & obedientiam expendamus. Quam quidem Matthæus ipse ta- Luc. 9. cuit; Lucas autem expressit, dicens, illum relictis omnibus sequutum fuisse Dominum: hoc est, reliquisse propria, qui fortè rapere solebat aliena. Tanta enim diuini Spiritus vi à Domino tractus est, tantoque sequendi illum ardore flagrauit, vt non eum pecuniarum amor, quas habebat, non lucra quæ sperabat, non reddende rationis vestigaliū cura, non hominum iudicia, non Phariseorum obreftationes à sequendo Christum detertere potuerint.

Sed hic fortasse cum aliquis tanta alacritate hunc publicanum videat vocanti Domino paruissè, quæret, quid sit in causa, cum Dominus, qui vult omnes homines saluos fieri, omnes ad sese incessanter vocet, alij quidè promptè & alacriter vocatè sequantur, alij verò

S 4 sequi

1. Tim. 32

sequi renuant? Dui sunt quæ huic quæstioni responderi solent: 18 quorum alterum ad hominum, alterum ad diuinæ vocationis & auxilij discrimen pertinet. Cum enim omnes homines arbitrij libertate præditi sint, quidam hac libertate rectè vrentes vocanti Domino consentiunt, seque illi obsequentes & morigeros præbent: alij contrà ea abutentes obedire renuunt: qui in vacuum gratiam Dei recipiunt. Quam rem Diuus Augustinus Pharaonis & Nabuchodonosoris exemplo confirmat: quorum vterque à Deo vapulans & plagis excitatus, alter quidem durior effectus in mare mergitur, alter emendatus reuocatur ad regnum: quia ille præuè, iste rectè libertate sua, & diuina vocatione vsi sunt. ¶ Deinde id etiam prouenit ex diuinæ vocationis, diuiniq; auxilij varietate.

2. Cor. 6.
August.

Exod. 14.
Dan. 4.

Duo enim auxiliorum genera Theologi statuunt, quibus Deus homines ad se vocare solet: quorum alterum sufficiens appellat, alterum superabundans, quodque omnem superat duritiem. Et quidem priori illo auxilio excitati homines, aliquando conuertuntur, aliquando conuerti renuunt: hoc autem posteriori, quoniam maioris gratiæ & virtutis est, nemo non conuertitur. Vnde Diuus Augustinus de hoc auxilij genere loquens, ait: Hæc gratia à nullo duro corde respuitur: quia ideo datur, vt duritia cordis penitus auferratur. Vtriusque verò auxilij vim atque naturam vobis apertissimo

August.

Genes. 19.

exemplo commonstrabo. Monet Angelus Domini iustum Lot vt è Sodomis egrediatur, secumque filias & generos educat: quod Dominus ciuitatem illam demoliri statuerat. Hoc ille nuntium ad generos detulit, qui tamen visus est eis quasi ludens loqui, & ideo ab eis contemptus atque neglectus fuit. Cum autem Angeli instaret atque vrgerent, isque vt generos seruaret, moram faceret, apprehensum Angeli foras eduxerunt, & vt seipsum in monte saluum faceret, monuerunt. Hoc igitur exemplo cernitis fratres, & sanctum Lot, & generos eius fuisse imminentis periculi admonitos, sed aliter ille, aliter isti. Isti namque, si opportunè monenti obtemperare humiliter voluissent, à periculo liberarentur: ille verò cum exire dissimularet, ab Angelis apprehensus, extra periculum positus est. Ad hunc ergo modum Dominus omnes homines à gehennæ incendijs, & peccati morte liberare volens, quosdam quidem sufficiens auxilio vocat, quo possent à peccato surgere, si vellent: quorum tamen multi (vt isti generi Lot) surgere nolunt: alios tamen secundum voluntatis suæ beneplacitum maioribus auxilijs, vehementioriq; impulsu vocat, qui sic à diuina gratia præueniunt,

21 ueniunt, & potenter excitati semper vocanti Domino parent. Ex quidem prius illud auxilium ad omnes homines quam latissimè patere Theologi definiunt: nec id quidem temerè faciunt, vt quidam immerito reprehendant. Quid enim aliud illa Salomonis verba indicant; Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbs profert verba sua, dicens, Vsq; quò paruuli diligitis infantiam? &c. Quibus verbis aperte indicatur, non minus à diuino lumine collustrari animas, quàm à radijs Solis illuminari corpora. Nec enim minus latè pater lux Solis iustitiæ, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quàm huius corporei Solis lumen, qui flammis suis omnia terrarum opera lustrat.

Prover. 8.

Ioan. 12.

Cæterum posterius hoc auxilium ad pauciores spectat, ad illos videlicet, quos diuinæ gratiæ liberalitas hoc tanto munere donare dignatur: quæ cum nemini ad salutem desit, nullique iniuriam faciat, qui nihil cuiquam debet; salua integritate iustitiæ, quosdam illo, quosdam hoc ad se auxilio vocans, nec illis accusandæ ipsius iustitiæ ansam præbet, & istis amplissimam prædicandæ eius misericordię materiam tribuit. Hoc igitur superabundanti auxilio & Matheus Euangelista, & cæteri Apostoli à Domino vocati sunt. Quod idem ipse Dominus testatur, cum ait: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: hoc est, non vestris meritis, sed singulari electionis meæ gratia, huius tanti muneris amplitudine donati estis.

Ioan. 15.

Ex his autem quæ diximus, aperte liquet, cuius periculi sit à gratia excidere, & in lethale peccatum labi; præsertim si quis in eo diutius persistat. Quisquis enim hoc facit, in manifestum discrimen salutis suæ causam adducit. Incertum enim est, an Deus illum superabundanti auxilio ad penitentiam vocet; incertum est etiam, an is sufficiens auxilio, quod nemini desit, vt rectè velit; cum plurimos, atque adeò innumerabiles penè videamus, qui hoc auxilio ad meliorem mentem non redeunt. Vtrinque igitur huius hominis conuersio incerta est. Quod igitur maius periculum esse potest, quàm hoc tantum salutis æternæ negotium in tam apertum discrimen conijcere? ¶ Quod quidem periculum tantò maius est, quantò diutius lapsus homo in peccato iacet. Graui namque consuetudinis pondere pressus, tantò difficilior à peccato surget, quantò plura peccauit. Vnumquodque enim peccatum velut pondus quoddam est, quod oneri præiacenti adiungitur. Vnde iniquitas velut talentum plumbi esse dicitur. Quemadmodum

§ § dum

Simil. dum ergo qui vires habet, quibus quinquaginta librarum pondus 24
portare facile possit, si huic ponderi noua onera adicias, difficilium il-
lud portare valeat: ita qui à recenti peccato (quod esset facilius) non
furgit; quin potius noua peccatorum pondera veteribus adiungit;
multo difficilium surgit. Quid igitur hic dicent, qui multos iam an-
nos in peccati ceno volutantur; qui, quamuis singulis annis scelera
Zacha. 5. sua confiteantur, protinus tamen ad ea reuoluuntur. Si enim, vt Pro-
pheta dicit, iniquitas est quasi talentum plumbi; quo labore, qui
Adrian. sub tam multorum talentorum pondere pressus iacet, à peccato sur-
Pontifex. get? Vt enim rectè Adrianus Pontifex ait; Rarò homines secundum
vltimum potentiam operantur: quod hac in re opus est, cum peccati
onus tot scelorum accessionibus fuerit auctum. Videris ergo, fra-
tres, cuius periculi sit à gratia Dei excidere; & in peccatis diu perdura-
re. Sed ad sequentia veniamus. 25

§. II.

¶ Sequitur enim, Diuum Matthæum splendidum in domo sua con-
uiuium Domino apparasse. Quod quidem magnum alacritatis &
lætitiæ, quam de conuersione sua conceperat, argumentum est. Le-
gimus Herodem, qui infelicissimè natus est, natalis sui diem con-
uiuio magnifico celebrasse. At quantò iustius Matthæus Euangeli-
sta hunc vocationis suæ diem celebravit, quo in nouam vitam, non
corporis, sed animæ, nec temporariam, sed æternam diuina voca-
tione animatus est: vel certè à morte ad vitam excitatus; quemadmo-
dum de luxurioso filio ad pœnitentiam conuerso pius pater ait, Mor-
Lucæ. 15. tuus erat, & reuixit: perierat, & inuenus est. Legimus item Abra-
Genes. 21. ham Patriarcham magnum conuiuium fecisse, quo die Isaac dile-
ctissimum filium ablactauit: quòd iam puer à lacte depulsus ado-
lescent, solidiorique deinde cibo nutriendus esset. At Matthæus
noster, animaduertens se à fallacibus & venenatis mundi delicijs
atque opibus ablactatum, & ad cœlestis gratiæ epulas inuitatum,
vel (vt apertius loquar) à Diaboli seruitute manumissum, & ad li-
bertatem filiorum Dei translatum, conuiuium hoc multò splendi-
dius apparauit; quòd animi sui alacritatem, & pium affectum tes-
taretur. Quid ni hoc faceret tanto munere donatus? Quæ, quæ so,
læticia exultaret homo, ab aliquo tyranno captiuus, & ferreis ca-
tenis alligatus, & in obscurissimo carcere positus, si ab aliquo prin-
cipe solueretur, & in libertatem assertus magnis opibus ab eo di-
taretur?

27 taretur? Quantò ergo maiori læticia afficietur, qui diuinæ lucis
splendore collustratus, horrendas peccati tenebras, & durissimam
peccati seruitutem, in qua tamdiu iacuit, animaduertens, vera li-
bertate, verisque diuinæ gratiæ opibus se locupletatum comitit. Quò
enim captiuus animæ quàm corporis durior, & quò cœlestes opes
terrenis præstant, hoc alacritas & læticia hæc maior est. ¶ Quam qui-
dem læticiam Diuus Augustinus perceperat, cum hac diuinæ luce il-
luminatus, & à peccati seruitute liberatus ad Dominum clamare cœ-
pit. O Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancilla
tuæ. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiã laudis, &c. Huius ve-
rò cœlestis luminis & libertatis effectus mox explicat, dicens; Quàm
suaue mihi subito factum est carere suauitatibus nugarum: & quas
amittere metus erat, tunc dimittere gaudium fuit. Quibus verbis
28 concessam à Domino libertatem aperitè demonstrat; quantò ser-
uum cupiditatis iugum, quod ad illud vsquè tempus exercebat: à se
non potuerat, tunc excussum prius sensit, quàm ipse excutere co-
naretur. Hæc igitur noua ac verè miranda humani cordis commu-
tatio atque libertas huic lætitiæ materiam præbet. Vnde cum Isaias
lætitiæ huius magnitudinem apertissima similitudine lætas segetes
metentium, atque victorum spolia distribuèntium expressisset, læti-
tiæ protinus causam subiicit, dicens; Iugum enim oneris eius, &
virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Quibus
verbis tum hostis antiqui, tum cupiditatis nostræ immanitatem at-
que potentiam designauit: à qua supernæ gratiæ beneficio, qui à Do-
mino vocati sunt, liberantur. Eandem etiam læticiam nobis præpa-
29 sentat Eunuchus ille Candacis Reginæ, vbi Philippo cœlitus ad se
missus, Christi mysterium atque diuinitatem agnosces, & ab eodem
baptismi gratiam recipiens, hæc vera libertate & gratia, cœlestibusq;
diuitijs donatus est. Sic enim de eo scriptum legimus; Ibat autè per
viam suam gaudens. Quid ni gauderet, qui ex Diaboli mæncipio
se in regnum & libertatem filiorum Dei mirabiliter traslatum vidit?
Eandem quoque hodiè læticiam Matthæus noster facillè ostendit,
cum hoc tam magnificum Domino epulum, cæterisque amicis &
publicanis præparauit. Hoc enim perinde est, ac si cum bono ho. &
solicito pastore diceret; Congratulamini mihi: quia inueni nò ouem
quam perdideram, sed me ipsam qui perieram. Vt autem vos, fra-
tres, huius percipiendæ lætitiæ desiderium capiat, illud vos admoni-
tos velim; hanc læticiam, quæ initio conuersionis oritur, maiorem ali-
quando esse, quàm quæ ab adultis in virtute sentitur. Vt enim qui
ruri

Augustin. in
confess.Psal. 115.
Augustin.
Ibidem.

Isai. 9.

Acto. 2.

Ibidem.

Luc. 15.

Simil.
ruri

ruri semper vixerunt, vbi in insignem aliquam & opulentissimam ciuitatem venerunt; si ea præsertim celebri emporio, & portu nauibus referto ornata sit; quocumque deslexerint oculos, velut admirabundi non sine magna voluptate vrbis mœnia, amplas ædes, nauesque quas nunquam viderant, demirantur: quæ tamen admiratio post aliquot dies vsu ipso decrescit: ita planè quicumque in abiectissimo sceleratæ vitæ statu vixerunt, vbi ad amplas diuinæ gratiæ opes percipiendas & contemplandas euecti sunt, nullum satis tantam rerum dignitatem, & nouitatem mirari possunt: quæ tamen admiratio, vbi diu rebus diuinis assueuerunt, minor esse nonnunquam incipit, quàm cum noua fuit. Rerum enim nouitas, in rebus etiam spiritualibus, sicut admirationem maiorem, ita maiore quoque lætitiæ causam affert.

Eadem verò alacritas effecit, vt Matthæus omnes alios ad Christum adducere, & felicitatis suæ participes efficere voluerit. Hoc enim inter cœlestium & terrenorum bonorū amorem distat; quòd terrenorum amor quantò est maior, tantò magis recondere & feruare sibi studet ea quæ amat; cœlestium verò amor quòd maior est, eò magis communicare omnibus studet quod ipse diligit. ¶ Hinc Diuus Augustinus; Vbi, inquit, gustaueram Domine lumen tuum, fremebam quòd alijs indicare non possem: hoc est, quòd magis gratiæ tuæ opibus fruebar, eò ardentius cæteros ad eas inuitare stitibam: eorum videlicet sortem miseratus, qui tantorum bonorum extores essent. ¶ Nec Diuus Augustinus modò, sed quicumque his delicijs atque opibus fruatur, quicumque torrente diuinæ voluptatis potantur, adeò sitienter hæc eadem cœlestia dona cæteris communicare appetunt, vt, si fieri posset, per publicas vias & plateas ingredi, & ad cunctos mortales vociferari vellent; O filij Adam, quid facitis? quid queritis? cur vos ipsos vano labore conficitis? cur veræ felicitatis fonte relicto per lacunas putidas & pestilentes, quæ sitim vestram non extinguere, sed acere possunt, deerratis? O quas delicias; o quas diuinæ gratiæ opes, quæ vobis ad manum & in promptu sunt positæ, ad quas à Deo ficti & informati eblis, amittitis! O quàm facili negotio, quàm modico labore thesaurum indeficientem, cœlestes opes, aquam sapientiæ, inestimabiles delicias vobis parare liceret! Vtique quòd ergo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sunt sibi noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini, inquit diuina sapientia, ad correptionem meam. En profertim vobis spiritum meum. Spiritus autem meus super mel dulcis, & hæ-

33 & hæreditas mea super mel & fauim. ¶ Hoc ergo spiritu, hoc eodem affectu sanctus Matthæus publicanos & amicos adduxit ad Dominum, vt eius diuino colloquio & conuictu inescati, relictis terrenis cupiditatibus & lucris; eundem Dominum exemplo suo sequerentur, eiusdemque felicitatis & gratiæ participes fierent. Hoc est autem quod in Apocalypsi Dominus præcipit, cum ait, Qui au- Apoc. 22. dit, dicat, Veni. Hoc item quòd ipse in tabernaculi fabrica designauit, cum eius cortinas sic inter sese colligari præcepit, vt cortina Exod. 26. cortinam traheret. Hoc autem in Ecclesia fit, cum is, qui diuino amore incensus est, alios incendere, & ad Christum trahere contendit.

Sed dum Matthæi laudes persequimur, Domini laudes oblitii sumus. Quis enim hanc tantam Domini humilitatem cum summa charitate coniunctam satis mirari queat? cum animaduertat, cœlorum 34 Dominum, Angelorum Regem, & totius naturæ conditorem, qui in sinu Patris felicissimè accumbit, & requiescit, ita sese salutis nostræ gratia dimisisse, vt non solum terras inuisere, & cum hominibus versari, sed etiam inter publicanos, & infames homines ad mensam accumbere, cibum vnà capere, miscere colloquia non erubuerit, vt ipsos lucrificeret. O quàm verè te medicum hoc in loco appellati Domine! Medici enim est, non inter sanos, qui medico non egent, sed inter agròtos versari. Medici est, vulherum saniem atque putredinem non horrere, sed ea ad motis manibus fouere, circumligare, atque tractare. Indignum vobis ð Pharisei videtur, quòd se Dominus ad publicanorum conuiuia deiecerit. Ego verò contrà assueueranter dico, longè dignius & excellentius esse hoc, quàm cælum & terram condidisse. Alterum enim omnipotentem, alterum diuinæ bonitatis immensas opes declarat. Magis autem Dominus de bonitatis suæ magnitudine, quàm de potentia viribus gloriatur. Bonitatis verò proprium est, omnes alios bonos, hoc est, sui similes efficere. Quòd si huius rei gratia maiestatem suam Dominus abijcit atque demittit, quòd sese hac de causa magis demiserit, hoc maiora bonitatis & benignitatis suæ documenta & exempla constituit.

§. III.

¶ Nemo, tamen ex hoc loco ansam arripit cum prauis hominibus versandi. Aliud enim perfectis, aliud imperfectis; aliud in virtute confirmatis, aliud infirmis conuenit. Ad hos autem Apostolus ait; Scripti vobis in epistola, non commiseri fornicarijs; non dico fornicarijs huius mundi, (alioqui debuissent de hoc mundo exire) sed

si is, qui frater nominatur, fornicator est, aut immundus, aut avarus, 36
 1. Cor. 15. cuncta iusmodi nec cibum sumere. Corruptum enim bonos mores
 1. Cor. 5. cōloquia prava; & Modicam fermentum totam massam corrūpit.
 Eccl. 13. Qui enim (vt Sapiens ait) tangit picem, inquinabitur ab ea: qui cō-
 munitat superbo, inducet superbiam. Vnde lloquet, facilius esse bonos
 malorum consortio corrumpi, quam malos bonorum societate me-
 liores fieri. Hæc est enim magna illa generis humani miseria, quam
 Gregorius Theologus lamentatur his verbis: Hoc est quo vitium
 Theologus probitatem maxime superat, quodque ipse animaduertens indignis
 sine acerbissime que sero, quod cum res facile imitabilis & prompta
 sit improbitas, nihilque minoris negotij difficultatisque, sit, quam ma-
 lum fieri, etiam si nemo ducem se nobis ad vitium præbeat; rara ta-
 men atque ardua est virtutis adeptio: quamlibet multis modis ad eam
 agg. 2. inuitemur atque trahamur. Quod etiam ipsum à beatissimo Aggreo 37
 animaduertum mihi fuisse, videtur, cum admiranda illa verissimaque
 imagine vteretur. Percontamini, ex lege sacerdotes; Num si caro san-
 cta in veste cibum aliquem, aut potionem, aut vas denique aliquod
 tetigerit, rei admotæ sanctitatem protinus allatura est? Quod cum sa-
 cerdotes pernegassent, Percontamini rursus, inquit, si qua res impu-
 ra, hoc est, si polluta in anima ista omnia tetigerit, num polluetur?
 Responderunt Sacerdotes, Polluetur. Caro ergo sancta non sanctifi-
 cat quæ tangit: caro vero polluta polluit. Quibus verbis hoc signifi-
 care videtur, virtutem eiusmodi esse, vt eam homines non nisi sum-
 mo labore adipisci queant: quemadmodum nec humida materia ignem
 simile facile concipere solet: contra verò ad vitiorum sordes omnes se-
 re mortales promptos propensosque esse, non secus, vt opior, ac sti-
 pula ad ignem ob natura: siccitatem facile accenditur atque consumi-
 tur. Citius enim exiguum vitium vberime largissimèque cuiuspiam
 impartiri queat, quam vel copiosissima virtus parèe communicari.
 Nam & exiguum absinthium amarorem suum melli celerrimè im-
 partierit: mel contra nec duplo quidem maius dulcedinem suam ab-
 sinthio infuderit. Ac paruo quidem lapide submoto flumen totum
 in prouum trahitur: eiusdem autem impetus firmissimo etiam agge-
 re cohiberi reprimique vix potest. Hæc Theologus. *Que vir sanctus*
ad imperfectorum hominum doctrinam prudenter admonuit: cum
viris tamen perfectis, qui caute se gerunt, non magis aliquid ex malo
rum contubernio accedat, quam Solis radijs ex immundissimarum
rerum contactu, quas quotidie attingunt.

Pharisæi autem personarum discrimina ignorantes, incognita

causa

causa sententiam aduersus Dominum pronuntiarunt: vnde ad eius
 39 discipulos aiunt; *Quare etiam publicanis & peccatoribus inquit, mi-*
gister vester? Mos est eorum, qui vel ambitionis, vel inuidiæ mor-
 bo laborant, virtutibus, quas in alijs vident, & quibus ipsi carent, in-
 digna vitiorum nomina imponere; vt ipsi quidem non virtutibus
 illis carere, sed ab illis vitijs se immunes esse ostentent: sic igitur Pha-
 risæi, cum non essent ea humilitate & charitatis præditi, vt se ad hu-
 miliamodi contubernia propter infirmorum salutem demitterent
 (quod ea res eorum existimationi officere videretur) ne harum vir-
 tutum laudibus inferiores Domino apparerent, virtutibus eius turpi-
 tutum vitiorum nomina imposuerunt; quò ipsi non his virtutibus ca-
 rere, sed magis ab hoc crimine alieni esse censerentur. Sic videmus
 illos, qui vix vnquam ad diuina sacramenta, nisi fere coacti, ac-
 cedunt, eos insectari atque mordere, qui illa deuotius frequen-
 40 tant. Cum enim religionis & officij huius commendatio in co-
 rum dedecus cedat qui ea carent, illi contra non quidem virtutis,
 sed temeritatis, & audaciæ religioni nomen imponunt: vt ita de-
 mum ipsi non parum religio, sed minime audaces & temerarij
 esse iudicentur.

Cæterum Dominus nihil hac improborum obretractatione com-
 motus, appositissima similitudine eorum calumniam elusit; *[Nō est,*
inquit, opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite,
quid est, quod per Oseam Dominus dixit, Misericordiam volo, & non sacri-
ficium.] Vox planè atque sententia Deo autore digna: quæ maxime
 immensam eius in genus hominum bonitatem & charitatem decla-
 rat. Cum enim sacrificiorum religio ad Dei gloriam pertineat, mise-
 41 ricordia verò ad leuandas hominum miseras spectet; quanta illa
 Dei bonitas & charitas est, quæ sui quodammodo oblita, ad homi-
 num miseras subleuandas intètos nos esse vult; imò verò opus hoc
 sacrificij nomine donat! sic enim per Apostolum ait; *Benevolentie*
autem & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs prome-
retur Deus. Hoc autem inter vtrunque sacrificij genus interesse Car-
dinalis Caietanus ait, quòd misericordiæ sacrificium ex natura sua
Deo gratum est: vitulorum autem mactatio, nisi religionis virtute
condiatur, nihil habet cur Deo, solius virtutis amator, gra-
ta sit. Qui quamuis omnibus virtutum officijs maxime capiatur, mi-
sericordiam hoc in loco se maxime diligere profertur: quam sa-
crificijs anteponit. Cuius rei causa esse videtur, quòd cum is
misericordiam præcipue colat (miserationes enim eius super
Heb. 13. Caietanus.

Simil.

omnia opera eius) non potest, cum seipsum diligit, sui similes 43
non diligere: cum similitudo consiliatrix amoris sit. Vnde sicut
Aquilam ferunt pullorum suorum generositate ad Solis radios
explorata, quos oculis inconniuentibus Solis splendorem sustine-
re viderit, tanquam legitimos filios, sibi que similes diligere, at-
que nutrire, ceteros autem tanquam nothos, sui que dissimiles à
nido abigere: ita summus ille misericordiarum Pater in extremo
iudicio misericordes homines, hoc est, paternæ misericordiæ fe-
ctatores, infra sinum gloriæ suæ amanter excipiet: crudeles autem
& immisericordes procul a conspectu & complexu suo præcipites
in tartara dabit.


Cum autem duplicia esse constet misericordiæ opera; quorum
quædam ad corporum, quædam ad animarum salutem spectant
(& hæc quidem tantò sint illis nobiliora, quantò anima corpori, & 43
spiritualia bona corporeis præstant) S. Matthæus harum præcipuè
studio omnem vitam suam dicavit. Quod enim aliud munus A-
póstolo & Euangelistæ propositum est, quàm omnia vitæ studia
saluti animarum impendere, & pro illis, cum opus ita fuerit, vi-
tam ipsam & sanguinem fundere? Vtrunque autem beatus Mat-
thæus præstitit: qui in Æthiopiã profectus (quæ illi provincia
in diuisione orbis terrarum obtigerat) immanes & barbaras natio-
nes ad fidem & pietatis cultum, doctrina & miraculis adduxit: &
regio puero è morte ad vitam, reuocato, regem patrem cum vxore,
& totam provinciam ad fidem Christi conuertit. Sed rege hoc
defuncto, Hirtacus quidam regnum obtinuit: qui Iphigeniam
prioris regis filiam sibi vxorem optabat. Matthæus verò (quò au-
tore virginitatem illa vouerat) vt in sancto virginitatis proposito 44
pæristeret, eandem hortabatur. Hirtacus igitur molestissimè fe-
rens Iphigeniæ virginitatem constanter suis votis obfistentem, Mat-
thæum (quem eius consilij autorem esse nouerat) ad altare sacra
facientem gladio confodi iussit. Atque ita beatus Matthæus &
Apostoli, & Euangelistæ, martyrisque coronam adeptus est.

Cuius sempiternæ felicitatis Christus Dominus participes
nos efficere dignetur; qui cum Patre, & Spiritu
sancto uiuit & regnat in secula seculo-
rum. Amen.

IN

IN FESTO B. MATTHÆI EVA-
ngelistæ Concio secunda, in qua sanctorum quatuor anima-
lium mystica visio, quam Ezechiel Propheeta
vidit, explicatur.

*T H E. Similitudo vultus animalium, facies hominis,
& facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies au-
tem bonis, & à sinistris ipsorum quatuor: facies autem
aquile de super ipsorum quatuor. Ezech. 1.*

2  Voniam Ecclesia hodiè beatissimi Matthæi Euange-
listæ festum diem celebrat, non alienum erit sacram
Ezechielis prophetæ visionem, quæ quatuor illa my-
stica animalia describit, in præsentì concione, Domi-
no aspirante, explicare. Hæc enim animalia, sanctorum
Euangelistarum, & perfectorum virorum mores, officia, & dignita-
tem designare, Ecclesia in hac sacra solennitate declarat, eum ad Do-
minum loquens, ait; Tu insignes Euangelij predicatores animalium
caelestium figura præsignasti. His namque caeleste munus collatum
gloriosis iudicijs es dignatus ostendere. De hac igitur mystica mira-
bili que visione, qua sancti Patres obseruarunt, que que temporis an-
gustias permiserint, hodiè dicturi, caelestem opem, sacratissimæ Vir-
ginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

3 ¶ Quemadmodum Medici, cum ægrotos animaduertent fastidio Simil.
laborare, & ob eam causam de vita periclitari, varios modos cõdien-
di cibos quærunt, vt quod sub vna specie & condimento fastidium
parit, sub alia iacentem atque prostratum edendi excitet appetitum:
sic diuina sapientia, cum homines videret spiritualis doctrinæ pabu-
lum fastidire, varias eius tradendæ rationes excogitauit; vt quod sub
vna doctrinæ specie fastidium fortè infirmis pariebat, sub alia fasti-
dientis animæ palatum alliceret. Quædam igitur tradit simplici do-
ctrina, quædam historiz dulcedine atque suauitate condit, quædam
claro & aperto sermone pronunciat, quædam verò parabolarum &
figurarum inuolucris sollicitè inquirenda proponit. Est autè postre-
mum hoc docendi genus maximè copiosum, & secundum: quia cum
non proprijs, sed tropologicis verbis vtatur, plures interpretandi ra-

Tom. ij.

T. tiones

tiões admittit: cum inducta similitudo ad multa variè possit accō-
modari. Habet illud præterea hæc docēdi ratio, quod quod obscurior
ac difficilior ad intelligēdum est, hoc magis religiosas mentes ad re-
condita mysteria indaganda sollicitat. Non enim temerè dictum est;

Ouid.

Nitimur in vctum semper, cupimusq; negata.

Exemplo nobis erit admiranda hæc Ezechielis visio, quæ tot penè
mysterijs, quot literis referta est. Hunc enim Prophetam Dominus
spiritu suo repleuit, atque eum, vt concipiuis Iudæis vaticinati pos-
set, Babylonem misit. In quo apparet, quod Origenes hoc in loco
adnotauit; hoc est, nunquam iustitiam Domini adeo feueram esse,
vt aliquo misericordiæ temperamento vacet. Iustitiæ enim fuit, pec-
catorem populum captiuitate & exilio punire: misericordiæ autem,
Prophetam hunc spiritu suo replere, & ad illum erudiendum, atque
ab impietate reuocandum mittere.

Cæterum, quoniam prophetarum omnium studia in promouen-
da hominum salute maximè intenta erant; hanc verò salutem per
Christum constituendam esse sciebant; ideo prima Ezechielis visio,
Christi Domini aduentum, Euāgelij prædicationem, & eorum mo-
res, qui essent Euāgelium annuntiaturi, ac postremò salutē & con-
uersionem gentium, eorum opera perficiendam, continet. Sic igitur
Propheta exorsus est: Cum essem in medio captiuorū iuxta fluuium
Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei. Vidit igitur Propheta
triumphalem curram, mira variarum rerū specie insignitum. In ex-
celso enim currus loco thronus positus erat, cui infidebat hominis
similitudo, ignis splendore circumamicta. Currus autem quatuor ro-
tis mira arte elaboratis nitebatur. Rotas autem & currū ipsum, quo-
cumque esset eundem, deferrebant quatuor animalia, mirabili quoq;
ac planè stupenda forma decorata. Sancti autem Patres hoc in loco
eum qui supra currū sub imagine hominis in folio sedebat, Christū
Dei Filium humana carne vestitum interpretantur. Animalia verò,
quæ curram deferunt, Apostolos & Euāgelistas, omnesq; perfe-
ctos & Euāgelicos viros intelligunt, qui incarnati Verbi notitiam &
gloriam, lætumq; Euāgelij nuntium per vniuersum mūdum detu-
lerunt. Si quidem in omnem terram exiuit sonus eorū, & in fines or-
bis terræ verba eorū. Rotæ verò quæ ad animalium motum moue-
bantur, fideles populos designant, qui Apostolorū doctrinā ample-
ctentes, eiusdemq; fidei vestigijs insistentes, cōmuni Domino famula-
ntur. Sunt autē rotæ volubiles; vt hoc indicio obedientiæ prompti
rudinē & alacritatē, quæ in subditis populis esse debet, agnoscamus.

Sed

7 Sed his omisis, animalium figuras, quæ viros Euāgelicos atq; per-
fectos designant, diligentius inspiciamus. Hodie namq; perfecti vi-
ri, vel perfectionis studiosi à nobis instituendi sunt. Cum enim sapi-
tibus, & insipientibus, hoc est, perfectis & imperfectis debitores sim⁹,
vtrosq; salutaribus præceptis influere debemus. Illud autē in pri-
mis animaduertēdū est, vnumquodq; ex his animalibus quatuor ha-
bere facies; videlicet, hominis, viruli, leonis, & aquilæ, quæ in supe-
riori loco erat. Vnūquodq; itē quatuor habebat alas; quarū duæ ere-
ctæ, simulq; cōiunctæ erant; duæ verò reliquæ corpora eorū tege-
bāt. Sub singulis autē alis totidem manus suppositæ erant. Aspectus
autem eorū, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lapa-
darum. Pedes autē eorum recti erant, qui tamen in pedis vituli for-
mam desinebāt. Facies autē eorū, & penæ sursum porrigebantur.

8 Quodq; his omnibus mirabilius est, cum facies, manus, pedes, & alæ
certo numero definitæ essent, oculorū tamē nullus erat definitus nu-
merus; quādoquidem totum eorum corpus (vt Ioānes in Apocal. Apocal. 4.
ait) oculis vndiq; antè & retrò respersum erat. Hæc de animalū figu-
ra. De motu verò ipsorum subdit Propheta; Vbiq; erat impetus
spirit⁹, illuc gradiebatur, nec reuertebatur cum incederēt. Vnūquod
que autē ante faciē suā ambulabat: & animalia ibant, & reuertebatur
in similitudine fulguris coruscātis. Hæc, & multa alia, quæ longū es-
set recētere, multoq; longius vno sermone explicare, his animalibus
Propheta tribuit. Quis igitur nō apertè videat, hæc omnia mysterijs
esse referta? Quis porrò adeo stupidus & mentis impositus erit, qui non
cupiat, hæc ipsa, quæ clausa, & mysterijs plena sunt, sibi referari? Quis
autem prouinciam hanc sine diuini spiritus magisterio audeat atten-
tare? Audeo enim dicere, tātum mysteriorum, tantumq; spiritualis
doctrinæ in hoc primo Ezechielis capite esse reconditū, vt quicquid
omnes, qui spiritualis vitæ præcepta tradiderunt, literis mandarunt,
mira docēdi ratione hoc vno capite contineatur. Quæ tamen do-
ctrina purgatas auditorum mentes, & spiritualis perfectionis studio
incensas requirit. Quod si non omnes, quotquot hic adsumus, hi-
iustmodi aures habemus, nihilominus tamen hac sublimi & cælesti
doctrina, quātum nobis ad christianæ virtutis perfectionem dicit,
intelligere poterimus: qui non contemnendus huius doctrinæ fru-
ctus est. Sed iam rem ipsam propius attingamus.

§. I.

¶ Diximus his quatuor animalibus Euāgelicos viros ambrari.
Vnumquodque autem eorū quatuor facies, habere dicitur: quibus
T 2 quatuor

quatuor præcipuæ ipsorum virtutes significantur. Habet enim primum omnis vir sanctus aquilæ faciem. Aquila autem (vt scitis) altissima loca petit, & minimè conuientibus oculis Solis fulgorem contemplatur: neque ad ima se deijcit, nisi cum famis necessitas vrget: quæ expleta, rursus ad sublimia recurrit, ibique tanquam in propria statione commoratur. Quid autem magis ad viuum sanctorum hominum vitam & studia repræsentat, quorum omnis penè commetatio in cœlestium rerum contemplatione versatur? Vnde quidam ipsorum ait; Noltra conuersatio in cœlis est, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna. De viro item iusto canit Ecclesia, quod in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione & auiditate in illa æterna patria conuersetur. Ad hoc autem officium fideles Apostolus inuitat, cum ait; Si confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est, in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Quid autem aliud nos sanctorum Anachoritarum exempla docent, qui vitam omnem in diuinarum rerum contemplatione insumentes, nūquam se ad infima hæc & terrena bona demittebant, nisi quantum ineuitabilis corporum necessitas flagitabat? Habentes enim alimenta, & qui bus tegerentur, his contenti erant: nec aliud præterea captabant, ne rerum terrenarum cura à cœlestium rerum contuitu auocarentur. Hæc prima Sanctorum hominum virtus est, aquilæ facie designata.

Sed non satis est Euangelico viro, aquilæ faciem retinere, nisi hominis quoque faciem gesserit. Debet namque is humanitatis & benignitatis studio se hominibus accommodare, doctrinis erudire, & ex multis excitare, beneficijs deuincire, modestè ac placidè se erga omnes gerere, patienter eorum siue iniurias, siue contumelias tolerare, omnibusque sese amabilem exhibere, nemini offendiculum præbere, eorumque moribus, quibus cum viuat, sine vlla tamen diuine legis offensione, se adaptare, vt sic omnes ad pietatem allicere, & Christo lucrare valeat. Quàm preclare autem hanc hominis faciem Paulus indit, qui Iudæis & gentibus, sub lege, & sine lege viuentibus, ita se accommodabat, vt meritis dicere possent; Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerè saluos! Quid verò illud ad Thessalon. Facti, inquit, sumus tamquam paruuli in medio vestri, tamquam nutrix quæ foueat filios suos: ta desiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis nō modò Euangelium, sed etiam animas nostras, quoniam charissimè nobis facti estis! Quid verò illud? quàm aperte aquilæ facie in hominis

13 nis faciem se commutasse testatur, cum ait; Siue mente excedimus, Deo, siue sobrii sumus, vobis? hoc est, ab altissima illa contemplatione, quæ, sicut aquila in conuientibus oculis diuinæ pulchritudinis splendorem contemplatur, quæque à nobis ipsis excedentes ad sublimia & inaccessa hominibus eleuamur, ad ea nos docenda demittimus, quæ infirmitati vestræ apta sunt: videlicet, non quid ipsi Deo teste sentiamus, sed quid imbecillitati vestræ expediat considerantes. Iam verò Saluator ipse, qui Verbum inuisibile erat apud Patrē, nonne veram hominis formam induit, vt se hominibus in humana forma agnosendum, amandum, atque imitandum præberet? Quid cum in præsentī Euangelio, cum publicanis & peccatoribus cibum capit; non hac etiam ratione hominis faciem sumpsit, vt homines saluos faceret?

14 Nec satis est has duas habere facies, nisi bouis quoque imaginem sumas. Bos, animal est laboris patiens, & mactationi atque sacrificio destinatum: quo nomine mortificationis virtus rectè significatur, quæ ad spiritualem vitam maximè necessaria est. Primum enim cum spiritali viro hoc sit propositum, vt mundo mortuus, Deo viuat; & compressa carnis cupiditate, spiritu ducatur; ac postremò vt iuxta Apostolum, Dei imitator tanquam filius charissimus esse velit; quò nam modo spiritalis ac diuinus esse poterit, nisi carnalis esse desinat? Quo modo autè carnalis esse desinet, nisi carnis cupiditates refecauerit? Præterea si, vt Apostolus ait, non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum, imò verò omnium ferè vitiorum germina in illa ex peccato relicta sunt, quæ fieri potest, vt ego vir bonus sim, nisi diligenter in refegandis his prauis germinibus, quæ à carne mea pullulāt, occupatus fuero? Hoc autem cōtinuum studium Sponsa sibi proposuisse testatur, cum ait; Manus meæ distillauerūt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima. Myrrha autem nomine mortificationis studium designari perspicuum est. Sponsa verò manus digitorum; myrrha probatissima sibi plenos esse ait: quia præcipuè christianæ vitæ officium in subigenda carne, eiusque cupiditatibus comprimendis positum est. Hoc autem citra laborem & contentionem fieri non posse constat. Quo in loco illud animaduertendum est, non tam in charitate, quæ christiana vitæ finis est, quàm in via, quæ ad charitatem peruenit, laborem omnem positum esse. Videmus enim humentia ligna; cum ab omni humore defæcata fuerint, si igni admoueantur, nullo negotio ignem concipere. Hoc autem exemplo discimus, non tam in charitate, quàm in animæ præparatione ad

perfectiorem charitatis totum huius negotij pōdus atque laborem 16
existere. Nisi enim pellatur cupiditatis humor, locum habere nō po-
test charitatis ardor. Labor autem non tam in percipiēda charitate,
quā in expellēda cupiditate positus est. Videtis ergo fratres, quā
fit vituli facies, hoc est, mortificationis virtus, perfectis viris necessa-
ria? Multi enim faciem aquilæ & hominis gerunt, qui tamen vituli fa-
ciem habere recusant, quia mortificationis laborem refugiunt. Non
fugiebat tamen ille, qui dicebat; Castigo corpus meum, & in seruitu-
tem redigo: ne cū alijs prædicauero, ipse reprobus efficiat.

I. Corin. 9.

Quarta verò facies, leonis esse dicitur: quòd fortitudo intelligitur:
sic enim legimus; Leo fortissimus bestiā ad nullius pauebit occur-
sum. Cum autem duæ sint huius virtutis actiones; quarum altera est,
ardua opera constanter aggredi; altera verò, aduersa patienter tole-
rare; posterior hæc actio priore præstantior esse dicitur. Hac autem 17

Prou. 30.

virtute Apostoli, cæteri que Euangelici viri ita claruerunt, vti specta-
culum facti sint Deo, Angelis, & hominibus. Hac item virtute &
mundi redemptio celebrata, & Ecclesia fundata & stabilita est.
Christus enim Dominus per patientiam crucis mundum redemit,
sibi que Ecclesiam desponsauit. Vnde patientia eius, nuptialis ve-
stis esse dicitur; qua indutus fuit, cū sibi Ecclesiam in cruce de-
sponsauit. Apostoli verò & Apostolorum sectatores, Martyres, in-
superabili patientiæ robore fidem & Ecclesiam fundauerunt, & ad
nos integram inuiolatam que transmiserunt. Usque ad eò enim hor-
renda mortis supplicia non formidabant, vt multi etiam sitientes
appeterēt. Vnde cū ex militibus beati Mauritij (cuius crastina die
festum celebrabimus) decimus quisque ad mortem propter Christi

fidem peteretur, viri sancti quodammodo inter se contendebant, 18
vt alius ante alium iugulum carnifici præberet, ne desiderata mar-
tyrij corona fraudaretur. Prisca verò, nobilis Senatoris filia, cū
Christiani iussu præfecti occiderēt, præfectū grauiter accusabat;
quòd cū esset nobilis & ingenua, ignobiles illi in supplicio ante-
ferrentur. Quidam verò martyr sanctissimus, cū immanissimè
torus vocem nullam doloris indicem emitteret, à iudice rogatus,
quo nam modo inter tot dolorum aculeos vocem & gemitum con-
tineret; Quoniam, inquit, disciplina christianorum est, silentium
seruare cū orant. Quid igitur hac patientia mirabilis? Hac igitur
patientia Ecclesia Christi stabilita atque defensa est, ne portæ in-
feri præualerent aduersus eam. Quæ si sanctis Martyribus defuis-
set, hodiè Ecclesiam nullam haberemus. Videtis ergo quomodo

Matth. 16.

ad

19 ad propagandam fidem, & Christi gloriam atque triumphum
per omnes nationes prædicandum, talibus ministris opus erat;
qui leonis, bouis, hominis, & aquilæ facies simul in vna mente
haberent?

§. II.

Diximus præterea, vnumquodque horum animantium quatuor
alis instructum; quarum duæ coniunctis vtrinque pennis in subli-
me porrigerentur; duæ verò reliquæ tegendo corpori seruirent.
Quia verò alis aues in sublimem feruntur, non abs re alarum nomi-
ne cælestium rerum contemplatio significatur. Duæ autem supe-
riores alæ; intellectus, & voluntas, quibus in altum mens nostra fer-
tur; mihi esse videntur. Neque enim aut sine intellectu voluntas, 20
aut sine voluntatis affectu intellectus in sublimem salubriter & reli-
giosè ascendit. Sapientia enim, quæ prima inter Spiritus sancti do-
na numeratur, duabus nititur actionibus; quarum altera ad in-
tellectum, altera spectat ad voluntatem. Eæ autem alæ coniunctæ
esse perhibentur, vt intellectus & voluntas pari gressu incedant, ita
vt quod ille percipit, ista sentiat; & rerum magnitudinem, quas
intellectus percipit, par voluntatis affectus consequatur: ne de no-
bis illud merito dici possit, quod in multos huius seculi sapientes
cadi, Præuolat intellectus, & sequitur tardus aut nullus affectus.
Quæ res in Euangelicos viros minimè cadit: quorum pennæ con-
iunctæ esse dicuntur; quòd intellectus & voluntas pari gressu in
Deum tendant. Duabus verò alis corpora tegunt. Duæ autem
21 istæ alæ, quæ tegendo corpori destinatæ sunt, gemina charitas,
in Deum videlicet atque proximum esse videtur; cū charitatis sit
tegere atque operire multitudinem peccatorum. Duæ quoque vir-
tutes penitentia partes, nempe præteritorum dolor, & futuro-
rum cautio, animæ nuditatem per penitentiam tegunt. Iustitia
quoque & misericordia; quarum altera nemini nocet, altera omni-
bus prodesse studet (ad quas virtutes alię reuocantur) animam tegunt
atque vestiunt. Ornatus quippè eius non in gemmis & auro, sed in
virtutum cultu positus est.

I. Petri. 4.

Quid verò est, quòd singulis alis singulæ manus subijciuntur?
Mirus certè membrorum numerus & collocatio, vt totidem man-
us sint, quot alę; & quidem suppositæ, non suprapositæ. Ala-
rum autem atque pennarum nomine, cælestium rerum contem-
plationem

T 4

plationem significari diximus: manuum verò nomine, quibus cun- 22
 & a ferè opera externa molimur, operationis studium. Cùm ergo ma-
 nus alis coniunguntur, hoc nobis designatur, vt nunquam ita cele-
 stium rerum contemplationi addicti simus, vt rectè operandi, ac pro-
 ximos iuuandi studium penitus negligamus: nec rursus ita nos totos
 proximorum obsequio mancipemus, vt sanctarum precationum &
 meditationum studium prorsus abiciamus. Quamuis enim contem-
 platiua vita præstantior atque nobilior quàm actiua sit: illa tamen
 consultatur, ista præcipitur: illa magis voluntaria, hæc magis necessaria
 est. Quotiescunque enim proximus opera atque ope tua ita indiget,
 vt sine ea in magnum discrimen adducatur, altissima etiam contem-
 platio deferenda est, vt periclitanti fratri subuenias. ¶ Hoc autè eos
 præcipuè accusat, qui vt internis spiritus occupationibus vacent, ea
 officia negligenter obeunt, ad quæ status atque officij sui ratione te- 23
 nentur. Vxorès igitur viris, parentibus filij, præpositis subditi dilige-
 ter obtemperare debent, eorumque præcepta tota animi deuotione
 implere. Quod vbi perfecerint, quicquid supererit tēporis, otio con-
 templationis addicant. Idemque de prælatis erga subditos iudicium
 sit, ne videlicet ob studium altissimæ etiam contemplationis ouium
 suarum curam deserant: alioqui periculum erit, ne dum illi cū Moy-
 se in monte diuinis rebus intendunt, populus in valle relictus virtu-
 lum aureum fabricet, illique se supplicem exhibeat. Quantò rectius
 Dominus ac Saluator noster, qui instante passionis agone sic oratio-
 ni vacabat, vt discipulos inuiferet, & ab imminente periculo cauere
 præciperet: rursusque ad orationem rediens, ea finita mox ad eosdè
 monendos reuerteretur, & ad vigiladum, orandumque hortaretur,
 ne in tentationem inciderent. Quod contra multi faciunt, qui con- 24
 templationis dulcedine inescati, & solitudinis amore capti, charitatis
 & misericordie officijs seruire renuunt. Aiunt enim se talibus offi-
 cijs quietem, & animi tranquillitatem, spiritualemque dulcedinem
 amittere, ac multis etiam in rebus cum hominibus versantes delin-
 quere, & à rectitudinis suæ statu deflecti. Tales autem alas quidem
 habent, manus autem alis adiuuctas non habent: ideoque inter im-
 perfecta & infirma Ecclesiæ membra connumerandi sunt. Perfe-
 ctorum enim est & in solitudine, & in turba, & cum Deo, & inter
 homines, & in otio, & in negotio strenuè se gerere, & (quod aiunt)
 ambidextros esse. Quod faciunt, qui sic animo constituti sunt, vt
 non minori dexteritate, actionis, quàm cōtemplationis officia exer-
 ceant. Sic enim actioni incumbunt, vt non prorsus contemplatio-

Exod. 32.

Matth. 26.

nis officium deserant. Exercent enim (vt Climacus monet) in mem- 25
 bris agilibus intellectualem quietem: vbi verò ab operatione cessa-
 runt, magna celeritate ad intermissum contemplationis opus re-
 deunt, se ipsos prophetica illa voce cohortantes: Conuertere ani-
 ma mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi. Hoc enim
 nobis indicat, quòd sancta hæc animalia, de quibus loquimur,
 ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis: hoc
 est, quoties ad charitatis officia esset prodeundum, peractò cha-
 ritatis opere, summa celeritate ad intermissum contemplationis
 studium redibant, priusquam ille deuotionis & amoris feruor tepe
 fieret. Intelligebant enim, & periculo ipso didicerant, verum esse
 quòd de magno illo Antonio Athanasius in eius vita refert, id esse
 26
 prius hominibus solitudinem, & spiritualium rerum commentatio-
 nem, quòd piscibus aquam. Ideoque sicut pisces ab aqua extracti, ad
 illam se quanta possunt celeritate propiunt: ita viri sancti, vbi cha-
 ritatis necessitate cogente, ab interna vacatione ad frequentiam ho-
 minum prodeunt, confestim ad illam redire contendunt: ne si diu-
 tius cum illis versati fuerint, vel aliquod ex eorum moribus contra-
 hant, quo mentis suæ puritatem inficiant, vel refrigerato chari-
 tatis ardore de integro illis laborandum sit, vt eò perueniant, vnde
 ceciderunt. Multi enim sunt, qui hoc parum prospicientes, exter-
 nis negotijs, ad quæ initio vel charitatis necessitas, vel maiorum
 imperia impulerunt, sic se implicauerunt, vt postea nec ab illis emer-
 serint, nec ad priora deuotionis studia redierint, atque ita frigidi
 per omnem vitam remanserint. Cùm enim ad ea regredi conaren-
 tur, difficilesque aditus inuenirent, laboris difficultate offensi ea
 27
 prorsus deseruerunt. Est enim deuotio velut spiritus vadens, &
 non rediens: vel certè si diu fuerit intermissus, difficulter rediens.
 In quòd discrimen multos monachorum incidisse animaduerto, qui
 cùm initio conuersionis suæ ab omnibus externis occupationibus
 feriat, soli Deo vacarent; cuiusque suauissimis delicijs fruerentur,
 vbi postea vel obedientie, vel studiorum occasione ab illa interna
 vacatione ad externa opera transierunt, adeò incautè sese illis im-
 plicauerunt, vt priora interni hominis exercitia penitus reliquerint.
 Neque enim plenam sibi homo securitatem polliceri debet, quòd
 vel charitate, vel obedientia impulsus ad externas occupationes
 descenderit, nisi illam etiam cautionem adhibeat, vt non modò
 iuste, sed prudenter etiam quòd iustum est, exequatur. Saul enim
 Domini imperio regnum inuitus, & reluctans, & seipsum vt regni
 dignitatem

Clim.

Psal. 114.

Athau.

Simil.

Psal. 77.

dignitatem effugeret, abscondens accepit; quia tamen incaute se in hoc officio gessit, ab eodem Domino, à quo vocatus ad regnum fuerat, derelictus est. Merito igitur sancta hæc animalia à charitatis & obedientiæ officijs ad interna studia tanquam fulgura reuertuntur: ne si diutius illis hæreret, perpetuo eisdem implicata remaneret.

§. III.

Sed quoniam alarum & manuum mysteria expediimus, pedum quoque significationem excutiamus. Pedes, inquit, eorum, pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli. Scitis, fratres, pedis nomine in literis sanctis animi propensionem & amorem designari. Vnde Diuus Augustinus, Pes, inquit, animæ amor est; qui si rectus est, dicitur charitas; si curuus, cupiditas. Idcirco autem amores hominum pedes nuncupantur, quia sicut pedibus corpus fertur, sic anima mouetur amoribus. Vnde est illud eiusdem August. Quo cunque feror, amore feror. Ideoque luxurioso filio ad patrem redeuntis, cum stola prima & anulo calceamenta quoque prouidentur, ne pedes animæ, calceamenti nudati, terrenis rebus per amorem in hærent. Quia verò huiusmodi calceamenti Israeliticus populus nudatus erat, de illo Ieremias ait; Sordes eius in pedibus eius, quod significare voluit, populum immoderato terrenarum rerum amore fuisse sordidatum. Hæc ergo de causa sanctorum animarum pedes recti esse perhibentur, quod omnis eorum amor, ad quæcunque porrigeretur, rectè tamen in Deum tenderet. Quorum exemplo nos quoque monemur, vt omnes amores nostros, quos erga res conditas habemus, in Deum, tanquam in vltimum finem, referamus. Amamus enim primum eos, quibus aliqua nature necessitudine coniuncti sumus; vt parentes, vt filios, vt uxores, vt viros, ceterosque sanguinis communionem coniunctos. Amamus item opes, honores, dignitates, & magistratus, quibus nos publicæ salutis consulturos speramus: eademque de causa literarum studia colimus ac diligimus. In hærum ergo rerum amore solerter prouidendum est, vt quamuis per hæc diuerticula amor noster deflectatur, rectè tamen in Deum tendat. Quod facimus, quando quicquid diligimus ex charitate diligimus: tam autem ex charitate diligimus, cum propter Deum diligimus, & ad vitam æternam hæc omnia destinamus. Quo in loco sollicitè amor noster explorandus est, ne quid illi peregrini amoris admisceatur, si purum aurum, nullique inferiori metallo admixtum offerre Deo cupimus. Sepissime enim peregrinus amor huic amori adiungitur, sepiusque in hoc iudicio fallimur; dum quæ propter

propter Deum diligere nos putamus, nostri gratia diligimus. Ideoque non sine magno consilio pedes isti sanctorum animalium in pedes vituli, qui vngulam findunt, terminantur: qua quidem diuisione discretio significatur; vt hac ratione intelligamus, omnibus his amoris affectionibus, discretionis virtutem inuendam esse; vt quid purum aurum, quid adulterinum, quid ignobiliori metallo permixtum sit, prudenter intelligamus. Natura quippe amoris proprii subtilis admodum est, & quocunque voluerit, penetrat, & in omnibus quærit seipsam. Homo quoque hoc eodem amore captus sibi ipsi blanditur, sibi que ipsi adulatur, iusteque se facere putat, quicquid vehementer optat. Præclare enim D. Gregorius, Sæpe, inquit, mens sibi mentitur, & fingit de bono opere amare, quod non amat; de mundi autem gloria non amare, quod amat. Quam multi Ecclesiæ dignitates sub pretextu pietatis ambiunt, qui tamen hac in re non tam Dei gloriam quam suam querunt. Quam multi sub eadem imagine sacrarum literarum studijs incumbunt, non tam vt animarum lucra, quam vt sua captent. Quid? quod spirituales quoque amicitia inter viros & foeminas peregrini amoris aliquid interdum admittit? quod cum initio minus appareat, consuetudine tamen crescit. Quod fit, vt spiritualis amor (quem admodum D. Tho. ait) in carnalem sæpe degeneret, atque ita demum euenit, quod Apostolus ait, vt cum spiritu cœperint, carnes consummentur. Multos enim qui hac occasione turpiter lapsi sunt, deplorat Aug. de quorum casu se non magis dubitare aiebat, quam Ambrosij, aut Hieronymi. Quin etiam Ecclesiastica historia memorant, illustrem quendam Confessorem, post superatas vngulas & tyrannorum minas hoc laqueo irretitum fuisse: & qui carnicum tormenta superauerat, foemineis blanditijs succubuisse. Quæ ex re apparet, quam sit necessaria vngularum diuifio, vt pedum rectitudo, hoc est, affectionum puritas in animo conseruetur.

Non modò autem pedum figura, sed etiam aspectus sanctorum animalium describitur. Vnde sequitur, Aspectus eorum instar carbonum ignis ardētium, & quasi aspectus lampadarum. Aspectus autè, quod in animatè præcipuum est, charitatem, que principem inter virtutes omnes locum obtinet, designare videtur. Expédite verò qualis esse sanctorum charitas debeat, quæ igni & lampadibus cõparatur. Hinc illud ex Psal. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad hoc enim Spiritus sanctus super discipulos in igne venit; & in hoc ipsum Dei filius se venisse ait, vt igne mitteret in terram, quo vellet elicere igneos homines efficeret. Certè hoc igne flagrabant duo illi discipuli

Greg.

S. Tho.

Galat. 3.

Aug. de

August.

Psal. 103.

Act. 2.

Lucæ. 11.

Lucæ. 24.

discipuli ab Emmaus redeuntes, cum inter se dicerent, Nonne cor 34
 nostrum ardens erat in nobis, cum Iesus loqueretur nobis in via, &
 aperiret scripturas? Hoc est igitur quod ait, Sanctorum animalium
 aspectum esse quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectum
 lampadarum. Quo in loco non frustra lampadum nomen adiectum
 est. Carbo enim ardens illi quidem, non tamen illuminant: at
 lampades utrumque praestant, illuminant quippe simul & ardent:
 ardent sibi, illuminant alios. Talis erat Elias, de quo scriptum est:
 Surrexit Elias quasi ignis, & sermo eius ut facula ardebat. Sic etiam
 de Ioanne Baptista Dominus ait, Ille erat lucerna ardens, & lucens.
 Quicumque igitur ardet quidem, sed non lucet, carbo ignitus est:
 at Evangelici viri lampades esse debent, qui sibi ardeant, & alij
 luceant.

Eccl. 48.
 Ioan. 5.

Restat aliud in aspectu animalium considerandum. Ait enim Pro 35
 pheta, facies eorum, & pennae eorum in sublime erectas esse. Hoc
 in loco, per faciem, operum intentionem accipimus. Sicut enim
 inspecta facie homines agnoscimus: ita opera nostra ex intentionis
 puritate dignoscimus. Alius enim eleemosynam inanis gloriae de-
 siderio ductus, alius Dei amore incensus tribuit: illud inanis glo-
 ria, hoc misericordiae opus est. Sic caetera opera ex intentionis
 conditione metimur. Pennarum autem nomine cogitationes in-
 telligimus, quibus animus noster in sublime fertur. Cum ergo sit
 sanctorum animalium & facies, & pennas in altum subrectas esse,
 hoc admonere nos voluit, ut omnis nostra intentio & operatio,
 hoc est, quicquid exterius molimur, vel interius cogitamus, in cae-
 lum referamus, quando iam domestici Dei, & caeli ciues effecti su-
 mus. Animaduerte quae fratres, quo studio à nobis Dominus 36
 requirat, ut in terris positi, semper animus noster in caelo versetur.
 Non enim contentus aquilae faciem animalibus indidisse, duplices-
 que alas in sublime protensas contulisse, modò etiam facies, sicut &
 alas, in altum erigi vult: ut videlicet omnis nostra actio, omnis cura
 & cogitatio, omnis amor ac desiderium in caelum semper tendant,
 eò ferantur, ad illud semper aspirent, vitæque cunsum & gressus om-
 nes dirigant. Hoc igitur summo studio viri sancti praestare cura-
 bant, cuius rei gratia, caelestes homines, aut terrestres Angeli nunc
 pantur. Theodoretus verò viros sanctos appositissimo nomine anima-
 lia alata nuncupat: quia cum in terris, quemadmodum animalia ver-
 sentur, ut aues tamè in sublime volant. Intelligunt enim in hoc se esse
 conditos, propter hoc in vita conseruari, propter hoc caelum, terras,
 maria,

Ephe. 2.

Theodor.

37 maria, & quae his locis continentur, illis perpetuò deseruire, ut ipsi
 communi omnium Domino seruietes, caelestis patrimonij heredes
 instituerentur. Et idcirco quamdiu ab hoc officio feriantur, frustra
 se quodammodo viuere, frustra quae creaturarum obsequio se uti arbi-
 trantur. Vnde quemadmodum fidelis seruus, qui expediendae alicuius
 litis gratia in curiam missus est, hoc vnum semper agit, hoc solici-
 tè curat, modò iudices, modò aduocatos, modò scribas conueniens,
 neque aliud agit, quàm id cuius gratia missus est: ita fidelis Dei seruus
 & prudens, cum intelligat se ob hoc in vitam missum, ut caelestis re-
 gni hereditatem bonorum operum meritis consequatur, in hoc vniu-
 38 ta animi contentione incumbit, hoc curat, hoc dies noctesque co-
 gitat, huc omnes cogitationes & omnia vitae studia dirigit: cetera ve-
 rò omnia rãquam aliena, & nihil ad se pertinentia valere iubet. Hoc
 est igitur, quod facies, & alae sanctorum animalium, quae desuper ex-
 tentae sunt, nobis insinuant.

Simil.

§. IIII.

¶ Sed quoniam animalium sanctorum figuram vidimus, eorum
 quoque motum consideremus. De eo namque Propheta subdit, Vbi
 erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ince-
 derent. Quibus verbis admiranda quaedam sanctorum alacritas &
 obedientia, & perfecta propriae voluntatis mortificatio designatur.
 Intelligunt enim viri sancti, totius humanae perfectionis & felicitatis
 summam in exequenda diuina voluntate, hoc est, in plenissima obe-
 dientia sitam esse. Hac enim vna re charitatis perfectio, quae diuinae
 legis finis est, continetur. Idem namque velle, idemque nolle, ea de-
 39 mum perfecta amicitia est. Hac etiam obedientia homo fit quodam
 modo Deiformis, atque diuinus. Qui enim sic voluntatem suam in-
 stituit, ut nihil prorsus aut velit, aut nolit, nisi quod Deum velle, aut
 nolle cognouerit, is utique (quod ad vitam integritatem attinet) homi-
 nem quodammodo exiisse, & Deum induisse videtur. Caeterum, cum
 intelligant, neminem ad hoc virtutis fastigium pertinere posse, nisi
 propria voluntate, quantum fieri possit, abdicata, in hoc totis viribus
 incumbunt, ut propriae voluntati, quatenus fieri possit, moriantur.
 Quod faciunt, cum illam non modò inconcessa appetere nõ sinunt,
 sed à concessis etiam frequenter abstinere compellunt. Qua quidem
 exercitatione eò tãdem perueniunt, ut sine vilo impedimento se to-
 tos diuinæ voluntatis obsequio tradant. Inde fit quod idem Ezechiel
 ait, ut quò eos rapiat impetus spiritus, eò protinus rapiantur. Sicut
 enim aliquid praecipiat, siue cõsular, siue nutibus, & interno impulsu
 ad

ad fidei regulam explorato moueat, siue latis in rebus versari, siue ad
 uerfis agitari velit, demisso protinus capite lib'atissimè quicquid ille
 uoluerit, amplectuntur. Sic cum beatissima Virgo Catharina Senen-
 sis se morituram ob vehementissimū pectoris dolorem credidisset,
 eiusque discipuli obnixè ab ea contenderent, ut precibus à Domino
 longiorem vitam peteret, ne discipulis, quorum illa saluti prospicie-
 bat, deesset: illa contrà, se iam voluntatem suam exuisse, & diuinam
 pro illa amplexatam fuisse, respondit, nec ab illa vel latum vnguem
 posse discedere. Sed quoniam ab hac perfecta obedientia multorum
 etiam christianorum mores quam longissimè distant, non verebor
 illos Ethnici hominis, hoc est, Senecæ ex èplo accusare, qui cū Deo
 loquês, obedientiam suam his deuotissimis carminibus testatus est.

Seneca.

Duc me pater, celsiq; dominator poli

Quocunq; placuit, nulla parendi mora est.

Adsum impiger. Fac nolle, comitabor gemens,

Malusq; patier, quod pati licuit bono.

Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.

Haectenus ille. Cuius uerba tantum pietatis & religionis habere mihi
 uidentur, ut non dubitem vos omnes adhortari, ut ea in rebus affli-
 ctis ad mentem reuocare uelit.

Quod uerò deinceps Propheta subdit, Nec reuertebantur cum in-
 cederet, perseverantiam nobis boni operis, studiumque semper pro
 ficiendi insinuat: quale sancti illius animalis erat, cuius hæc uerba sunt;
 Vnū autem, quæ retrò sunt obliuiscens, ad ea uerò quæ sunt priora
 extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ
 uocationis. Sic vacca illæ, quæ arcam Domini ex terra Philistinorū
 in terram Israel deferebant, recta semper via itinere suo pergebant:
 nec eas aut retrocedere, aut de via desistere mugientes earum vituli
 impellere poterunt.

Sed quid est, quod Propheta deinde subdit, Vnumquodq; horū
 animalium ante faciem suam ambulare? Hoc quoq; , sicut & cætera,
 mysterio non uacat. Hoc enim symbolo monemur, ut quæcunq;ue
 agimus, quæcunq;ue molimur, loquimur, aut cogitamus, sollicitè ac
 prudenter circumspiciamus: ne qua in re à uirtutis tramite vel paul-
 lum declinemus. Scitis enim ueram esse uulgatissimam illā magni
 Dionysij sententiam, quòd ad bonum omnes simul causæ conspi-
 rare debeant: ad malum autem vel vnus tantum circumstantiæ
 omisiō sit satis. Et ideo quoties uel aliquid aggredimur, uel cum
 animo nostro cogitamus, diligenter omnia circumspiciamus, quo-
 modo,

Philipp. 3.

1. Reg. 6.

Diony.
Arcop.

modo, quo sine, apud quos, quo loco, quo tempore, & quæ sunt
 eius generis. Quicquid enim horum defuerit, bonum alioqui opus
 in contrarium uertit. Hoc est ergo ante faciem suam ambulare, suo-
 rum uidelicet operum spectatorem ac iudicem fieri. Quam rem
 Salomon designauit, cum dixit, Sapientis oculi in capite ipsius: stul-
 tus in tenebris ambulat. Stultus enim cum nullam honesti rationem
 habeat, sit honestum an turpe quod agit, non attendit. Sapientis au-
 tem in capite oculos habere dicitur, quia ex sublimi loco, uelut in
 specula quadam positus, opera sua atque seipsum tanquam alterum
 spectat: atque ita se uelut in duos homines partitur, quorum alter
 operatur, alter operis iustitiam & modum examinat. Hoc item
 nos idem Salomon admonet; Oculi tui recta uideant, & palpebræ
 præcedant gressus tuos. Ego uerò hos oculos & palpebras non
 solum præcedere, sed etiam comitari, & ad finem usque opera nos-
 tra profequi debere statuo, cum antiquus hostis non solum in
 operis initio, sed in medio etiam cursu ac sine insidias tendat. Quò
 interdum euenit, ut quæ rectè cepta sunt, non rectè postea perse-
 quamur. A quo periculo sancta hæc animalia longissimè aberant,
 quando vnumquodque ante faciem suam ambulabat, ne quid per
 ignorantiam delinqueret.

Sed quam uis hæc omnia, quæ diximus, admiratione non uacant,
 mihi tamen oculorum multitudo, quam illis Ioannes in Apocalypsi
 tribuit, maximè mirabilis esse uidetur. Cum enim Propheta defini-
 tum numerū alarū, manuum, atq; pedum hisce animantibus tribuit,
 oculis tamè sine numero assignauit, per totū corpus, antè, & retrò,
 oculis plena esse dicês. Quid igitur hæc tanta oculorum multitudo
 nobis indicat? Multa sanè, sed illud in primis, hostibus, laqueis, & pe-
 riculis esse omnia plena. Omnis etenim creatura (ut Sapiens ait) in la-
 queum, & mulpulam pedibus insipientium facta est. Quid uerò
 est, in quo serpens antiquus laqueos miseris hominibus non tendat?
 in cibo, in potu, in incessu, in uestibus, in colloquijs, in frequentia
 hominum, in solitudine, in secundis, in aduersis rebus, ac postre-
 mò in ipsis etiam bonis operibus, quibus frequenter nos ad ina-
 nem gloriam extimulans, in portu naufragium facere compellit.
 Quæ cum ita sint, quid mirum, si contra multitudinem laqueorum
 necessaria nobis sit multitudo oculorum? Quid mirum, si cum ho-
 stis antiquus mille habeat nocendi artes, nos quoq; mille oculos ha-
 beamus, quibus tot eius fraudes & insidias deprehendere ualea-
 mus? Diuus Bernardus ex medicamenti pretio, hoc est, sanguinis
 Christi,

Eccle. 2.

Prover. 4.

Apocd. 4.

Sap. 14.

Bernard.

Christi,

Christi, morbi nostri magnitudinem colligit: nos verò ex hac oculorum multitudinem, periculorum magnitudinem, inter quæ quotidie versamur, colligere possumus. Nec enim tam multis oculis opus esset, nisi multis modis nos hostis noster adoriretur. Sunt etiã tot oculi ante & retrò necessarij, vt nõ modò præterita, sed etiã futura prospiciamus. In præteritorũ enim recordatione inuenimus vnde erudiamur, vnde doleamus, & vnde gratias Domino agamus. In futurorum autè perspicientia, vnde timeamus, & vnde nobis opportune prouideamus. Hanc autem sapientiam sanctus Prop̃eta filijs Israel optabat, cum diceret; Gens absque consilio, & sine prudentia est. Vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent. Ad vtraque ergo hæc tempora inspicienda, anteriores & posteriores isti oculi dati sunt: quin etiã ad omnia virtutum officia moderanda, illamque mediocritatem præscribendam, sine qua nulla virtus extare potest, necessarij sunt. Magna enim prudentia, quæ oculorum nomine designatur, ad hoc opus est. Ea namque virtutum omnium velut auriga quadam & gubernatrix esse dicitur: ideoque multi oculi numerantur, quia multa nobis prudentia opus est. Virtutes etiã, quibus ipsa præsidet, mediocritate gaudent: quia si desituantur, virtutis nomen amittunt. Prudentia verò nullis finibus coercetur, sed quò maioribus incrementis aucta fuerit, eò perfectior erit. Ideoque cum ea quæ ad cultũ templi, & sacrificiorum oblationes necessariae erant, à Rege Persarũ certa quadam mensura tribuerentur, sal tamè absque ulla mensura dari præcepit. Cum autem sapientia, & fides, & oculorũ nominibus designetur, nihil mirum, si nullus certus numerus oculorum, nulla fides mensura sit. Hos igitur oculos sancti Euangelistæ habuerunt: hos etiam beatissimus Matthæus speciali quadam ratione sortitus est; cui inter sancta hæc animalia hominis facies tribuitur, propterea quoddam sacratissimæ humanitatis Christi opera atque mysteria luculentissime persequutus est. Post Christi vero resurrectione profectus in Æthiopiã, quam prouinciã fuerat sortitus, verbũ Domini sequentibus signis latissime disseminauit. Et regio puero è morte ad vitam, diuina ope, reuocato, regem patrem cum vxore, & vniuersa prouincia ad Christi fidem conuertit. Cui regi defuncto cum Hirtacus quidam in regno successisset, eiusque filiam Iphigeniam sibi vellet matrimonio copulare, Matthæus, quo autore virginitatẽ illa vouerat, vt in sancto virginitatis proposito persisteret, eandem hortabatur. Itaque virginem constanter suis votis obfistere molestissime serens Hirtacus, Matthæum, quem eius cõsiliij autorem esse

sciebat,

49 sciebat, ad altare sacra facientem gladio cõfodi iussit. Et sic Apostoli, & Euangelistæ, Martyrisque coronã adeptus Matthæus, ad Christum, beatamque vitam migravit.

IN FESTO B. MICHAELIS

Archangeli. Concio prima; in qua lectio Evangelica explanatur.

T H E. *Quicumque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum.* Matth. 18.



1. **H**uius sententiæ veritate sacratissimæ Virginis dignitatem & celsitudinem (vt par est) metiri velimus, nõ dubium, quin post diuinæ maiestatis sedẽ, proximam eam locum in regno cælorum obtinere fateamur. Quia enim eius humilitas summa fuit, altissimum quoque in hoc regno locum ipsam tenere credendum est.

2. Si quis autem ex altera quidem parte sacræ Virginis humilitatẽ, quam in hoc seculo prætulit, dum inter homines versata est, consideret; ex altera verò gloriæ magnitudinem, qua nunc in cælo fruitur, contempletur, an non præ admirationis magnitudine obstupescet: cum hinc tantã abiectionem, inde tantã gloriæ celsitudinẽ videat? In hoc enim seculo sic se vt pauperula mulier pauperi fabro despõfata gerebat; & circa frequẽs domus suæ ministeriũ sine ancillarũ gregibus occupata, viliq; cultu atque habitu induta, sponsi sui paupertatẽ, & quotidianũ laborem opera & labore suo qua poterat ratione leuabat, colo ac tela victũ quaritans. Qui igitur illam sic abiectam atque humilẽ in hoc seculo viderunt, quid facient, cum illam super omnes Angelorũ choros inestimabili splendore fulgentem, & ad vniuersi filij Dei dexterã asidentem, & sub pedibus suis supera & infera omnia cernentẽ viderint? Quid hoc spectaculo iucundius? quid mirabilius? Sic enim reprobi in extremo illo iudicio admirabuntur, cum pios homines (qui contemptibiles in hoc seculo apparebant) ad summũ dignitatis & gloriæ gradum euectos viderint. Videntes enim (ait Sapiens) turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione in speratæ salutis, &c. Si igitur tantæ improbis admirationi erit Sanctorũ gloriã intueri, quid faciet, cum summam Virginis gloriã post tantam huius vitæ humilitatem & paupertatem videant?

Tom. ij.

V.

V. c. 1.

Verum hoc ad eius præcipuè laudem spectat. Ad nos illud maxime scire spectat, an sacra Virgo in tanta celsitudine constituta, ad parvulorum preces, quas in hoc seculo ad eam fundimus, se demittat, eosque pio charitatis sinu amplectatur. Num igitur, ô beata mater, nostri oblita es? num præcordia tua gemitus & lachrymæ nostræ tangunt? num voces nostræ castissimas aures tuas pulsant? Prouerbiū enim est, honoribus mutari mores, & eos qui malorum ignari fecunda fortuna fruuntur, miserorum curam abijcere. Sic enim pincerna ille Pharaonis, qui cum Ioseph in carcere victus asseruabatur, succedentibus prosperis, oblitus est interpretis sui. O quam longè ab hoc animo clementissima Virgo abest! Nunquam enim summus ille bonorum omnium largitor Deus magnam celsitudinem nisi cum magna humilitate, magnaque parvulorum cura coniunctâ tribuit. Quanto enim maior est dignitas Angelorum quam hominum? At ij in iuuantis, tuèdis, & custodiendi hominibus continenter intenti sunt, quemadmodū cœlestis magister in hodierna sancti Euangelij lectio ne docet: Angelij, inquit, eorum semper videt faciem Patris mei, qui in cœlis est. Itaque tantum abest vt summa Virginis celsitudo obliuionem aut contemptum hominum pariat, vt etiam curam & charitatem eius in nos maxime auxerit. Quis enim dubitat, quin vbi maior gloria, maior etiam sit charitas & gratia: ac proinde maior erga miseros misericordia? Hac igitur misericordia nunc indigemus fratres, vt deposito superbiæ & arrogatiæ supercilio, Virginis humilitatē sectari valeamus. Hæc enim virtus quod lōgū ab effectu carnis distat, hoc magis cœlesti eget auxilio. Verè enim magnum & supra hominis facultatē positum est, vt qui superbia elati ad cōcionem venimus, demisso atque humili corde ab ea recedamus. Ad hoc igitur cœlestē opē, sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

¶ Inter magnificentissima mundi opera, Salomonis templum celebratur: in cuius fabricâ infinita penè auri, argenti, & æris copia expensa fuit. Quo opere absoluto, Hebræi magnū se obsequiū Domino præstitisse credebant. Quorum tamen ignorantiam per Esaiam Dominus corripuit his verbis: Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum: quæ est ista domus quam edificabitis mihi, & quis iste locus requietionis meæ? quod perinde est ac si diceret; Domus hæc ad habitationem quidem meam superuacanea & angusta est, cum cœlum mihi sedes, terra verò scabellum pedum meorum sit. Itaque domus hanc non tam mihi quam vobis edificastis, ad opem

Gen. 40.

Math. 18.

Psal. 66.

- 6 opem & misericordiam meam imploraturi confugiatis. Quid igitur Domine? Si tibi quæ æstimatione nostra magna & ampla sunt, viles sunt, quid tibi quæso gratum, quid te dignum erit? Num taurorum & agnorum millia in sacrificio oblata? Nō, inquit ille, accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos: quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarū, iumenta in montibus & boues. Quid igitur (expono quæso Domine) maiestatis tuæ oculis gratum sit: hoc enim nostra maxime scire refert. Sicut enim qui regum gratiam expetit, ea solent diligenter indagare, quæ ipsis præcipuè iucunda sunt: ita qui gratiam tuam supra omnia expetendam iudicat, quo te potissimum officio demereantur, studiofissimè querunt. Ne ergo ingenium nostrum in huiusmodi inquisitione fatigaremus, ipse nobis arcanum hoc patefacere dignatus est, cum post illa verba subiecit; Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperulum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Quis hinc non diuinam bonitatem collaudet, quæ hoc tantum bonum in care collocavit, quæ volentibus in promptu est? Si enim in excelso dignitatis gradu, aut splendida fortuna hoc posuisset, difficultatem rei causari tenues homines posuissent: at cum non in ascensu, sed in descensu posuerit, facilem quidem & expeditam nobis ad felicitatem viam muniuit. Quo nomine D. Bernar. grauitè aduersus hominum superbiā incidescit: quod cum descendere sit facillimum, difficillimum autem ascendere, ipsi tamen malint cum labore & periculo ascendere, quam cum maximo suo fructu, parique facilitate descendere. In hunc ergo humilem corde (quem pauperulum Dominus appellat) oculos suos figit, hunc se respicere, hunc sibi gratum esse testatur. ¶ Merito autem paupertatis nomine humilem appellauit: quia ille verè humilis est, qui paupertatem & nuditatem suam agnoscit; qui se nihil ex se habere præter peccatum & nihilum profitetur; qui omnia quæ habet siue naturæ, siue gratiæ bona, vni Deo accepta refert; qui neque iudicio suo, neque consilio, neque viribus nititur, sed spem omnem salutis in diuina misericordia collocat, qui totus ex Deo pendens, eius opem pijs clamoribus continenter implorat. Idem etiam ad Dei sermones tremere, propter summum parendi studium, dicitur. Vnde cum Deus minatur, timet: cum promittit, sperat: cum iubet, obtemperat: cum loquitur, auscultat: cum vocat, accurrit: cum reuocat, redit: & omnibus in rebus se illi obsequentem & morigerum exhibet. Tales ergo qui in oculis suis nihil sunt, summus ille rerum omnium conditor oculis

Psal. 49.

Simil.

Esai. 66.

Bernar.

intuetur: qui verò tales non sunt, quamlibet magni sibi appareant, vi
 Greg. mor. les ante eum existunt. Hinc D. Greg. verba illa Domini. Reg. 1.
 lib. 18. explanans; Nōne cūm esses paruulus in oculis tuis &c. sic ait: Magnus
 mihi fuisti, quia despectus tibi: at nunc quia magnus tibi es, mihi es
 despectus. Tantò ergo fit qui que vilior Deo, quātò pretiosior sibi.
 Psal. 137. Hæc ille. Idem etiam Regius vates nos docet, cūm ait; Excelsus Do-
 minus, & humilia respicit, & alta (hoc est, mūdi iudicio ampla & illu-
 stria) à longe cognoscit: quoniam ea despicit, & pro nihilo ducit. Ve-
 ra enim magnitudo in superbis contemnendis, & pauperibus infir-
 mis que tuendis maximè cernitur. Hinc regius vates cum Deo agēs.
 Psal. 92. Tibi, inquit, derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. At falsama-
 gnitudo vt potētioribus turpiter seruit, ita infimos quoque crudeli-
 ter despicit. Hanc enim Amos Propheta notauit, cūm dixit; Bibētes
 vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti nihil pariebantur su-
 per contritione Ioseph. Sed dicetes forsitan: Quorsum hoc tam lon-
 gum de humilitate principium? Nimirum, quia hoc est quod præci-
 puè in hodierna sancti Euangelij lectione cœlestis magister docet:
 ea verò sic habet.

§. I.

¶ [Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Quis putas, maior est in regno
 cœlorum?] Expendamus primūm quæ fuerit huius interrogationis
 occasio. Primūm quidem, quòd Petrum inter cæteros discipulos Ec-
 clesie caput & fundamentum à Domino constitutum fuisse audie-
 rant: & quòd in præsentī lectione tributum Dominus pro se, & pro
 eodem Petro solui præceperit. Qua de re sic S. Euangelista ait, Cūm
 Math. 17. venisset Capharnaum, accesserunt qui didragma accipiebant ad Pe-
 trum, & dixerunt ei, Magister vester nō soluit didragma? Ait, Etiam.
 Et cūm intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens, Quid tibi
 detur Simō? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum, à
 filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo li-
 beri sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mit-
 te hamum: & cum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore
 eius inuenies Itarē: illum sumens, da eis pro me & te. Sequitur dein-
 de. In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, [Quis putas,
 maior est in regno cœlorum? &c.] Cuius quidem interrogationis hæc
 causa extitit, quòd cūm tributum illud non à singularibus personis,
 sed à patribus familias, qui domibus præcrant, exigeretur, Dñs autē
 nō pro cæteris discipulis, sed pro Petro tantūm solui iussisset, hoc ipso
 cæterorū discipulorū, hoc est, familie Christi caput & primatē esse
 declarabat.

12. declarabat. Cūm ergo discipuli Petrum à Domino hac in re cæteris
 præferri animaduertent, non minus egrè hoc tulerunt, quàm cūm
 Iacobus & Ioannes fratres dexteram & sinistram in regno Christi,
 subornata matre, petierunt: tunc enim hæc de primatu contentio
 inter eos agitata fuit. Hæc igitur questio, quæ specie tenus pieta-
 tem referre videbatur, occultam ambitionis, & inuidiæ radicem in-
 Greg. stitit. Inuidiam quippè D. Greg. ambitionis filiam esse testa-
 tur: neque enim ambitiosus patienter ferre potest, vt alius honorē,
 quem ipse ambit, ei præcipiat, qui in liuore & inuidiā mordeatur.
 Quamobrem quisquis inuidiæ pestem à se excutere cupit, radicem
 eius abscondendam curet: matre enim (vt idem Gregor. ait) extincta,
 filia protinus interibit.

Cum ergo Saluator quamdam ambitionis & inuidiæ (vt ita dixe-
 rim) fibrām in discipulorum pectore latentem huius interrogationi
 13. causam dedisse animaduertisset, hac ratione morbum hunc curare
 aggressus est. [Aduocatis enim paruulum, statuit in medio discipulorum.]
 Mos erat Prophetis olim, vt cūm aliquid audientiū animis altius in-
 digere vellent (quoniam nuda verba exiguum ad hoc vim habere vi-
 debantur) earundem rerum imagines verbis addere studeant, vt au-
 ditorum oculis cōspiciendum subijcerent, quod verba minus aper-
 tē significabant. Sic Esaias ex Domini præcepto nudus in medio po-
 puli ambulauit, vt Hierosolymitani regni vastitatem & populationē
 Esai. 20. propter peccata populi futurā denunciaret. Sic Hieremias catenas col-
 Hirc. 19. lo circumpositas baiulare, & lagunculas præsentē populo confringere
 præcipitur, vt eiusdē populi captiuitatē, & vrbis excidium prænu-
 14. ret. Sic Ezechiel parietē noctu perfodere, per eā egredi, & pilos ab-
 Ezech. 12. scissos per aëra spargere, & gladium post eos euaginare iubetur, quo
 eiusdē populi fugā, & futurā eius dispersionē hac rerū imagine ipsi
 ante oculos poneret. Ad hunc ergo modū Saluator; qui tam multis
 antea documentis humilitatis virtutē cōmendauerat, nūc nouo quo-
 dam exēplo non verbis solum, sed expressā quadā eius effigie cōmē-
 dat. Aduocatū enim paruulum statuit in medio discipulorum. Mirā-
 tur illi rei nouitatem, nouamq; docēdi rationem, qua nunquā cœle-
 stis magister, nisi in hac sola humilitatis cōmendatione, fuerat vsus.
 Circumstante igitur discipulorū corona, pueroq; in medio eorū col-
 locato, Saluator protensa in paruulū manū, ait, [Amen dico vobis, nisi
 conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlo-
 rū. Quicunq; ergo humilauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno
 cœlorum.] Anima aduertite quæto fratres, quantum diuina ab huma-
 nis iudicia

Esa. 55.

nis iudicia distent. Verisimè enim Dominus per Prophetam dixit; Sicut exaltantur cœli à terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Discipuli ambitionis spiritu instigati, cœlestis regni primatum ambiebant: Dominus contra nouissimum eis locum, & paruulorum spiritum proponit, si principem in eo regno locum habere vellent. O quàm dissimiles diuini Spiritus, & humani cordis affectus sunt! Isti nihil nisi sublime, excelsum, & honorificū cogitant: illi nihil nisi humile, demissum, & abiectū. ¶ Sed dicetis: Qua ratione cōuertī possumus, & effici sicut paruuli? Hoc nos Petrus Apostolus docet, cum ait; Quasi modò geniti infantes rationale & sine dolo lac cōcupiscite. Paulus itē, Nolite, inquit, pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Iubemur ergo puerili ignoratiā prætermittā, cādidos puerorū mores, nō pueriliter, sed prudenter æmulari. Pueri enim primū, vt nomen ipsum præ se ferre videtur, puri sunt, simplices, innocentes, humiles, & maiorū imperio parentes. Pueri faciliè placantur, citò ignoscunt, & iracundiam aut odium diu non retinent, non de eminentiori in templis loco digladiantur, non factionibus student, non malè de alijs aut iudicant, aut loquuntur: denique malitia omnis à puerili simplicitate abest. Hanc ergo puerorum simplicitatem & innocentiam in moribus nō stris cœlestis magister referre nos & imitari iubet.

6. II.

August.

¶ Quāuis autē hæc in paruulis simplicitas ab omni malitiæ fūco aliena præcipuè emineat, humilitatē tamen (cuius imaginē in pueris ceruimus, qui ab omni arrogantia & superbiæ fastu atq; tumore alieni sunt) nobis Dñs hoc exemplo voluit cōmēdare, q̄ ea videlicet aliarum virtutum non modò fundamentum, sed cultus etiā & nutrimentū sit: ideoq; hanc à nobis præcipuè colendā atq; sectandā monet. si ad virtutum culmē volumus peruenire. Hinc D. Augu. Cogitas, inquit, fabricā magnā extruere cellitudinis, de fundamēto prius cogita humilitatis. Nō tamē satis est huic virtuti, q̄ aliarū sit fundamentū, nisi easdē etiā & conferuet, & augeat, & ad culmen vsq; perducat: tāta eius vis atq; potestas est. Quam rem D. Bern. ad duas nobilissimas virtutes, castitatē videlicet & charitatem, præcipuè referēs, ait: Vt castitas siue charitas deuret, humilitas meretur: quoniā humilibus Deus dat gratiam. Eadem etiam seruat acceptas: quia nō requiescit Spiritus, nisi super quietum & humilem: & seruatas itē consummat: nam virtus in infirmitate, hoc est, in humilitate perficitur, & in micam gratiæ, omnisq; initium peccati debellat superbiā.

Sed

18 Sed inter has tamen humilitatis laudes illa maxima cōsenda est, q̄ in hac vita (quæ tota vel tentatio, vel militia esse dicitur, in qua nihil tutum, nihil securum est) sola humilitatis virtus, quam diu firmiter mentibus nostris infixā hæret, securitatem inter innumeros Diaboli laqueos & insidias præbet. Nunquā enim verè humilem amator paruulorum Dñs labi permittet. Quod intelligens Dauid Rex ad huius virtutis præsidium, velut ad sacram anchoram confugiens, aiebat: Custodiens paruulos Dñs, humiliatus sum, & liberauit me. Hinc Psal. 114. Ioan. Clima. Ioannes Climacus, Omnium, inquit, venenatarum ferarum sensibilibus intereptor est ceruus: intellectualiū verò humilitas interfectrix est. Vnde magnus ille Antonius monachus in ecclasiā raptus, vniuersum mundū laqueis sese mutuo cōnectentibus plenum vidit, tātāq; rei nouitate stupefactus, exclamās, O, inquit, quis istos effugiet! 19 vocēq; protinus de cœlis allatā audiuit; Antoni, humilitas. ¶ Quin & illud huic eximie virtuti tribuitur, q̄ quemadmodū tribulationum patientia; ita etiā cordis humilitate vera atq; perfecta virtus probatur. Quā sententiam D. Aug. confirmat, illum Ecclesiastici locū enarrans; Vasa figuli probat fornax, &c. Hæc namq; vasa vêtō erumpente crepant: quæ autē vento carent, multò magis igne solidantur. Ad hūc ergo modū spiritalia vasa, quæ superbiæ vento inflata sunt, ignominia oblata crepant: non crepant autem quæ hoc superbiæ vento carent. Hoc autem argumento antiqui olim eremi Patres sancti Simeonis Stilitis virtutē probare voluerunt. Cum enim is nouam quādam viuendi rationem, omnibus antea seculis incognitam, elegisset; vt vi delicti in columna, triginta quinque cubitis à solo erecta, habitaculum sibi elegisset; ad illum Patres legationem miserunt, quam Euaagrius Scholasticus memorat his verbis: Cum Simeones iste, qui in terra Angelus, in carne cœlestis Hierusalem cuius fuit, peregrinam viuendi viam, hominibus planè incognitam, instituisset, sancti eremi incolæ mittunt quendam ad illum, iubentq; vt ab eo sciscitaretur, quid hæc noua & inusitata vitæ ratio sibi vellet, & quamobrem trita viuendi via, & sanctorum præfestsis relicta, aliam quandam peregrinam, & hominibus omnino ignotam sequeretur: eumq; hortantur per nuncium, vt ex suo domicilio descenderet, viaque electorum Patrum insisteret. Quod si alacri animo ac parato descendere videretur, mandarunt, vt ei sui ipsius viuendi via insistendi potestas fieret: (ex obedientia enim satis constare posse dixerunt, cum Deo duce in eam viam ingressum fuisse, tamque graue certamen ad se afflictandum in vita, suscepisse) sin resisteret, aut suæ

inseruere voluntati, ac non statim ipsorum hortationi more gereret, ut vi inde abstraheretur. Nuncius ubi accessit ad eum, & Patrum mandatum illi exposuit, isque exemplum alterum produxisset pedem, Patrum hortationi obsequutus, permisit sua ac propria viuendi via incedere, sic eum affatus: Bono animo sis, & strenue rem gere: statio tua à Deo est instituta. Hactenus Euagrii verba: quæ satis indicant summam sanctissimi huius viri humilitatem; qui cum intelligeret, genus illud vitæ à Deo probatum fuisse (quod quotidiana eius miracula declarabant) maluit tamen Patrum iudicio quàm suo nitri. Unde illa promptissima obedientia ortum habuit. Hic igitur hoc Domini preceptum, quo nos instar paruulorum demitti atque humiliari iubet, perfecte adimpleuit.

§. III.

¶ Arbitror autem, fratres, ob ea quæ hactenus de humilitatis laude diximus, vos eius amore captos, scire etiam velle, quo nam modo eam comparare possitis. Planè fateor non perinde facile esse adultum hominem in hunc paruulum, quem Dominus proposuit, commutari. Sic enim natura comparatum est, ut quod quæque res vtilior & præstantior sit, hoc sit etiam difficilius: quod in hac virtute cernere licet. Verè enim tota carnis militia, peccati morbo infecta, huic puerorum simplicitati atque humilitati repugnat. Quid enim aliud tota vita homines per tela, per ignes, nisi primatum, honorem, & gloriam quaerunt? Itaque perinde est superbo homini, ut se ad paruuli humilitatem demittat, suadere, ac si claudo cursum imperes; nisi diuinus Spiritus adsit, qui eum hoc paruulorum spiritu imbuat: id eoque paucos admodum hac ætate reperire licet, qui hoc modo paruuli sint.

Quid igitur nobis factum opus est, quod hanc adeo necessariam virtutem adipiscamur? Ad hoc sanè viam nobis ipsa humilitatis diffinitio aperit, quam D. Ber. describit his verbis; Humilitas est virtus, qua homo vilissima sui cognitione sibi ipse vilescit. Ex qua diffinitione liquet, veram inopiæ atque vilitatis suæ cognitionem, humilitatis fundamentum esse. Ex hac enim cognitione, quæ est in intellectu, despectio atque contemptus sui nascitur, qui in voluntate est: in qua humilitas, tanquam in subiecto, residet. Hæc autem cognitio exigit primum, ut omnia præteritæ vitæ peccata nobis ante oculos proponamus: quorum consideratione supercilium deponentes, nos cum Euan-gelico publicano indignos existimemus, qui ad cælum oculos leuare audeamus. Solent studiosi vinearum cultores tribulos & sentes, ne vitibus noceant, radicibus euellere, ex illisque vallum & septum vineæ conficere,

24 ficere, quod furibus aditum in vineam præcludant: ita fit, ut illud ipsum quod vineæ noxamento erat, custodiæ seruiat. Hos igitur imitetur quisquis ex præteritæ vitæ spinis & sentibus, quas per veram penitentiam ab anima sua reuulsit, sese deijcendi atque humiliandi materiâ fumit: atque ita per humilitatis virtutem ex peccatorum recordatione manentem animæ suæ vineam custodiat. ¶ Deinde, quantum nobis ad christianam vitæ perfectionem desit, studiosè cõsideremus. Hæc enim ratio quidam ex sanctis illis eremi Patribus, (ut Ioan. Climacus scribit) superbie tur morè colaphis cadebat. Descriperat enim in cellulæ pariete altissimarum virtutum appellationes; putà, perfectæ charitatis, Angelicæ humilitatis, mundissimæ orationis, incorruptibilis castitatis; & huiusmodi virtutum reliquarum. Cum ergo illum cogitationes extollere cœpissent, dicebat illis, Eamus ad argumentum; adueniesque; relegebat appellationes, sibi que ipse clamabat, Cum has omnes possederis; tunc scies quam longè adhuc à Deo sis. Cum enim ea possederis, seruus eris inutilis: fecisti enim quod facere debuisti. ¶ Ad hæc, diuina quoque beneficia, & virtutis adiumenta, quæ à Deo percepimus, ad mentem reuocabimus, inuenimusque; nequaquam nos his cœlestibus donis, quibus alij meliores efficerentur, pro dignitate satisfecisse. Sic enim fiet, ut ex diuinis beneficiis, & cœlestibus donis, quibus alij insolescere solent, nos humiliandi atque submittendi materiâ arripiamus: Hæc enim consideratione viri sancti se grauius accusant, adeoque se non efferunt, ut semper Deo se debitores esse fateantur. ¶ Postremò, illud maxime ad hanc virtutem pertinet, ut vir pius luce clarius agnoscat, si quidquid rectè cogitat, aut molitur, non opis & virtutis suæ, sed gratuitum diuinæ misericordie beneficium esse. Hoc enim passim diuinæ eloquia testantur. Tale est illud Apostoli; Cui timore & tremore salutem vestram operamini: Deus enim qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate. Et iterum; Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? Sic & apud Ioannem Dñs, Sine me, ait, nihil potestis facere. Et iterum; Sicut palmes non potest ferre fructum, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Horum autem diuinorum testimoniorum, aliorumque; similiū autoritate, Pelagiana hæresis in Concilio Mileuitano damnata est, quæ sola liberi arbitrij facultate, sine cœlestis gratiæ auxilio, nos opera æterna vita digna facere posse impie assererat. His igitur considerationibus pius homo illud Ecclesiastici cõsiliū implendum curat; Humilia valde spiritum tuum. Quod enim magis illum ante diuinæ maiestatis conspectum demiserit, hoc magis illam suspicis & veneraberis. Hæc enim de causa idem

Climac.

Philip. 2.

1. cor. 4.

Ioan. 15.

Ibidem.

Eccles. 7.

Bernard.

Simil.

Idem. 3.

1. Reg. 2.

Ecclesiasticis; Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Quò minus mirandum est, si magnis illos Deus honoribus afficiat, à quibus maximè honoratur, cum scriptum sit; Ego glorificátes me glorifico. His igitur sanctis cogitationibus, fratres, veram cordis humilitatem consequi poterimus, si his tamen assiduum orationis studium adiungamus, qua continenter altissimam hanc virtutem à Domino virtutum crebris gemitibus, ardentibusque desiderijs postulemus.

§. IIII.

¶ Sed iá quid de hoc paruulo, què oratione descripsimus, Dñs dicat, videamus. [Qui, inquit, susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.] Magnú sanè præmium, & quo nullú maius: quia tali homine nihil maius. Quid igitur qui offenderit? Subdit protinus: [Qui autem scandalizauerit unum ex his pusillis qui in me credunt, expedit ei vt suspèdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.] Videamus primùm quid scandalum sit. Scàdalum, Latinis offendiculum est, quod incautè gradientibus lapsus & ruine causa existere solet. Hoc si à corpore ad animú transferamus, scandalum erit, quod Prophetá dicit; In via hac qua ambulabam, abscóderunt superbi laqueú mihi. Quicumque enim aut verbis, aut prauis etiam exéplis alteri occasionè præbet ruinae, vtiq; scandalum, siue offendiculum in via ponere dicitur. Verbi causa. Qui hominem aliqua iniuria affectum, adulationibus, prauisq; consilijs ad vindictam expetendá in ducit, is planè offendiculum eius pedibus subijcit. Scàdalum itè est, cum quis innocentè virginem verbis, literis, munusculis, promissis, internuncijs, cæterisq; malis artibus ad pudoris iacturá sollicitat. Sic etiá cum eadem virgo, instar Iezabelis, oculos suos pingit sibi, & meretricio habitu, cultuq; ornata, in edito loco sedès, prætereuntes, & simpliciter in via gradientes in sui amorè pellicere intendit, scandalum & laqueus Diaboli est. Cum præterea pater in filiorum cóspectu impudèter & frequèter iurat, peierat, & sacrilegum os in cælum ponit, & diris omnibus famulos deuouet, & pictis ludit patrimoniú chartis; vnde fit, vt hoc exéplo filij famulicq; inducti, idè facere discant; scandalú planè & quidè grauissimú est. Quicumq; præterea piorú hominú simplicitatè deridèt, eosq; ignominiosè nominibus appellat; quò fit, vt alij puerili metu territi, virtutis viâ horreat, vel cœptá deferat; hoc eodè peccati genere delinquant. ¶ Quale autè quantúq; hoc scelus sit, latè Dñs in præsentí Euangelio deplorat. Si enim fur, qui decè aureos è domo tua clanculú surripuit, capitis supplicio cõmissi pœnas luit; qua

30 qua pœna digni erút, qui ex anima tua Deum, hoc est, summum bonú surripuerút, & pro illo Sataná supposuerunt? ¶ Sunt planè multa reprobationis signa, quæ sancti Patres cõmemorant: inter quæ præcipuú mihi locú hoc sceleris genus habere videtur. Iustitiæ enim & æquitatis ratio hoc exigit, vt qui alterius animá perdidit, suá perdat. Sic enim olim diuina lex sanxit: Animá pro anima, oculú pro oculo, Exod. 21. detè pro detè, aduisionè pro aduisione. Iustum ergo est, vt quæ nos mala innocentibus irrogauimus, ipsi patiamur. Sic Pharaó, qui ferali immanitate Hebræorum pueros aquis interimebat, aquis ipse quocq; diuina perurgète vindicta, interceptus est. Sic Dauid, qui aliená vxorè violauit, & maritú gladio sustulit, eadè mala, & multò etiá grauiora, nõ ab exteris, sed à parricida filio perpeffus est. Sic Adonibzeb, qui Regibus, quos bello ceperat, pedes & manus amputabat, simili modo ipse quocq; Deo ita disponète, truncatus est. Quid igitur ex his sequitur, nisi vt qui animá, Christi sanguine redèptá, Satana tradidit, ipse quocq; eidè torquédus tradatur. Quocirca Dñs vehementer nos in huius sacræ lectionis fine ab hoc pestilèti crimine reuocat dicens; [Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est.]

Haec tamen à peccato scandali nos Dominus propostia periculi nostri magnitudine deterruit; nunc paruulorum dignitate exposita à quouis peccandi genere animam nostram reuocat: quòd videlicet Angeli, quorú tutelæ commissi sunt, cœlestis Patris faciè (quæ summa eorum gloria est) perpetuò videant. Magna profectò (vt D. Hieron. ait) dignitas animarú, vt vnaquæq; ab exordio natiuitatis suæ Angelum habeat delegatum. Sic etiam Gloss. hoc in loco, Vnicuique, 32 ait, nostrum adest Angelus, qui regat, qui moneat, qui pro actibus nostris corrigendis, & miserationibus impetrandis quotidie Dei faciem videat. Si quis verò hanc tantam hominis dignitatem, quam sacra literæ prædicat, miratur, multò magis mirabitur, hoc ipsum etiá (vt Seneca refert) Stoicorum dogma fuisse. Eius hæc verba in Epist. iii. sunt: Sepone in præsentia quæ quibusdam placent, vnicuique nostrum pædagogum dari Deum, non quidem ordinariú, sed huic inferioris notæ; ex horum numero, quos Ouidius ait, de plebe Dèos. Ita tamen hoc seponas volo, vt memineris, maiores nostros, qui crederunt hoc, Stoicos fuisse. Hactenus ille. Itaque quod nos tutelares Angelos appellamus (quos catholica & Euangelica fides asserit ad custodiam nostri destinatos) Philosophi isti, nescio quo spiritu acti, sub inferiorum Deorum nomine ad idè munus deputatos constituntur.

Exod. 14.

Hieron.

Gloss.

Senec. in

Epist. 111.

fitentur. ¶ Hi verò Angeli magna cura munus suum obeunt, nò iustos modò, sed iniustos etiam suæ fidei còmissos custodiètes : quoniam diuinæ prædestinationis arcanù illis profus incognitum est: quandoquidem diuina electio atq; prædestinatio nullum in prædestinati anima characterem aut signum imprimit (quod tamen sacramenta quædam faciunt) ideo non indiligenter improbos etiam homines custodiunt, quos an prædestinati sint, ignorant. Quid enim non custodiant, qui videant publicanum coopartari in Euangelistam, & Ecclesiæ persequitorem in doctorem gentium?

Exod. 23. Quid autè nobis præsentent Angeli, Exod. 23. Dñs declarat his verbis: Ecce ego mittà Angelum meum, qui præcedat, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparauit tibi. Qua in re singulari diuinæ providentiæ curam licet admirari: quam Ecclesiasticus insinuat in his verbis; Omnia duplicia; vnum contra vnum, & non fecit quidquam deesse. Quia enim multa in rebus conditis erant, quæ nobis nocerent, decuit vt multa etiam illis aduersa & inimica essent, quæ nos tuerentur, & illorum vim reprimerent. Ad hunc ergo modù, quia quamdiu in hoc corpore militamus, nò desunt Spiritus nequam, qui sint ad malum in centores, non desunt etiam Angeli, qui sint ad bonum hortatores: qui videlicet nos præcedant, hoc est, qui lucem nobis ad veritatis cognitionem præferant, qui viam, qua itur in cælum, monstrant, qui ab hostibus tueantur, qui à sceleribus auocent, & ad honesta semper inducât. Sicut ergo illi semper mala suggerunt, ita còtrà isti semper honesta fuadent. Cùm igitur has in animo tuo voces audis; Ne inimicò tuo parcas; ne reddas quod alteri debes; ne pauperi tribuas; ne inimicù alloquaris, aut beneficijs promerearis; vindictà de illo sume, contumelijs affice; sordida & spurca verba loquere; absentibus detrahe; voces has Dæmonis in peccati te barathrù præcipitatis certissimè scias. Quamobrè sepi aures tuas spinis, & noli audire linguã nequã, & cù Propheta dic; Narrauerūt mihi iniqui fabulationes, sed nò vt lex tua. Cùm verò còtrà audis; Parce veniã petenti; reddè quod alteri debes; libenter tribue; amicù in Deo, & inimicum propter Deum dilige; terrenas opes còtemne, cælestes admirare; ne peieres; ne detrahas; ne maledicas; ne sordida & scurrilla verba loquaris; voces esse intellige felicitis custodis, qui te hoc virtutis tramite in terram viuentium, quam pijs omnibus Dominus pollicitus est, introducere vult. His enim cogitationibus & verbis Angeli gaudent; illis immundi Spiritus pascuntur. In vitis Patrum legimus, sanctissimum quendam virum inter colloquen-

tes

36 tes monachos vidisse Angelos ibidem astantes, quibus paulò post abscedentibus, magnum porcorum gregem inter eos volitari conspicuit. Quam rem vehementer admirans, & causam diligenter inquirès, apprehendit, eos initio quidem de spiritualibus atque diuinis rebus inter se colloquia miscere coepisse, deinde verò lingue lapsu ad vana colloquia sermonem conuertisse. Quod sanctus ille audiens, reuelatione patefacta, vehementer eos ab eiusmodi colloquijs deterruit, & ad salutaria & honesta adhortatus est: quibus præcipuè Angeli interesse solent.

Sunt præterea iidem Spiritus non modò mentis nostræ monitores, sed etiam animarum nostrarum in cælum portitores. Hoc enim de mendico Lazaro Dominus ait: Factum est vt moreretur medicus & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Sed hoc tamen officium

Lucæ. 16.

37 Archangelo Michaeli præcipuè demandatum est: sic enim de eo canit Ecclesiã; Data est potestas Archangelo Michaeli super animas Sanctorù, vt perducatur eas in paradysum exultationis. Magnus certe principatus, qui in hora mortis cuiusque nostrum exercendus est. Hæc enim dies de tota vita nostra, imò de tota æternitate sententiam fert: quoniam (vt D. Greg. ait) post supremum illud examen, homo inueniet, quod in æternum mutare non poterit.

Gregor.

Quid igitur ex his colligere licet fratres? Primùm quidem, vt dum tempus suppetit, sic vitam instituamus, vt propitium ac beneuolum Angelorum principem in hoc adeò tremendo tēporis articulo inuenire possimus. Deinde, vt immortalis Deo gratias, propter Angelorù custodiam ad salutē nostram destinatã, semper agamus. Postremò,

38 vt illud D. Bern. consilium ante oculos nobis proponamus: Quouis angulo, quouis loco reuerentiã habe Angelo tuo, & ne audeas corã illo facere, quod me præsepte non auderis. Vnde posteaquam Dñs dixisset; Ecce ego mittam Angelum meum qui præcedat te, & custodiat te; subdit protinus; Obserua eum, & audi vocem eius, nec contēndum putes: quia nò dimittet cùm peccaueris, & est nomen meum cum illo. Habes igitur in his verbis præsentem Angelum, què in omni loco vereri debeas. Quid si addam, te nò ab Angelo solum, sed ab ipso etiam superno iudice videri? Ipse enim stat post parietē nostrū, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Quid est autè post parietē stare, & per cancellos prospicere, nisi ita alios videre, vt ipse tamè qui videt, ab illis minimè videatur? Hoc autè modo videt ille, qui peccata nostra per Prophetã impropèras, ait; Ego tacès, & quasi non videns, & mei oblita es. Sed is tamè quem putamus non videre,

Bernard.

Exod. 23.

Canti. 2.

Esai. 57.

alibi

Idem. 65.
Ierem. 29.

alibi etiam ait; Et faciebatis malum in oculis meis, & Ego sum iudex 39
& testis, dicit Dominus. Ergo & Angelum, & Angelorum Dominū
nostris operibus testes semper assistere considerantes, demus operā,
ne quid purissimis eorum oculis indignum committamus, neque qui
rationales à Deo conditi sumus, pudore & verecundia ab elephantis
superari patiamur. De his namque scriptum est, quod, cum sobolis
propagationi dant operam, conspectus hominum fugiant, & forte
interuenientem occidant. Si igitur animalia bruta pudore hominum
continentur, cur nos Dei omnia contuentis, & Sanctorum, & Ange-
lorum presentia non contineat? Inter varia moralis Philosophiæ do-
cumenta non postremum obtinet locū quod Seneca tradit his ver-
bis: Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos ha-
bendus, ut sic tanquam illo spectante viuamus, & omnia tanquam
illo vidente faciamus. Hoc mi Lucili Epicurus præcepit, custodem 40
nobis & pædagogum dedit: nec immeritò. Magna pars peccatorum
tollitur, si peccatoris testis assistat. Aliquem habeat animus, quem
veretur: cuius autoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O fel-
licem illum, qui non actus tantum, sed etiam cogitatus emendat! O
felicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque eius
se componat, atque ordinet! Qui sic aliquem vereri potest, citò erit
ipse verendus. Elige itaque Catonem: si hic videtur tibi nimis rigi-
dus, elige remissioris animi virum, Lælium; elige eum, cuius tibi pla-
cuit & vita, & oratio: & ipse animus ante te ferens & vultum, illū
semper tibi ostende vel custodem, vel exemplum. Opus est, inquam,
aliquo, ad quem mores nostri se ipsi erigant. Nisi ad regulam, praua
nō corriges. Hactenus ille. At quæ alia commodior vitæ regula, quis
testis nobis sanctior quam Dei & Angelorum conspectus? Hoc au-
tem, fratres, inter spiritualis vitæ consilia maximè commendatur, ut
omni tempore, omnibusque in locis Deum presentem habeamus.
Itaque siue domi residentes, siue in via gradientes, siue in æde sacra,
siue in platea, siue in otio, siue in negotio, siue in mensa dum cibum
capimus, siue in lecto dum quieti membra cōponimus, Deum sem-
per (quatenus per infirmitatem humanam licuerit) intueamur, nec
ab illius conspectu mentis nostræ aciem vsquam deslectamus. Hac
enim ratione fiet, non solum ut is & testis nobis, & adiutor sit
ad vitæ innocentiam, sed dux etiam & antesignanus ad
immortalitatis & felicitatis sempiternæ
gloriam.

Seneca ad
Lucili.

IM

IN EODEM FESTO S. MICHAELIS
Concio secunda, in qua lectio Euangelica explanatur.

*T H E. Angeli eorum in cœlis semper vident faciem
Patris mei, qui in cœlis est. Matth. 18.*



V M peccata omnia, dilectissimi, aut carnalia sint, aut
spiritualia, constat planè spiritualia esse carnalibus gra-
uiora: in quorum numero superbia præcipuè collo-
camus. Habet autem superbia tria insignia mala. Pri-
mum, quod inter maxima crimina numeretur: hoc
enim illa Dauidis verba indicant; Si mei non fuerint domini, tunc
immaculatus ero, & emudabor à delicto maximo. Maximum verò
delictum appellat superbiā: de qua Prophetam loqui versio Hie-
ronymi ex Hebræo declarat: qui pro eo quod non legimus; Ab oc-
cultis meis munda me; ille verit, A superbis quoque; libera seruū tuū,
&c. Ideò autē superbia delictū maximum appellatur, quia singulari
quadam ratione cum diuina mente pugnat. Tria enim sunt peccato-
rū genera: quorū alia ipsum hominē sibi; alia proximū; alia Deū eri-
piunt. Ira enim hominē sibi ipsi eripit: quoniā iratus, quo tēpore ira
æstuat, sui iuris nō est, cum rationis compos non sit, quæ propria est
hominis. Inuidia autē proximū mihi, eiusque bona eripit. Si enim
me charitas vnū cum proximo efficit, eiusque bona, mea per amo-
rem facit, consequens est, ut inuidia, quæ charitati aduersatur, illum
mihi, eiusque bona adimat: quibus ego ad eò non fruor, ut illis etiam
propter inuidiæ tabem vehementer cruciet. At superbia, his multò
gravior, Deum ab homine alienat: quia cum debitum illi honorē &
gloriam surripiat, de gloriæ possessione atque primatu aduersus illū
cōtendit. Quamuis enim mortifera peccata omnia Deum ab anima
pellant, hoc tamen singulari hac ratione superbia facit: ideoque deli-
ctum maximum appellatur. ¶ Habet item aliud superbia malum:
quod videlicet occultissimum vitium sit. Carnalia quippè vitia, quæ
per corpus exercentur, facile deprehenduntur: at spiritualia (cuius-
modi superbia est) sola ferè interiori mentis actione committun-
tur: ideoque difficilīus agnoscuntur, quamuis grauissimè animam
facient. Quis enim superbus se esse superbum credat? Hæc igitur
duo mala facillè declarant, quantum nobis ab huius peccati veneno
cauere debeamus, cum non modò grauissimum, sed etiam occultissi-
mum

Psal. 18.

Hieron.

4
 mum fit. Postremò habent hoc etiam fpiritalia peccata, quòd fpiri-
 tualibus viros potiffimùm infeltant. Sic enim aftutus ille ferpens fpiri-
 tualibus fpiritalia comparat; quibus carnalia odio effe intelligit. Ad
 hoc autè virtutibus etiam ipsis (quibus fpirituales viri exculti funt)
 ad fuperbiã, & inanis gloriã fomentum abuti folet. Cumque virtutũ
 adminiculo cætera vitia debilitètur, & extinguantur, fola fuper-
 bia non rarò ex eifdem vires & robur colligit. Tantò enim magis ho-
 mines in folefcūt, quantò plus fe virtutibus ornatos vident. Hinc D.
 Hieron. Superbia, inquit, natione cœleftis, fublimijum mentes inhabi-
 tat, in cinere frequèter & cilicio recubans. Quò minus mirandũ effe,
 fi hic fuperbiã fpiritus in Apoftolorum quoque pectora irrefperit.
 Antiquus enim hoftis, qui propter fuperbiã ex Angelo dæmon, atque
 ex feliciffimo infeliciffimus factus effe, venenũ, quo ipfe interijt, ho-
 minibus propinare contendit, vt illi fimiliter intereant. Hoc igitur
 morbo difcipuli laborãtes, de primatu regni cœlorũ, quod in hac vi-
 ta futurũ fperabãt, fæpe cõtederũt. Nam & ante magiftri difceffum,
 & in hodierna fancti Euãgelij lectione de hoc inter fe primatu di-
 fputare cœperũt, quẽ fibi vnusquisque vendicare, volebat. Qua etiam
 de caufa aduerfus Iacobũ & Ioannẽ indignati funt, quòd fedes ad
 dexterã & finiftrã Dñi, fubornata matre, peterint. Quemadmodum
 igitur eo tẽpore his duobus difcipulis fubinuidebãt: ita modò eodẽ
 affectu aduerfus Petrum commouëtur, quòd Dñs pro fe ac pro illo
 tantũ, non etiam pro alijs difcipulis tributũ pendi iufferit. Diuina
 autè difpofitione factũ effe, vt hãc difcipulorũ in firmitatẽ nobis fan-
 cti Euãgeliftæ explicarent, vt hoc argumento intelligeremus, qua-
 les eos Dominus acceperit, quales fpiritu fuperueniente reddiderit;
 vt hac ratione difcipuli, quid natura, quid gratia poffet, & quid fibi,
 quid Deo tribuendum effet, agnofcerent: quòd fic tandem in fe ipsis
 quidem humiles, erga Deum verò grati atque deuoti exifterent: &
 ita demũ ab omni fuperbiã veneno immunẽs effent.

Accedẽtes ergo ad magiftrum difcipuli, ab eo querũt, quis maior
 effet in regno cœlorũ. Huic autè interrogationi noua quadã & info-
 lita docẽdi ratione Dñs refpõdit. [*Aduocã enim paruulũ, flatuit eum in
 medio eorũ, & ait, Amen dico vobis, nifi cõuerfi fueritis, & efficiamini ficut
 paruuli, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ.*] Vtrobique Dñs diuerfam ab effe-
 ctibus carnis noftrẽ viã elegit. Cũ difcipuli cõfeffam ad dexterã &
 finiftrã eius peteret, palfionis calicẽ illis ppoftuit: cũ verò primatũ
 regni cœlorum in præfenti lectione ambirẽt, infimã illis humilitatis
 viã, qua ad regnũ peruenit, oftẽdit. Sic fapiẽs & fidelis animarũ medi-

cus

7
 cũs non quid æger animus cupiat, fed quid ei potiffimũ expediat,
 præfcribit. Itaque ait, Vos de primatu, & fublimi fede contẽditis, ego
 autè affeuerãter prædico vobis, nifi efficiamini ficut paruuli, nõ mo-
 dò cœleftis regni primatum nõ afsequuturos, fed nullum prorfus in
 eo regno locum vos habituros. Vos item de terreni regni gloria que
 fitionem proponitis, ego ad cœleftis regni gloriam, quã vera & fem-
 piterna effe, vos reuoco. Quam fi adipifci defideratis, hac lege vobis
 illam. comparare debetis. [*Nifi enim conuerfi fueritis, & efficiamini fi-
 cut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit
 fe ficut paruulus ifte, hic maior effe in regno cœlorum.*] Hæc Domini ver-
 ba non tam verba, quàm fulmina: mihi effe videntur. Quid enim ma-
 gis timendum, quàm fub hac omnium extrema pœnarum hãc à Do-
 mino (vt ita dixerim) metamorphofim præcipi? Quis enim fieri pote-
 rit, vt adultus homo, & fortaffe (vt ille ait) iuueturatus dicrum malorũ
 hoc modo paruulus fiat? Obftat enim huic animi fubmiffioni
 omnium humanorum affectuum potentiffimus, nequẽ immodicus
 gloriã & propriã excellentiã amor, imis hominum vifceribus infu-
 xus. Quis fanẽ affectus adeò late patet, vt nullus fit neque tãta huma-
 nitate præditus, neque tam agreffus & inhumanus, neque tantis hon-
 oribus insignis, neque tam obfcurus & ignotus, neque tot virtutis
 ornamentis excultus, neque tam multis flagitijs coopertus, qui non
 flagret infinita quadam gloriã cupiditate. Obftat fimili ratione ab-
 iectionis atque humilis officij odium, quo aliquam homo dignita-
 tis fuã iacturã fibi facere videatur. Nec enim minori ftudio vulgus
 hominum ignominia notã fugere contendit, quàm vadofa, loca, &
 late res scopulos in mari nauatã. Quòd enim aliò omnia hominum vo-
 ta & ftudia conferuntur, nifi vt humiliora officia vel loca fugiant, &
 ad fublimiora prouehantur? Cũ ergo ifti duo affectus velut duo
 quidam potentiffimi gigantes mentem hominis fuma vi ab humi-
 litatis abiectione reuocent, & ad excelsa rapiant, quis ita fe fupra na-
 turam, fupra mundum, fupra quẽ fe ipfum attollat, vt his affectibus
 reclamantibus inanes honores refpuat, & humili loco, humiliq; offi-
 cio gaudeat? Quomodo ab ea quis cupiditate immunis erit, que etiã
 Apoftolorum pectora inuafit, qui tam diu in fchola humilitatis fub
 humilitatis magiftro verfati erant? Quòd fi agreffes etiam & inculti
 homines (quorum vilis gloria elt) hoc morbo laborãt, quid de prin-
 cipibus & opulentis viris, & vana fcientiã perfuafione inflatis iudi-
 candum erit, qui & maiorem gloriam ambiunt, & acriores ad eam
 expetendam ftimulos habent?

Tom. ij.

X §. I.

Hierony.

§. I.

10

Qua ratio ne humili- tas parandast. ¶ Verum dicit aliquis forsitā; Vehemēter animos nostros hęc tua disputatio concurrit, cum hinc quidem summā huius virtutis necessitatem exaggeras (sine qua nemini ad regnum cœlorū aditus patet) inde verò maximam eius adipiscendę difficultatem, propter ingentem mentibus nostris humanę glorię appetitionem, ob oculos ponis. Quid igitur? An spes omnis huius virtutis assequendę nobis abijcienda est? Minimè verò: imò etiam hęc eadem difficultas viam nobis ad hanc virtutem obtinendam munit, dum nobis & animi nostri morbum ostendit, & ad verum animarum medicum remittit. Mandata enim difficultia non faciunt homines transgressores, sed humiles. Quod hac in re videre licet. Quò enim vehementiùs homo ad sublimes & inanes honores & dignitates aspirat, hòc magis inanitatem & morbum suum, ac velut stitum febricitantis ostentat, qui ad eò ardentèr concupiscit, quod illi exitiosum & noxium futurum est. Sic enim diuina æquitas & sapientia hominis rebellionem & superbiam puniuit, vt pœna culpę esset etiam medicamentum superbię: & quia incautus homo ex donis quę intra se perceperat, occasione arripuit superbiendi, ex malis, quę intra se castigatus sentiret, materiam fumeret sese humiliandi. Sic factum est, vt illata pœna admissi criminis esset non modò supplicium, sed etiam medicamentum.

August.

Miratur D. August. in Genesi, quod Eua, cum primùm formata est, virago fuerit appellata: cum verò post admissum crimen ad mortem damnata fuit, vitę nomen acceperit, materquę omnium viuentium fuerit nuncupata. Rectius enim hoc illi nomen conueniret in prima sua conditione, quando immortalitatis & iustitię donum acceperat, quàm cum mortis sententia aduersus illam prolata est. Quò modo enim cum sententia mortis vitę nomen consentit? Ad hoc autem idem August. respondet, quòd videlicet meritò vitę nomen prima illa fœmina acceperit, cum sublatis donis, quę illi superbiendi occasio extiterat, eas intra se molestias & incommoda sentiret, quę illi sese humiliandi & submittendi materiam singulis penè momentis præberent: vt hac miseriarum suarum cognitione admonita, vitã reciperet, quam donorum cœlestium abusu perdidit. Has autem molestias esse quosdam mentis nostrę monitores, qui ad humilitatem hortentur, & à superbia auocent, declarat idem August. qui Cõfessionum suarum librum his verbis exorditur: Laudare te Domine vult homo, aliqua portio creaturę tuę: homo, circumferens mortem & litatem

13 litatem suam, circumferens testimonium peccati sui; & testimonium quòd superbis resistit. Quibus verbis non obscure vir sanctus declarauit, corporis animiquę molestias, quibus perpetuò infestamur, voces esse quę superbiam detestentur; cum hęc omnia mala antiquę illius superbię supplicia sint. Quocirca mirum non est, si tunc prima illa fœmina vitę nomen acceperit, quę tot contra superbiam, salutis & vitę exterminatricę, remedia & medicamenta perccepit. Quisquis autem hoc miratur, in Apostolum oculos conijciat: 1. Cor. 1. cui magnitudo reuelationum donorumquę cœlestium, elationis ac proinde mortis occasio fuisset, nisi stimulus ille carnis, & quotidiana fragilitatis suę experimenta huic periculo obstitissent, quę illum ad sui cognitionem, & veram cordis humilitatem inducebant. Quid ergo mirum, si vitam appellem, quod mihi (si rectè vti velim.) salutis 14 & vitę materiam præbet? ¶ Quisquis igitur ingentes spiritus, ad quos corrupta & læsa nos natura rapit, comprimere cupit, oculos suos ad interiora mala, quę propter superbię scelus inflicta sunt, vertat: tibi enim contra morsum viperę, ex vipera ipsa antidotum inueniet: vt ipse quoque (sicut de Domino Salvatore dictum est) de peccato damnet peccatum. Hanc autem humilitatis viam breuiter nobis Dominus per Prophetam ostendit, cum dixit: Humiliatio tua in medio tui: quia videlicet non procul à te, sed intra te (nisi aures occluseris) humilitatis magisterium retines. Habes enim intra te fluidũ & casurum corpus, infinitisquę morbis obnoxium, non ex terra, aut aqua: vnde stirpes, aues, & pisces procreati sunt; sed ex infima terrę parte, nempe ex limo terrę formatum: vt hoc nomine iure nos Prophetam ab inani superbię tumore reuocet. Pro eo enim quod nos legimus; Non apponat magnificare se homo super terram; Hiero. ex Psal. 9. Hebræo vertit; Non apponat magnificare se homo de terra. Quid ergo superbiat homo de terra, qui in eandem vertendus est? Si verò intra corpus animum spectare incipias, offert se primùm tibi irrequieta & volubilis imaginandi vis, quę arborum folijs inconstantior & volubilior, vix Dominicam orationem, sublata in Deum mente, proferre sinit: vsquę ad eò terrenarum rerum cogitationibus fluctuat. ¶ Offert se deinde sentiendi appetitus, proprij amoris sedes, & cupiditatum, voluptatum, atque peccatorum omnium seminarium, quod instar olidi sterquilini mortiferos variorum vitiorum foetores exhålat. Hęc enim omnia velut interni quidam doctores sunt, qui assidue vocem illam auribus nostris insurrare videntur; Hominem te esse memento.

X 2

Rursum

Rursum si ad præteritæ vitæ conditionem oculos conuerteris, vide-
bis eam innumerabilium penè delictorum fordibus cædatam: aded,

2. Par. 3. 6.

vt. cum rege penitente dicere verè possis; Peccauit super numerum
arenæ maris, & non sum dignus videre altitudinem cœli præ multitu-
dine iniquitatis meæ. Adde his etiam motus animi nostri rebelles,
quos à nobis radicis euellere non possumus. Adde quotidiana va-
riarum tentationum pericula, quibus pius Dominus ad infirmitatis

Greg. Mor
lib. 4.

sua cognitionem vexari permittit. Hinc D. Gregorius; Fit Deo pro-
uidente, vt qui fortia vincit, à leui superetur: quatenus sic agnoscat à
Deo fuisse, quòd maiora vicerit: & ita mens sua de infirmitate robo-
retur. Quare Cananæus conteri potuit, non potuit exterminari: effi-
citur tamen tributarius, quia & vitium illud humilitati subseruit.

Iudic. 3.

Quare Iudicum. 3. dicitur; Hæc sunt gentes quas reliquit Dominus,
vt erudiret Israel. Semper enim ab eis vinci formidandum est. In par-
tis autem discit, quòd ex se maiora nõ subiecit. Hactenus ille. Quis
igitur dum hæc tantam intra se miseriarum atque malorum scaturi-
ginem sentit, intumescere atque superbere audeat? Rectè enim vult

Eccle. 10.

Eccl. 10. Quid inquit, superbit terra & cinis? Non aded mirum esse
videtur altissimum illum Angelum eleuasse cor suum in decore suo;
quippe qui harum miseriarum expers erat: at qui tantos intra & ex-
tra nos in corpore simul & anima vilitatis & humilitatis testes & præ-
cones habemus, quo pacto efferri, & inaniter gloriari possumus?
Quid verò miseriarum omnium extrema, omniumque terribilium
vltima mors? Quantum hæc ingentes etiam hominum spiritus exte-
nuare atque demittere potest, cum ij attentè considerant, quò tandè
omnis humana potentia, quò ingentia imperia & sceptrâ cadant.

Esaï. 45.

Hoc planè (vt multa alia argumenta præteream) vel vnus Cyri Persa
Regis epitaphiũ fati indicat: illius, inquam Cyri, de quo extat
magnificentissimum illud Esaïæ vaticinium: Hæc dicit Dominus
Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante fa-
ciem eius gentes, &c. Hic igitur posteaquam Assyriorum regno po-
situs esset, & monarchiam ab Assyrijs ad Persas transfudisset, tandem
naturæ concedens, hoc sibi tumulo epitaphium inscribi præcepit.

*OVir, quicumq; es, & vnde cumq; aduenis: neq; enim te ad-
uenturum ignoravi. Ego sum Cyrus, qui Persis imperium
constitui. Pusillum hoc terræ, quo meum tegitur corpus,
mibi ne inuideas.*

¶ Quis

19 ¶ Quis igitur in his pauculis verbis non apertè humanæ gloriæ at-
que potentia inanitate videat? Si enim hic humanæ iactantia finis
est; quid habet puluis & cinis: cur insolescere atque efferri debeat?
Quid verò ille corundem Persarum domitor Alexander, cuius su-
perbia vix totus orbis fatis erat, vt de eo Poeta cecinit; *Vnus Pelæo
inueni non sufficit orbis*; quem tandem vitæ exitum habuit: nonne eum,
qui penè tumuli honore caruisset videatur? Vnde eius mater Olym-
pias, cum filij cadaver in sepulchrum iacere vidisset, inter materna la-
menta exclamasse dicitur: O filij, tu qui studebas cœli particeps esse,
huc toto impetu properans, ne ijs quidem potiri potuisti; quæ sunt
mortalium omnium communia, terra, ac sepultura. Alexander viuis
ambiebat diuinos honores, defuncto nec ille contigit vltimus ho-
nos, quem quiuis homo perfoluit homini; quamlibet humili. Nar-
rant enim Q. Curtius & Plutarcius, Alexandri corpus multis diebus
in sepulchro iacuisse, ob graues Procerum concertationes de succes-
sione principatus.

Quisquis igitur, fratres, hæc omnia prudenter considerauerit, fa-
cile omnem à se animi elatione atque fastum excutiet, & ita demum
in signem illam humilitatis virtutem asequetur, qua instar paruuli
effectus, in regno cœlorum magnus fiat.

Huic autem considerationi illud etiam adiungere curabit, vt hu-
militatis amator ab omnibus admoneri, ab omnibus corripi para-
tus sit. Hoc enim sanctorum virorum proprium fuit, vt quò quisq;
sanctior atque sapientior esset, hoc magis ab omnibus corripri atque
moneri paratus inueniretur. Hinc D. Gregor. Ab omnibus, ait, cor-

21 ripsi, ab omnibus emendari paratus sum: & solum mihi amicum est
mo, per cuius linguam, ante apparitionem districti iudicis, meæ ma-
culas mentis tergo. Sic ergo magus ille Doctorum doctor Augu-
stinus, Ego, inquit, & senex, & Episcopus, paratus sum à puero do-
ceri. Quid hac cordis humilitate submissus? Non enim quisquam
de populo hoc dicit, sed ille, de quo dictum est; Legi Dei deesse,
quidquid Augustinum ignorasse contigerit. Hæc igitur ratione fe-
xagenarius Augustinus in Euangelicum paruulum conuersus est,
dum se à paruulo erudiri paratũ exhibet. Sic tamen in hac parte hu-
militatẽ colere debemus fratres, vt meminerimus scriptũ esse; Noli
esse humilis in sapientia tua; ne humiliatus in stulticia seducaris. Et
illud item; Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui. Sic
enim & humilitatem conseruabimus, & virtutis, & constantia firmi-
tate retenta, nequaquam circumferemur omni vento doctrina.

Tom. ij.

X 3

Deinde

Gregor. in
Epist.

August.

Eccl. 13.
Eccl. 5.

Bernar.

Deinde illud etiam præstare debet quisquis huius eximie virtutis 22
cultor & amator est, vt nequaquam humiliora officia, humilioraque
loca & abiecta dedignetur. Vt enim Diuus Bernardus ait, Humilia-
tio, via est ad humilitatem; sicut patientia ad pacem; sicut lectio ad
scienciam. Si ergo virtutem appetis humilitatis, viam non refugas
humiliationis. Humiliationis autem nomine vir sanctus non solum
humiliora loca, & officia, sed paupertatem etiam, & angores, & la-
chrymas, ceterosque corporis & animi labores intelligit. Cuius ver-
bi 2. Cor. 12. bi significatione Apostolus vsus est, cum ait; Ne iterum cum vene-
ro humiliet me Deus apud vos, & luceam multos ex his, qui pecca-
uerunt, &c. Vt autem humiliatio ad humilitatem: ita contra secunda
23 hæ res, honores, & potentia ad superbiam & fastum viam muniunt.
Psal. 72. Hinc regius vates, In labore, inquit, hominum non sunt, & cum homi-
nibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia, operi sunt
iniquitate & impietate sua. A quo quidem fastu longissimè se abesse
Psal. 130. idem Vates profitebatur, cum diceret; Domine non est exaltatum
cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulauit in magnis, ne-
que in mirabilibus super me. Hoc igitur modo potentissimus hic
Rex se ad paruuli mensuram contrahebat, dum & intus corde nihil
de se magnum sentiebat, & foris se ad ima demittens, nudus ante ar-
cam Domini saltare non erubescibat. Micholi autem vxori hanc in
24 Rege humilitatem obiurganti respondit: Viuit Dominus quia ludam
ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, &
quam omnem domum eius: & præcepit mihi vt essem dux super po-
pulum Domini in Israël: & ludam, & vilior fiam plus quam factus
sum: & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta
es, gloriosior apparebo.

His igitur rationibus, fratres, hanc virtutem, quæ omnium alia-
rum radix, fundamentum, & custos est, assequemur, si his etiam assidua
25 orationis studium adiungamus, qua illam à Domino virtutem
cõtinuis votis ac desiderijs postulemus. Orationis enim virtus quàm
latissimè patet, & ad omnia valet. Hinc quidam ex illis eremi Patri-
bus (vt Theodoretus in historia religiosa memorat) medicos aiebat
Theodore- 26 varijs pharmacis ad varios morbos curandos vt: at fidelem & deuo-
tam orationem ad omnes animorum morbos curandos, & virtutes
adipiscendas commune remedium & medicamentum esse. Per hanc
igitur nos tanquam paruulos ante diuinæ maiestatis conspectum
exhibeamus, profitescentes nos sufficientes non esse cogitare aliquid
ex nobis, tanquam ex nobis, sed omnem sufficientiam nostram ex

Deo

27 Deo esse. Hoc enim de se penitus cogitatum & exploratum habere,
& sic de se dimissè atque humiliter sentire, id demum est euangelicu
paruulum esse. Sed quia diutius fortasse, quàm par erat, in hoc par-
uulo effingendo immorati sumus, quid de his, qui hunc talem par-
uulo offenderint, Dominus dicat, videamus.

§. II.

¶ Qui, inquit, scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, exco-
pedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius &c:] Quæ Dominus
charitate huiusmodi paruulos amplectatur, apertè his verbis indicat;
cum & iuuantibus maximum præmium, & nocentibus, siue scanda-
lum inferentibus maximum minetur supplicium: de quo multa, &
quidem grauissima, in sacra huius diei lectione persequitur. Quæ
res non modò horum paruulorum amplectatur dignitatem, sed immensam Do-
28 mini bonitatem, & erga genus hominum charitatem non obscure
declarat. Sicut enim admiranda illa hospitalitatis & misericordiæ
commendatio (quam in extremo iudicio prolaturus est) eximiam
eius in homines charitatem & misericordiam ostendit, quæ tã mag-
na præmia, pauperum miseras subleuantibus, constituit: ita non mi-
nus eandem charitatem demonstrat, cum magna supplicia nocenti-
bus, & scandalum paruulis inferentibus comminatur. ¶ Atque vt mi-
rabilem concordiam inter Euangelicam & Apostolicam doctrinam
pernoscat, legite, quibus licet, Pauli Epistolas ad Romanos, & Co-
rinthios; in quibus Apostolum aduersus scandali peccatum tonãtem
& fulminantem videbitis; inter alia verò sic ait; Si esca scandalizat fra-
29 trem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum
scandalizem: & iterum; Bonum est mihi magis mori, quàm vt glo-
1. Cor. 9. riam meam quis euacuet. Gloriam autem suam appellat, nullum of-
fendiculum præbere Euangelio Christi. Iam verò qualis illa Aposto-
30 li vox, quàmque apostolico pectore digna; Quis infirmatur, & ego
non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vrorille enim scanda-
lum, ego incendium patior. Cuius autem periculi sit, infirmis homi-
nibus scandalum, hoc est, peccati occasionem præbere, idè declarat
his verbis; Sic autè peccãtes in fratres, & percutientes cõscienciam in-
firmam, in Christum peccãtis. Christus autè Dominus peccatum hoc
inultu abire non sinit; quin & illud frequenter præsentì vindicta ple-
tère solet. Sic enim sororem B. Catharinæ Senensis, Bonauenturam
nomine, è medio sustulit, & grauissimas igne purgatorio penas pen-
dere coegit, quòd multa vi precum Christi virginem ad faciem ornã-
dã impulerit, quòd eã ad coniugij spem, & mundi amorè alliceret. Sed

X 4

aliud

Hierony.

aliud tamen huius rei multo terribilius, ac penè incredibile est. **28**
 plium ex Diuo Hieronymo hoc in loco referam. Is igitur in Epistola
 ad Letã sic ait: Prætextata, nobilissima quondam femina, iubente
 viro Hymetio, qui patruus Eustochij Virginis fuit, habitum eius cul-
 tum quæ mutauit: & neglectum crinem, mundano more pexuit, vin-
 cere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium: & ecce ti-
 bi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum, terribili vo-
 ce minitantiem penas, & hæc verba frangentem: Tu ne ausa es viri
 imperium præferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis at-
 trectare manibus, quæ iam nunc arefcit, vt sentias excruciatia quid
 feceris: & finito mense quinto ad inferna duceris. Sin autem perseue-
 raueris in scelere, & marito simul orbaberis, & filiis. Omnia per ordi-
 nem expleta sunt, & seram miseræ penitentiam velox signauit in-
 teritus. Sic vlciscitur Christus violatores templi sui, & sic gemmas, **29**
 & pretiosissima ornamenta defendit. Et hoc retuli, non quod insulta-
 re velim calamitatibus infelicium, sed vt moneam, cum quanto me-
 tu & cautione seruare debeas, quod Deo spondidisti. Hactenus
 Hieronymus. Quis igitur dum hæc audit, non perhorrescit, si se hu-
 ius criminis reum aliquando fuisse cognoscit? Nam de huius adeo
 tremendæ historię fide dubitare non licet, cum eius D. Hiero. & scri-
 ptor, & oculatus testis extiterit.

Quisquis igitur hæc ipsa diligenter animaduertit, minimè mira-
 bitur quod post hæc Saluator inferat: [Si manus tuas, vel pes tuus scanda-
 lizat te, absconde eum, & projice abs te.] Hoc in loco pedum & manu
 nomine coniunctissimos nobis homines, maximeque necessarios,
 qui nobis pro pedibus, & manibus sunt, accipere debemus: quorum
 si consuetudo, si familiaritas, si dicta factaue illorum ita mentem no- **30**
 stram perturbant, vt vel nos ad studio rerum diuinarum, vel ab amore
 in Deum auocent, vel ad inhonesta & inconcessa rapiant, gladio diu-
 ni timoris abscondendi atque repellendi sunt. Hic enim est spiritualis
 ille gladius, de quo Saluator ait: Non veni pacem mittere in terram,
 sed gladium. Non contentus autem pedum, manuumve abscissione,
 oculum etiam effodiendum docet, cum subdit: [Si oculus tuus scan-
 dalizat te, erue eum, & projice abs te.] Quæ quidem sententia Domini
 ad spirituales etiam rationis humanæ oculum referri debet. Cum
 enim hic oculus vel fidei dogmatibus contradicit, vel miser homocla-
 matitates suas cum aliorum secundam fortuna comparans, de diuina
 providentia & iustitia tentari incipit, cum inopiam suã cum aliorum
 opibus comparat, tunc spiritualiter oculus iste nequam eruendus, &

Math. 18.

31 in obsequium fidei captiuanus est, quæ fides Dei iustitiam & equi-
 ratem defendit, auribusque nostris, quod olim Petro dictum est, insu-
 rurrare videtur: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. **Ioan. 13.**
 Sciuit postea quàm è viuus excessit Lazarus, quam gloriam mendici-
 tas & vlcera illa sua sibi pepererint: quanta verò diuiti epuloni splen-
 dida mensa & purpurea vestis supplicia comparauerint.

Demum post tot minas, totque documenta ad vitandum scanda-
 lum à Domino data, quasi parum esset quod hactenus dixerat, iterum
 perorata causa, diætorum memoria renouat dicens: [Videte ne con-
 temnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis
 semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.] Hactenus quidem Do-
 minus exposito periculo nostro, nunc proposita paruulorum digni-
 tate, à scandali maleficio deterret: quòd videlicet tantæ curæ sint Pa-
 tri celesti, vt supernis illis spiritibus, qui splèdidissimam eius faciem
 semper intuentur, eorum custodiam atque tutelam commiserit. **32**
 Sicut enim ille rerum moderator ac conditor Deus, qui cælum terris
 miro charitatis modo coniunxit, quique hanc tantam rerum vniuersi-
 tatem ita deuinxit, vt supera infimis, per ea quæ in medio posita
 sunt, vim suam communicaret (vt ita tandem ex tam multis varijsque
 rebus, tanquam ex diuersis sonorum interuallis pro certa ratione dis-
 tinctis consona quædam rerum vniuersitas surgeret) is vtique subli-
 mem illam Angelorum naturam cum humana ita colligauit, vt qui
 in cælis diuinæ pulchritudinis speciem contemplantur, in terris ad
 hominum custodiam destinarentur.

Quòd si eorum (quod ad nostri custodiam attinet) officia quæ-
 ras, multa planè sunt. Primum, corpora nostra ab iniurijs Demo-
 num tuentur: qui cum capitali nos odio prosequantur, eadem mille
 modis vexarent atque laniarent, nisi eorum furori, Angelorum præ-
 sidia obstitissent. Ideoque nihil in hac parte aduersum nos possunt,
 nisi quod illis Dominus posse permiserit. Quod facillè illa beati Iob
 vexatio declarat, in quem perfidus ille hostis nihil potuit, nisi quod
 Dominus voluit. Idem etiam sub imagine quadam videre licet in
 eo leone, qui deceptum Prophetam ex voluntate Domini inter-
 emit: qui tamen neque corpus eius, neque asinum, cui inside-
 bat, tangere ausus est, sed iuxta vtrumque esuriens & innocens
 leo, vt prædæ suæ custos, non vt deuorator inuentus est. Neque
 enim aliud in corpus viri Dei potuit, quàm quod illi Dominus
 concessit. Quod idem de leone illo, qui rugiens circuit quærens
 quem deuoret, intelligendum est. Hanc autem Angelorum custo-
 diam

Pſal. 33. diam regius Propheta declarat, cum ait: Imittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Pro, immittit, autem Diuus Hieronymus ex Hebræo ſignificantius vertit, Caſtra metatur Angelus Domini in circuitu timentium eum &c. Cuius verbi vim Sponſus in Canti. exprimit, cum ait: Quid videbis in Sunamite niſi choros caſtrorum? Vidit hoc planè puer Eliſei, cum totum montem igneis curribus plenum in circuitu Eliſei demiratus eſt.

Indic. 13. Diligentius tamen Angeli piorum animas à peccato, quàm à morte corpora ſeruant. Teſtatur hoc illuſtris illa ſcæmina Iudith, quæ Holophernis abſciſſum caput ſecum geſtans, hoc de Angelo ſuo teſtimonium tulit: Viuit autem ipſe Dominus, quia cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc abeuntem, & ibi commemorantem, & inde huc reuertentem: & non permisit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria ſua, in euſatione mea, & in liberatione veſtra. ¶ Nec à peccatis ſolum, ſed ab occaſione etiam, per quas homines in peccatum labi poſſent, ſolicitè cuſtodiuunt. Quod non obſcurè Regius vates designauit, cum ait; Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidè pedem tuum. In manibus autè portare, eſt peccandi occaſione abſcindere, ne in peccati præcipitium incidamus. Idem etiam hoſtis antiquus teſtatur, cum de B. Iob ad Dominum loquens ait: Nonne tu vallatiſti eum, & omnem domum eius: hoc eſt, omnes aditus occluſiſti, ne ego in illum irrumperem, illum lædere, aut in peccatum præcipitare poſſem? Vt enim vitrea vaſa, quæ fragilia ſunt, mollibus integumentis, ne ad duriora corpora allidantur, atque frangantur, conſeruare ſolemus: ita miſericordiæ vaſa Dominus angelica protectione ſepit, ne vlla viſ eorum teneritudinem lædere aut violare queat.

Pſal. 90. Eſt etiam curæ beatis iſtis Spiritibus, orationes & eleemoſynas, piæque opera noſtra communi Domino præſentare. Quod ſatis apertè Raphael Angelus Tobie ſignificauit, cum dixit: Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & relinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. De hoc autem Angelorum miniſterio ſic Ioannes in Apocal. Venit, inquit, Angelus & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium.

Tob. 12. *Simil.* *Apoc.* 8. *IN*

37 nium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei. Et aſcendit ſumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo.

Cum ergo beati iſti Spiritus piorum vota & preces eſſe Deo gra-
tiſſimas intelligant, libenter aſtant orantibus, & interſunt meditan-
tibus, vt habeant quod conditori ſuo pro nobis offerant. Hinc illud
in Cant. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant te, fac me audire vo-
cem tuam. Vox eſt cœleſtis Sponſi ad amantiffimam Sponſam in
amoeniffimis ſcripturarum hortis commemorantem, ſequè ipſam diui-
norum myſteriorum contemplatione paſcentem: quam Angeli cir-
cunſtant, eius contubernio gaudentes, & deuota orationis & lau-
dum eius cantica audire geſtientes. Quid igitur? An non ipſi multò
dulcius atque ſuauius canunt? Canunt planè: ſed que madmodum
38 homines philomelæ, ſimiliumque auium cantantium modulatio-
ne delectantur, cum tamen humanæ vocis organum longè ſit gra-
tius atque iucundius: ita beati illi Spiritus diuinis precibus & laudi-
bus humana voce decantatis magnopere oblectantur, quamuis ipſi
longè dulcius atque ſuauius canant. Hiſ igitur modis, multique
alijs, quos recensere longum eſſet, beati illi Spiritus ſolicitam noſtri
curam gerunt. Ipſi namque (vt D. Auguſt. ait) adiuuant laborantes,
protegent quieſcentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes,
congaudent gaudentibus; de te, inquam, gaudentibus: compatiuntur
patientibus; pro te, inquam, patientibus. Grandis eſt eis cura de
nobis, magnus eſt affectus dilectionis eorum erga nos: & hoc totum
propter honorem tuæ inæſtimabilis charitatis, qua dilexiſti nos. Di-
ligunt enim, quos tu diligis: cuſtodiuunt, quos tu cuſtodis: & deſerunt
39 quos tu deſeris. Nec diligunt operantes iniquitatem: quoniam & tu
odiſti omnes operantes iniquitatem. Quoties benè agimus, gaudet
Angeli, & triſtantur Dæmones: quoties verò à bono deuiamus,
Diabolum lætificamus, & Angelos tuos ſuo gaudio defraudamus.
Gaudium eſt enim eis ſuper vno peccatore poenitentiam agente, ſed
Diabolo ſuper vno iuſto poenitentiam deſerente. Da igitur, da
Pater eis ſemper gaudere de nobis, vt & tu ſemper per eos lauderis
in nobis, & nos cum eis in vnum ouile tuum adducamur, vt con-
ſtitueamur ſimul nomini ſancto tuo creator hominum &
Angelorum: qui cum vniuerſo filio tuo viuus &
regnas in ſecula ſeculorum.

Amen.

IN

IN EODEM FESTO S. MICHAELIS Archangeli Concio tertia, in qua, post Euangelicæ lectionis enarrationem, occasione superbiæ Angelorum, quos è cœlo S. Michael exturbauit, de peccato superbiæ agitur. De quo tria præcipuè tractantur: primò, quibus modis homines in hoc peccatum incidant: deinde quæ hominum genera huic præcipuè morbo obnoxia sint: ac postremò varia huius morbi remedia assignantur.

T. H. E. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.
Matthæi. 18.

Simil.



olent, qui de nauigandi ratione scribunt, vadosa loca, & scopulos præcipuè, qui sub vnda latet, diligenter annotare, & in charta describere, vt ab illis nauatæ ues submoueât. Cùm autè hæc ipsa vita, quam uiuimus, nauigatio quædam sit, qua ad optatum sempiternæ uitæ portû (ad quem conditi à Deo sumus) nauigationis cursum dirigimus, necesse est, vt nos quoquæ vadosa loca, & vitiôrû scopulos, sub virtutis imagine latentes, sollicitè describamus, ne ad eos in nocentiæ nauè illidamus, & iustitiæ atque pietatis naufragium faciamus. Inter omnes autem huiusmodi scopulos nullus perniciosior, nullus occultior quàm superbia est; quam & maximum & occultissimum omnium vitiôrû in præcedenti concione esse diximus. Quod qui nõ credit, in summû illum Angelû, quem S. Michael ex summa cœli arcè in tartarû præcipitauit, oculos conijciat (què D. Dionysius vnum quidè ex summis cœli principibus, D. autè Gregorius Angelôrû omnium principem esse ait) cui hoc peccatum sola breuissimâ cogitationis mora commissum æternæ damnationis causam attulit, & nobilissimâ illam creaturâ, creaturatum omnium pessimam & infelicissimam reddidit. Quin & illud ad huius criminis detestationè verè dici potest; ipsum omnium ruinarum atque malorum causam & fontem esse. Verissimè enim à Salomone dictum est; Contritionem præcedit superbia: & , Ante ruinam exaltabitur spiritus. Vnde enim.

Diony.
Grego.

Prou. 16.
Ibidem.

de enim hæreses omnes, vnde schismata, vnde omnes etiam carnis lapsus, in quos, qui virtutem sectabantur, inciderunt, nisi ab hoc fonte manant? De hoc igitur maximo superbiæ periculo, quod in huius vitæ pelago nauigaturis imminet, in præsentî concione agere cõstitui. Ad quod & Euangelicæ lectio (in qua Dominus occultam discipulorum superbiæ curare voluit) & sancti Michaelis festum nos etiã adigit: cuius illud memorabile facinus celebratur, quod superbientes aduersus Deum Angelos è cœlestis regni sedibus præcipitauerit. Prius tamen Euangelicam lectionem, quæ huius doctrinæ fundamentum est, breuiter explicabimus, vt diutius in huius vitæ penetralibus excutiendis immorari valeamus. Airigitur S. Euangelista;

[Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Quis putas, maior est in regno cœlorum.] Hanc interrogationem ex occulta superbiæ radice ortum habuisse apertè Lucas ostendit, dicens: Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum esset maior: nec cogitatione solum, sed verbis etiam hoc inter se tractauerant. Vnde Marcus narrat discipulos primùm cùm venissent Capharnaum, à Christo fuisse interrogatos; Quid in via tractabatis? si quidem in via inter se disputauerant, quis eorû esset maior. Considerate quæso fratres, quàm latè virus superbiæ pateat, quod non solum opulentos & principes viros, qui aliquid habere videntur vnde gloriari possint, sed abiectos etiam piscatores, & inopes inuadit. Licet enim illorum res angusta sit domi, & externo habitu sint abiecti, tamè ex ingenij humani corruptione, quæ ex Adâm cunctis inest mortalibus, sæpe factum intus alut, quem per affectum cordis humiliati tollere oportet. Scrutator ergo cordium Dominus huius interrogationis causam intelligens, respondit: [Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli &c.] Non parû ponderis habet, quod cœlestis magister admonitioni huic grauissimam præmisit asseuerationè, vt de eius veritate dubitare nemini liceret. Itaq; perinde est ac si dicat: Vos contentiditis de primatu regni cœlorum: at ego asseueranter vobis affirmo, quod nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, ad eò non efficiemini in regno meo magni & illustres, vt ne pro discipulis quidem meis vos sim habiturus. Quomodo autem paruuli effici debeamus, Petrus Apostolus in Epistola sua docet his verbis; Deponetes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes rationale & sine dolo lac concupi scite. [Quicumq; ergo se hoc modo paruulum fecerit, hic maior est in regno cœlorum.]

Luc. 9.

Mar. 9.

1. Pet. 2.

YUM:

rum: & qui ſuſceperit unum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit.] 7
 Quo in loco, ſuſcipiendi verbum non tantum ſonat hoſpitio excipere, ſed quoduis etiam benignitatis obſequium exhibere. Hoc enim ſenſu Apoſtolus dixit; Suſcipite inuicem ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos; hoc eſt, adiuuate vos inuicem, mutuiſque officijs fouete. Cui of-
 ficio magnam ſanè proponit mercedè, cum dicit, ſeipſum, hoc eſt, vnigenitum æterni Patris filium in his paruulis excipi atque foueri. Qualis ergo merces ex tali benignitatis officio, quod in ipſum Dei filium conferitur, ſperanda eſt? ¶ Vt autem officijs in hos paruulos in æſtimabile proponitur præmium: ita ſcandalum inferentibus maximum Dominus minatur ſupplicium. Subdit enim: [Qui autem ſcandalizauerit unum ex his puſillis qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſnaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.] His verbis (vt Hiero. ait) ſupplicij genus peculiare Palæſthinis deſignauit, quod ob enormia crimina ſolebat exigi. Suspendebatur enim collo noxijs ſaxum molare, & demergebatur in profundum. Satis erat hæc tanta ſupplicij acerbitas ad eriminis huius grauitatem exaggerandam. Verum addit ſupplicio Dominus exclamationem interni doloris indicem, cum ſubdit; [Væ mundo à ſcandalis.] Væ, maledictionem & damnationem ſignificat. Eſt ergo ſenſus: Væ, id eſt, maledictio. ipſi mundo propter ſcandala, quibus eſt plenus, cum totus ſit in maligno poſitus. Cum autè ſtultorum numerus ſit inſinitus, tot erunt etiam ſcandala & offendicula, quæ ſimpliciter in via gradientibus obijciuntur. Ideo que ſubdit, neceſſe eſſe vt veniant ſcandala: quia cum tot in mundo praua opera & exempla, & praua item perditorum hominū dogmata & conſilia ſint, cum tot etiam modis homines hominibus partim contumelijs, partim iniurijs, partim detractionibus & iniquis liti-
 bus noceant, conſequens eſt, vt multis modis infirmi homines ſcandalum patiantur. Hæc autem à Theologis neceſſitas conſequentiæ non conſequentis eſſe dicitur. Nec enim abſolutè neceſſe eſt vt ſcandala veniant, ſed cum tot in mundo ſint cauſæ malorum, conſequens eſt, vt ex his mala, & ſcandala oriantur. Nec tamè malis impunè erit, quod neceſſe ſit venire ſcandala, cum ij inſtrumenta ſint Satanæ, qui egregiam illi operam nauant, eiusque negotium & officium gerunt. Cuius autem grauitatis hoc peccatum ſit, ex animarum prætio, quod Chriſti ſanguis eſt, æſtimari poterit. Si enim aurum eſt quod auro emittur, ſanguis vti que Chriſti erit quod eius ſanguine redemptum eſt. Hunc autem effundunt, atque conculcant, qui prauis monitis & exemplis fidelium animas corrumpunt. ¶ Quo quidem peccati ge-
 nere

10 nere multò grauius delinquant Principes ſiue in Eccleſia, ſiue in Repub. viri: tum, quia eorum praua opera magis conſpicua ſunt; tum, quia honorem & dignitatem vitijs dignitatis ſuæ auctoritate præbent. Nemo enim inglorium ſibi eſſe putat id facere, quod ſublimis in Repub. viros facere conſtat: ita ſit, vt ij plus exemplo, quàm peccato noceant. Quod ſanè obſcuris hominibus, & intra priuatos parietes degentibus non perinde contingit. Iſti enim cum peccant, ſibi ſolis præcipuè nocent. Ita-
 que vt humata cadauera nemini nocent, inhumata verò putredine ſua aërem inſiciunt, & peſtem hominibus afferunt: ita cum priuatus homo intra domesticos parietes latens peccat, ſe vnum tantum damnat; publici autem homines, quales Epifcopi, magiſtratus, & patres familias ſunt, cum in officio delinquant, velut inhumata cadauera multorum malorum cauſa exiſtunt. Cum Moyſes cinerem in altum effudit, velicæ turgentes, & morbi Aegyptios grauius infeſtarunt: ad hunc ergo modum cum leues homines excelſum in Repub. vel in Eccleſia locum occupant, neceſſe eſt vt varia malorum genera in ea conſequantur. Vnde pro eo quod nos legimus; In circuitu impij ambulat, ſecundum altitudinem
 tuam multiplicati filios hominum; D. Hierony. ex Hebræo vertit; In circuitu impij ambulat, cum exaltati fuerint viliffimi filiorum hominum. ſimil.

12 Aduget autem Dominus criminis huius grauitatem, cum ſubdit: [Si autem manus tua, vel peſtuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & projice abſte.] Animaduertite, quaſi qua cura nos Dominus adhortetur vt omnes ſcandali occaſiones vnde cum que irruentes amputemus. Leuius fuiſſet dixiſſe, caue, obſerua, cohibe: at quantum maius quod præcipit, vt abſcindamus omnem offendiculi materiam; quod demonſtret, quanta ſit magnitudo periculi, quando, niſi id fiat, proſuſ ſit pereundum: non minus atque ſi quis viperam è manu pendentem non concitus excuteret. Eſt autem hæc adhortatio ab vtili & commodo conſeruandi vniuerſi. Vbi enim totus homo periclitatur, præſtabilius eſt vnus membri iactura totius reliqui corporis ſalutem redimere, quàm ſeruato membro luxato, & putreſcente, totius corporis ſalutem in diſcrimen conijcere. Hæc ratio habet ſimile, ſumptum ab illis, quibus morbida membra per chirurgoſ amputantur, vt ſeruetur quod reliquum eſt corporis ſanum. Certè hunc animum nobis à natura inſitum habere debemus, vt alicuius membri diſpenſio (ſi ali-
 cer

Roman. 15.

Hierony.

8

2

Pſal. 11.

ter fieri non potest) vitam seruemus. Si enim tanto studio corporis 13
vita retinetur, quanto maiore animæ salus ac vita conseruanda est?
Quid enim habet eximij momenti, si corpus abscessa dextera serue-
tur breui postea moriturum: animæ verò lōgè alia est ratio: id quod
& Poeta gentilis agnouit, cum canit;

Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,

Arida nec sitiens, ora lauabis aqua.

Vt valeas animo quicquam tolerare negabis?

At pretium pars hæc corpore maior habet.

¶ Denique non contentus Dominus tot modis nos à scandali pecca-
to deterruisse, addit etiam extremam, eandemque breuissimam ad-
monitionem dicens; [*Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis, &c.*]
quod perinde est ac si diceret; Etiam, atque etiã curate, & solliciti ac
diligentes estote ne pios atque humiles contemnatis. Non enim ait; 14
Ne lædatis, aut perdatis vnum ex his, &c. sed ne cōtemnatis: quo ver-
bo omnem offensionis ac læsionis fontem, quo pusilli lædi possunt,
obturat. [*Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident fa-*
ciem Patris mei, qui in cælis est.] A dignitate ergo Angelorum, quibus
paruulorum tutela commissa est, eorundem amplificat dignitatem.
Sunt enim Angeli immortales, inuisibiles, indissolubiles, incommuta-
biles, simplices, hoc est, ab omni corporea mole secreti, in genere
suo perfecti, mente puri, affectu benigni, religione pij, vnanimitate
indiuisi, pace securi, diuinisq; laudibus & obsequijs semper intenti.
Inter quos maiores sine elatione præfunt, & minores sine murmure
subfunt: qui cum ad exteriora exeunt, ab interiori diuinitatis contē-
platione non recedunt. Quanta ergo reuerentia ijs hominibus exhi-
benda, qui tales à Deo pedagogos, custodes, atque salutis suæ mini-
stros nacti sunt? Hactenus de Euangelica lectione, nunc præcipuam
eius sententiam, qua superbiæ peccatum à Domino accusatur, in re-
liqua concionis parte persequamur.

§. I.

¶ De hoc igitur occultissimo atq; maximo superbiæ crimine dictu-
ri, primùm, quibus modis homines in hoc vitium incidant, explica-
bo: deinde, quæ hominum genera huic morbo præcipuè obnoxia
sint: ac postremò, quibus aduersus pestilentissimum hunc animorū
morbum remedij vri debeamus, expediam.

Multis modis homines in hoc superbiæ præcipitium vel non sen-
tientes cadunt. Quidam enim adeò stupidi, adeoque sui, ac rerum
diuinarū ignari sunt, vt quidquid præclarum, siue in bonis naturæ, siue

x6 siue industriæ, siue fortunæ habeant, vel sibi ipsis, non honorū om-
nium auctori Deo tribuant; vel sic se in animo & vita gerant, quasi à
se ipsis, non ab ipso percepissent. Quorum mentem & cæcitatē su-
perbus ille Pharao representat, cui per Ezechielem Dominus dixit; *Ezech. 29*

Ecce ego ad te draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorū,
& dicis, Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Simili modo
Assyriorum rex deliquit, cui Dñs exitium propheticæ voce minatur
his verbis; Visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & *Esaï. 10.*
super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim, In fortitu dine
manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos po-
pulorum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes. Hoc eodem
genere peccati deliquit eiisdē Babylonix Rex Nabuchodonosor,

qui se sua virtute, nulla Dei habita ratione, amplissimam illam ciuita-
tem extruxisse, & latissimum imperium propagasse arbitratur; ad-
uersus quem sanctus ille vigil è cælo descendens, grauissimam illam
& inauditam sententiam fulminauit; Tibi dicitur Nabuchodonosor, *Dani. 3.*

Regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum
bestijs, & feris erit habitatio tua: scœnum quasi bos comedes, & septē
tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excel-
sus in regno hominum, & cuiusque voluerit, det illud. Eadem ho-
ra sermo completus est super Nabuchodonosor, & c.

Hoc igitur tam nouo & inaudito supplicio, quod diuina cœsura excogitauit, satis de-
clarauit, quàm sit hoc peccatum diuinæ maiestati inuisum; quo vilis
humuncio, ex limo terræ conditus, & in eam reuersurus, gloriæ vni
Deo debitam sibi arrogare præsumit. A quo crimine sanctus Iob se

x8 alienissimum esse conhitetur, cum ait; Si vidi Solem cum fulgeret, & *Iob. 31.*
Lunam incedentem clarè, & osculatus sum manum meam: quod est
peccatum grande, & negatio contra Deum altissimum. Hoc ad ver-
bum contra eos dicitur, qui Soli & Lunæ diuinitatis gloriam, vni cō-
ditori debitam, tribuebant: sed nihilominus tamen spiritaliter in
eos etiam quadrat, qui rerum suarum splendorem, & cætera siue nat-
uræ, siue fortunæ, siue industriæ bona, non Deo, sed sibi ipsis, & ma-
nibus suis accepta referunt. Hi enim & manus suas osculantur, dum
illis tribuant, quod diuino munere & beneficio perceperūt; & Deū
negant, quando quod sibi sumunt, Deo adimunt.

Sunt & alij, qui naturæ beneficia; qualia sunt corporis robur, for-
mæ decor & pulchritudo, canoræ vocis suauitas, ingenij acumen, &
naturalis quædam solertia, cæteraque his similia quæ nobiscum nata
sunt; à summo illo naturæ opifice & cōditore proficisci intelligunt;

August.

necidē tamen humiles sunt; quoniam de his frequenter gloriantur, & ob ea laudem ab hominibus & gloriam expetunt: quos D. Aug. diuinæ gloria fures appellat, ut pote qui gloriam horum bonorum largitori debitā, sibi ipsis impiē & ingrātē arrogent. ¶ Sunt rursus alij; qui spiritualia dona & beneficia à Deo se consequutos esse profitentur, sed ea tamen proprijs meritis & virtutibus suis assignant. Hi autem partim Deo gloriam tribuunt, partim admunt: quādo ea esse Dei beneficia contententur, meriti autem valorem atque rationem sibi sumunt: cum tamen certum sit, omne meritum nostrum non minus gratuitum Dei munus esse, quā quod propter ipsa nobis merita conceditur. Hinc D. Augu. locum illum enarrans;

August.
Esd. 102.

Qui coronat te in misericordia, &c. sic ait: Debetur corona bonis operibus, si fiant: sed gratia præcedit, ut fiant. Ita quæ utrumque diuinæ gratiæ beneficium est, & boni operis præmium, & eiusdem operis meritum. Ut autem quantum periculi in hoc superbiæ genere sit, intelligatis, memorabile exemplum, quod S. Ioannes Ægyptius, inter veteres illos Anachoritas celeberrimus retulit, hoc in loco atterere volui. Ait igitur: Erat quidē apud nos monachus in hac vicina eremo commanens, cui habitaculum spelunca erat: vir summæ abstinentiæ, quotidianum victum labore manuum querens: in orationibus diu noctuq; persistens, cunctisque animi virtutibus florēs. Sed hic lætis successibus elatus, cōfidere quasi in profectibus suis cepit, & non Deo totum, sed sibimetipsi quod fecerat deputare. Hanc autem eius intuens animi præsumptionem tentator, continuō accedit, & laqueos parat. Quadam namque die ad vesperam fingit speciem decoræ mulieris oberrantis per eremum, quæ velut fessa post nimium laborem, accedens ad ostium speluncæ monachi, se lassabundā simulans ac fatigatam, intrinsecus semetipsam proiecit: atque aduoluta genibus viri, ut miseretur exorat. Nox enim me infelicem, inquit, in eremo latitantem comprehendit: tibe me requiescere in angulo celitulæ tuæ, ne fortē efficiam nocturnis bestijs præda. At ille primo misericordiam obtētū recepit eā in speluncā, requirens quæ ei causā errandi per eremū fuerit. Illa causam fingit satis accuratē, & interim venena blādimētōrum atq; illecebræ virus per omnē textū narrationis interserit: nūc se miserandā, nunc etiā defensione dignā ostendēs, elegantia & suauitate sermonis inclināt animū hominis, & in affectū sui illecebroso amore defleſcit. Hinc iā inter blādiora colloquia iocus risuq; miscetur: manus etiā procax ad mētū barbamiq; quasi venerādi specie protēdit: tū verō palpate ceruicē mollius, collūq; leuigare. Quid multa?

22 multa? Ad vltimum, captiuum ducit militem Christi. Continuō em̄ perturbari intra semetipsum, & libidinis fluctibus æstare cœpit: nequaquam laborū præteritorum, nequaquam professionis ac propositi sui memor. Paciscitur cū cordis sui cōcupiscentiæ, & intra arcana cogitationum suarum fœdus cū falsa cupiditate cōponit. Inclināt stultus latera sua, & efficitur sicut equus & mulus, quibus nō est intellectus. Atq; vbi obscenos iam conabatur inire cōplexus, illa vlulātū teterarum diræ vocis emittens, vmbra ut erat tenuis per manus amplectentis elabatur: ipsūque dedecoris motibus inanes auras seſcitāt fœdissima cum irrisione deseruit. Tunc præterea multitudo Dæmonum in aere ad hoc ipsum spectaculum congregata, clamore ingentis cū cachinno exprobrationis eleuato, O, inquit, monache, monache, qui te vsq; ad cælum extollebas, quomodo demersus es vsq; ad infernum? Disce ergo, quia qui se exaltat, humiliabitur. Tunc ille velut amens effectus, & deceptionis suæ pudorem non ferens, grauius à semetipso decipitur, quā m fuerat à Dæmonibus deceptus. Cū enim debuisset reparare semetipsum, & renouare certamē, ac lachrymis & humilitatis fructibus prioris elationis culpam delere, hoc non faciens, sed desperās, semetipsum (sicut Apostolus dixit) tradidit omni impudiciæ & iniquitati: regressus est enim ad vitam secularem, præda Dæmonum factus. Haftenus D. Ioannis verba: quæ satis superque elationis huius periculum declarant.

Sunt autem alij, qui utrumque diuinæ benignitati facillē concedunt, hoc est, percepta beneficia, & virtutum, quibus ea assequuti sunt, merita: sed nec hoc tamen solum ad veram cordis humilitatem satis est. Nam inter hos sunt multi, qui his diuinis beneficijs inoleſcunt, qui de illis inaniter gloriantur, gloriamq; & laudē ab hominibus propter ea querunt, & alios, qui his virtutibus destituti sunt, superbē cōtēnunt. Quorū de numero superbus ille Pharisæus erat, qui bona opera sua Deo accepta referebat, & p̄ illis gratias agebat: ob illa tñ efferebatur animo, cæterosq; peccatores, atq; inter eos publicanū à lōgē stātē præ se cōtēnebat. Itaq; orabat, Deus, gratias ago tibi, quia nō sum sicut cæteri hominū, raptores, adulteri, iniusti, velut etiā hic publicanus: ieiuo bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo. Hic videtis hominē & diuina beneficia cōſiteri, & (velut ij, qui in portu naufragiū faciūt) de iisdē beneficijs inoleſcere, & ob ea superbē atq; insolēter alios despiciere. Tales autē frequenter, quas non habent virtutes, habere se putant, & ab his vitijs immunes se esse credunt, quibus obnoxij sunt. Idem etiam ad videnda mala sua cæci,

Ephes. 4.

Luc. 18.

Y 2

ad aliena

ad aliena verò in spicienda oculatissimi sunt: ideoque se stucam in aliorum oculis acutè cernentes, trabem in oculis suis nò vident. Hos autem qui sibi nimium tribuunt, sibi que nimium placent, castigat **Galat. 6.** Apostolus his verbis; Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit: hoc est, se ipsum stultitiæ atque amentię condemnat. In hunc autem hominem maximè quadrat quod est à D. Augusti. breuissimè simul & argutissimè dictum; Qui sibi placet, stulto homini placet.

His autem modis, alijs que (quos recensere longum esset) in superbia scopolum frequenter homines vel non sentientes (vt antè diximus) impingunt: propterea quòd hoc vitium occultissimum sit. Hic autem multiplex intellectus erga nostri cognitionem error (vnde superbia, quæ est in voluntate, manet) ex amore sui (qui altissimè præcordijs nostris infixus est) originem ducit. Is enim falsæ huius æstimationis atque erroris egregius artifex est. Si enim iudex rei amicus per leges suspectus accusatori est, quàm suspectus sibi homo esse debet, qui se tantopere diligit, qui que in virtutibus suis tanquam in re gratissima gloriatur? Quocirca valde nobis timendum est, quòd talem intra nos adulatorem, talem que errorum magistrum, atque superbiæ seminarium habeamus. Ideoque multis precibus & lacrymis, multoque studio & contentione aduersus eius vim atque potentiam, naturæ lapsæ præsidio munitam, dimicandum est.

§. I I.

¶ Sed iam quæ hominum genera morbus hic præcipuè infestet, consideremus. Et quidem primo loco se offerunt diuites. Nisi enim ij hac peste laborarent, nequaquam Paulus Timotheo præscriberet; Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nisi quia intelligebat, diuitias sæpe hominum animos efferre. Nunquam enim diuitibus adulatores defunt: qui cum diuitias magni æstiment, ipsos etiã diuites plurimi faciunt, eos que vt cæteris hominibus ditiores, ita ceteram nobiliores, & prudentiores esse confirmant. Quorum sententijs internus adulator (quem amore sui esse diximus) facillè consensum præbet. Quò fit, vt leuis homo talem se existimet, qualem ab externis adulatoribus prædicari audit. Vnde in Ecclesiast. legimus: Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducunt: pauper locutus est, & dicunt, Quis est hic? Et si offenderit, subuertunt illum. Hæc igitur ementita laus leues homines de merte deducit, & à vera sui cognitione auocat. Hinc autè illud sequitur quod Ecclesi. ait; Vana spes, & mendacium viro insensato: & somnia extollunt

28. extollunt imprudentes: hoc est, futiles laudes, inanes que fauores, leues homines nimium que sui amantes facillè efferunt & attollunt, efficiunt que vt tantum sibi ipsis tribuant, quatum à mædacijs linguis sibi tribui audiunt. Hinc D. Gregor. Laus sua iustos cruciat, iniquos exalrat: sed iustos dum cruciat, purgat; iniquos dum lætificat, reprobos monstrat.

Acrius tamè ad superbiam nobiles & potentes homines, qui principem in Repub. locum tenent; extimulantur. Ex loci enim altitudi ne dignitatem suam metiuntur, dum se eo honore dignos iudicant, quem acceperunt: cum tamen fortuna oculis capta esse dicatur; que sæpe honores magnos ad indignissimos defert. Vt enim proceras arbores in vertice montium plantatas vehementioris auræ impetus concutit; ita eos, qui in sublimi loco positi sunt, ambitionis atque superbiæ aura potentius infestat. Verè enim dictum est, Raram esse humilitatem honoratã. D. Bern. terrenum quandam Deum appellat eum, qui inter diuersa vina, & opiparas epulas sobrietatem retinet. Non minus tamen huius nominis gloria dignus erit, qui in excelsio loco positus, inter honores humilis, & in sublimi dignitate modestus, atque honorum contemptor existit. Hinc Ioannes Cassianus monet, ex æquo monachum sceminas, & manus Episcopi fugere debere: illud propter castitatis insidias: hoc, propter honoris ex presbyterij dignitate periculum. Itaque vir sapiens non minus difficile esse statuit inter honores humilem inueniri, quam inter sceminas agètem, pudicum & castum esse. Vt enim sceminarum conuictus castitati; ita honores ampli humilitati insidiantur.

30. Quamuis autem inter dignitates & honores humilitas periclitetur, multò adhuc maius illi ex insigni sciètia & literatura periculum imminet. Quò enim scientia quavis dignitate & nobilitate præstantior est, sed magis doctorem animos efferre solet. Quia enim multarum rerum cognitio intellectum maximè perficit, ideo qui hanc nobilissimam sui partem varijs disciplinis excoluerunt, facillè sibi persuadent, tantò se cæteris hominibus esse præstantiores, quanto sunt doctiores. Intelligunt enim verum esse quod est ab Aristotele dictum, Visum quidè à circumsulo aère lumè accipere, animum autè à liberalibus disciplinis, cui illa Salomonis sententiã cõsentit; Cognovi quò tantum præcederet sapiètia stultitiã, quatum differt lux à tenebris. Sapièntis oculi in capite ipsius, stultus in tenebris ambulat. Hoc igitur in causa est cur Apostolus scientiã inflare dicat, quò dignitatis suę splendore incautus hominibus occasione se se efferedi præbeat. Quam multi sunt,

qui sapientia inflati euauerunt in cogitationibus suis, qui elenauerunt cor suum in decore suo, qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: quia veræ sapientia, quæ de celo est, discipulos sese prebere dedignati sunt! Talibus igitur lignum scientiæ viam præclufit ad lignum vitæ; quia superba sapientia ab humilitate auocat, quæ viam nobis ad cælestis vitæ fructum parat. Diuus autem Thomas hoc nequaquam sapientiæ vitio (quæ pulcherrimum immortalis Dei munus est) sed hominum culpa prouenire ait. Theodoretus autem minime insignium sapientium, sed scolorum quorundam hoc esse testatur his verbis: Intumescunt hoc genere superbiæ homunciones quidam, non ex his qui ad summum sapientiæ Græcæ peruenerunt, sed qui pauca quædam (quod dicitur) primis labijs delibârüt, sibiq; hinc atque illinc pusilla quæpiam collegerunt.

Quid verò de eloquentia referam, quæ quâvis rerum sciëntia sit inferior, tñ ad atollendum animum tantò est potentior, quãtò magis in ore hominũ, & communilaudè versatur. Sciëntia enim frequenter latet: eloquentia verò & sciëntiam, & seipsam in publicum prodit, & hominibus spectandã præbet. Hinc ipse parens eloquentiæ Cicero his studijs animos ad honoris & gloriæ cupiditatem ali testatur. Hic autem morbus prædicatores maximè infestat, qui in omnium conuentu & celebritate dicüt, cum eos præsertim laudantium voces, & aurâ popularis in sublime atollit. Quæ res quanto opere timenda sit, cælestis magister discipulis à prædicationis officio redeuntibus, & lætis successibus gaudentibus declarauit, cum eos Satanæ exemplo exterruit dicens; Videbam Satanam sicut fulgur de celo cadentem. Constat enim causam huius lamentabilis ruinæ superbiam extitisse. ¶ Vt horum autem elationem Dominus deprimeret, beatæ Catharinæ Senensi præcepit, vt se ad homines docēdos, & à sceleribus suis reuocandos accingeret. Illa verò libenter se permittere diuinæ voluntati, sed nihilominus suam imbecillitatem, tum etiam sexus conditionem opponente, propter quam ipsam inter homines versari non deceret, Dominus ei abundè satisfecit, inter cætera dicens, vsq; adeò increuuisse superbiam, eorum præsertim qui se literatos & sapientes putarent, q; diuina iustitia id amplius ferre non posset, quin eos pudesaceret, idq; per foeminas, ipsius virtute & sapientia instructas.

In his autè personarũ generibus, quas hæcenus recësuimus, superbia carnalis præcipuè dominatur, quãdo hæc omnia, quæ diximus vera laude & gloria (quæ vni virtuti debetur) minus digna sunt, quãuis apud homines in pretio habeãtur. Maius autè virtutũ cultorib; periculum

culũ ab hoc vitio imminet. Hinc D. Aug. Virtutes habēti magna virtus est cõtenere gloriã. Virtutes enĩ quæ cæteris vitijs aduersantur, nõ raro superbiæ materiã subministrãt. Quò enim virtus præfatiõ, & laude dignior, hoc maiorè incautis hominibus sese attollēdi occasiõnẽ præbet. O quã multi, dũ se ipsos aspiciũt, se ipsos decipiũt, dũ virtutũ suarũ occasiõne aut aliquid se esse credũt, aut cæteris superiores iudicãt! Hæc enim gloria dulcedine suã sensim in animũ irrepit, & blãda quadã titillatione mētẽ pulsãt, cum homo intra se nõ quidẽ verbis, sed tacitis cogitationibus dicit; Hactenus integrã & illibatam castitatẽ multo tẽpore cõseruauĩ, nullũ hæcenus (aut hæc sciã) capitale crimẽ admisi; statas quotidie ad Dñm preces fundo; cælesti sepe dulcedine fruor; corpus meũ ieiunijs macero; panẽ meũ egentĩ tribuo; hæc, & his similia, paulatim animũ subeunt, ipsũq; tacita quadã lætitiã & voluptate perfundunt, hominĩq; persuadēt se iã aliquid in virtutum studio profecisse, illisq; superiorẽ esse, quos his virtutibus destitutos videt. O quãtũ in his cogitationibus periculum latet! Quoties enim homo sibi in virtutum officijs placet, toties in superbiæ precipitiũ incidit, & quidquid hoc modò facit, quãtũcunq; auri splendore meriatur, nõ verũ aurũ, sed adulterinũ est; at qui humiles corde sunt, peractõ pietatis opere se nihil Deo dignũ fecisse putãt, & ea quæ faciũt, multis maculis inulta esse dolenter ferũt: ideoq; nõ plausum de bono opere, sed metũ magis concipiunt, cũ beato Iob dicētes; Vere bar oĩa opera mea, sciẽs q; nõ parceres delinquēti. Atq; vt omnẽ ab animo suo superbiæ fibrã eruat, sollicitè Dñm cum Propheta orant; Nõ veniat mihi pes superbiæ: mihi enim ceciderunt qui operantur iniquitatẽ. Cur autè Propheta pedẽ superbiæ, nõ superbiã dixit? Nimirũ, quia viri sancti nõ solum totum superbiæ corpus, sed etiã primũ eius congressum, atq; aditum reformidant. Quisquis enim domum ingredi cupit, prius in limine pedẽ ponit, quã totum corpus introferat. Orat igitur vir sanctus, vt ne primus quidẽ superbiæ motus mēmẽ suam impetat: tantum in ea periculi positum esse arbitrat.

Ex his igitur quæ hæcenus dicta sunt fratres, liquidò constat, eos potissimum huic morbo obnoxios esse, in quibus splendidum aliquid, & laude siue vera, siue falsa dignum fuerit. Hæc enim omnia velut ligna & fomenta sunt, quibus elatio animi (nisi diligenter prospiciã) nutritur, & roboratur. Quò autem res dignior atq; præstantior est, eò maiores ex ea vires superbiæ capit. Cum autè nihil sit virtute laudabilius, vehementer sibi prospicere debet quisquis virtutũ laudibus recludat. Verè enim magna laus est, laudabiliter viuere;

S. Thom.

Theodor.
lib. 1. Cura
tio.Cic. contra
Sallust.

Lucæ. 10.

August.

Iob. 9.

Psal. 31.

nec laudem appetere: quodq; maius est, nequaquam se laude, sed sup-
 plicio magis dignū existimare, & aliorū, quidē iudicio magnum, suo
 verò minimum reputari: apud alios in pretio haberi, apud se autem
 vilē esse: ab alijs honorari, se verò nō honore, sed ignominia dignum
 credere. Hæc autē omnia nō virtutis humanæ, sed diuinæ gratiæ be-
 neficia & opera sunt. Inter quæ cū multa sint admiratione dignissi-
 ma, & quæ diuinā virtutē in fragili hominis natura maximē declarāt,
 tū illud mihi maximē mirabile videtur, summa videlicet virtus cum
 summa humilitate cōiuncta. Vidi enim viros, qui cum ad omniū vir-
 tutū culmē peruenissent, ita se animo deiciebant, vt ipsi se Deo moni-
 bus cōpararēt, nec alios inuenirēt, quib⁹ se similes esse dicerēt. Quid
 ergo mirabilius quā ita se dānare, qui nihil habeat damnādum? ita
 se accusare, qui vix quidquā habeat accusandum? neque ex tot virtu-
 tibus quas habet, vllā sibi placendi ansam arripere: cumq; alienarum
 virtutū cādidissimi sint laudatores & admiratores, suarum tantū sunt
 cōtēptores? Huius autē rei causam esse arbitror, qd viri sancti mirabi-
 li quadā Dei prouidentia ad aliorum virtutes inspiciendas oculatis-
 simi, ad suas autem penē cæci sint. Sic enim Moyſis splendor in eius
 vultu fulgens, ab alijs videbatur, à se autem ignorabatur.

§. III.

¶ Sed quoniā grauissimum superbig morbum tot hominum genera
 acerbissimē vexantē vidimus, cōsequēs est vt huic tanto malo reme-
 diū adhibeamus. Inter varia autē eius remedia, primū est, vt pius ho-
 mo vigilantibus oculis interiores animæ suæ cogitationes & motus
 perscrutetur, atq; vbi cogitationē aliquam præsenſerit, qua vel se ali-
 quid esse putet, vel de aliqua virtute sibi placeat, tūc à subtilissimo su-
 perbiæ spiritu insidias sibi parari intelligat, & omnē huiusmodi cogi-
 tationē & motū, velut gehennæ scintillā à se celerimē excutens, in
 imum se barathrum mēte conijciat, & se peccatorum omnium miser-
 rimum atq; infimum esse fateatur, qui nō cōtēntus tot ante patris
 scelerebus, hoc etiā ad malorum suorum cumulum adiungat, vt fide-
 lē se Dei seruū credat, cū rebellis semper & ingratus extiterit. Hinc
 D. Ber. In anima nō est planē timenda quantalibet humilitatio; horrē-
 da autē nimiumq; pauenda vel minima temerē præſumpta erectio.
 Quamobrem noli te, o homo, cōparare maioribus, noli minoribus,
 noli aliquibus, noli vni. Hactenus Ber.

Si quid autē honestē & laudabiliter quis gesserit, adeo sibi de bo-
 no opere nō placeat, vt timoris etiā materiā ex eo arripiat, cū timere
 debeat, an quod iustū est, vel parū iustē, vel negligenter ac desidioſē
 fuerit

40 fuerit exequutus: ideoque magis pro negligēter præſtito officio ve-
 niā potere debet, quā pro seruitio mercedē. Ita fit, vt ipsi virtutū
 actionibus nō ad superbiā, & falsam securitatē, sed ad humilitatē cor-
 dis, & sollicitū timorē magis excitetur. ¶ Est etiā nō vulgare remediū,
 vt pius homo nō ea bona quæ facit, sed mala, quibus premitur, atten-
 tius cōsideret: non quātū profecerit, sed quātum defecerit: non quas
 habet virtutes, sed quibus destitutus sit, frequentius consideret. Hoc
 nos S. Pater Aug. admonet his verbis: Qui vera pietate in Deū, quem
 diligit, credit, & sperat, plus intēdit in ea, in quibus sibi displicet, quā
 in ea, si qua in illo sunt, quæ nō tā ipsi, quā veritati placēt: nec id tri-
 buit vnde iam placere potest, nisi eiusdem misericordiæ cui metuit
 displicere, de his sanatis gratias agens, de illis sanandis presces fundēs.
 Hactenus Aug. Quisquis igitur hoc præſterit, cum Apostolo dice-
 re poterit; Quæ retrō sunt obliuiscens, ad anteriora me semper extē-
 41 do. Hoc enim modo sollicitus viator ad patriam properans, nō quan-
 tum itineris emensus fuerit, sed quātum superest sibi ante oculos po-
 nens, ad id quod reliquum est faciendū accingitur. Qui verò ali-
 ter faciunt, superbum illum Pharisæum ex Euangelio imitantur: qui
 malorum suorum oblitus, solaq; bona opera sua considerans, seque
 animo efferēs, humilē publicanum despiciēbat, qui ne oculos quidē
 propter peccatorū suorū conscientia ad cælum leuare audebat. Ille
 igitur dum sola bona opera sua cōtemplatur, superbus efficitur: hic
 verò, dum sola crimina sibi ante oculos ponit, humilitate stabilitur.
 Fluabit & illud, si pius homo sanctissimorum hominum clarissi-
 ma exēpla & virtutes sibi ante oculos ponat, vt illorum cōparatione
 infirmitatē suā apertius videat. Hac enim ratione fiet, vt obliqua re-
 42 ctis cōparata, obliquitatē suā magis conspicuam reddant. Vt autem
 qui se melioribus cōparant, humiliores euadunt: ita qui se cum dete-
 rioribus cōponunt, superbius efferuntur. Quocirca nullomodo pius
 homo virtutem suam deteriorū comparatione metiatur. Nihil enim
 adeo turpe est, quod cū re turpissima comparatum, nō aliqua ratio-
 ne possit honestari: nihil adeo sordidum, quod cum re sordidissima
 collatum, non purum iudicetur. Ad hoc autem nos D. Hiero. hortatur
 Hiero. in Epistol. per priora se staberis, nequaquam considerans quid alijs malē faciant,
 sed quid boni tu facere debeas: nec peccatiū ducaris multitudine,
 sed Sāctorum exempla potiūs imiteris. Hactenus ille. Idem nos D. Gregor. in
 Gregor. in Homil. Homil. humilitatem, tenete: nec quibus iam superiores, sed quibus adhuc in
 inferiores

feriores estis, aspiciate; ut dum meliora vobis exempla proponitis, ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.

§. III.

¶ His remedijs extremum adiungam, quod à præsentis solénitate nõ abhorret: nempe, ut pius homo patronum aduersus hoc monstrum exquirat, cuius illum, viribus atque presidio debellare atq; prosterne re queat. Nullus autem ad hoc commodior quàm Michael Archàngelus: cuius inter alias virtutes & egregia facta illud præcipuè memora tur, q. magnum iilum Leviathan, qui est Rex super omnes filios superbiæ, expugnaverit, atq; ex altissimo cœli cardine in imum barathrum deiecerit, qua de re sic in Apoc. legimus; Factum est prælium in cœlo, Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius: & nõ valuerit, neq; locus eorum iuventus est amplius in cœlo. Huius ergo rã atrocis prælij, quo victores cœlesti regno potiti, victi autè aeterna captivitate damnati sunt; dux sanctus Michael extitit: qui pro summi Dei gloria aduersus draconè fideliter decertavit. Certamè autè cõstat non corporu, quæ ibi nulla erat, sed spirituum fuisse: in quo boni Angeli magna cõtentione pro Dei gloria, mali verò pro sua dimicabãt. Quod autè fuerit primu horu peccatũ, nõ ita facildè expediti potest. Difficultatis autè ratio est, q. omne ferè peccatum (quod volũtatis cõsensu perficitur) error aliquis in intellectu (cuius dictum sequitur voluntas) antecedere solet. Vnde est illud quod vulgò iactari solet; Omnis peccãt, est ignorãs. At in Angelorum intellectu ante peccatum error esse non potuit. Cum enim error pœna sit quæ culpã sequitur, vbi nulla præfuit culpa, nulla etiã erroris pœna præcedere potuit. Qua de causa, qui rectius in hac parte philosophãtur, primum hoc peccatum, nõ cõmissionis, sed omissionis esse aiunt. Hoc enim peccati genere sine præuio intellectu errore delinquere possumus: quia videlicet nequaquã tẽpore debito aduertimus, quod erat diligẽter animaduertẽdum. Sic enim sarcinator, sic cemetarius peccare in officijs solẽt, cum artium suarum regulas propter socordia & incuria nõ aduertit. Mali ergo Angeli, vbi se ipsos in primo operationis suæ instãti, & dignitatẽ, in qua à Deo cõditi erãt, agnouerũt, debuissent in secundo cõditore suum, tantorũ q; donorũ largitore reuereri, & pro tantis beneficijs gratias agere, ipsumq; rãquã summum bonum summo amore diligere, illiusq; se obsequio totã deuotione atq; humilitate cõmittere. Quod quia nõ fecerunt, cum facere tenerẽtur, in hoc peccatum omissionis incidẽrunt. Dũ ergo mirã illã naturę suę pulchritudinẽ & dignitatẽ contẽplati.

46 plati, eam cõditori acceptam referre neglexerunt, in se ipsiis, non in Deo gloriati sunt: atque ita eleuauerunt cor suũ in deore suo. Hinc Deo similes effici optauerunt, cuius proprium est, non ab alio pendere, sed propria virtute niti. Diuus verò Thomas hac ratione principem illum Angelum Dei similitudinem affectasse ait, vel quòd natura le beatitudinem, vel etiam supernaturalem propria virtute sua se habiturum confidit: quam tamen nemo, nisi supernaturali Dei dono, consequi potest. Vt enim D. Ansel. ait, Id appetijt, quod habuisset, si stetit. Hæc autem duo in idem recidere D. Tho. ait: quia utroque modo voluit vltimam beatitudinem propria virtute consequi. Vbi autem hoc infando scelere deprauatus fuit, in alia deinde superbiæ præcipitia lapsus est, super res alias principatum, qui soli Deo conuenit, superbè appetens. Aduersus hanc igitur rãtam superbiã

S. Thom.

Ansel.

S. Thom.

47 S. Michael cum reliquis Spiritibus pro Dei gloria dimicãt, ait; Quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui? Nefas enim horrendum ac detestandum est, creaturam vllam, quod tremenda maiestatis præprium est, velle sibi arrogare. Hac autem de causa, ex victoria aduersum draconem parã, Michaelis nomen accepit. Michael enim significat, Quis Deo similis? Vt enim Scipioni Africano (si terrena hæc atque pusilla cœlestibus comparare licet) à domita & superata Africa nomen inditum fuit: ita Michaeli ob insignem hanc vocem, qua Dei gloriam extulit, & superbientem draconem corripuit, hoc nomen accepit, quod eius singularem fidem, humilitatem, atque obedientiam præ se fert. Hunc igitur Archangelum, quem Dominus militiæ suæ principem, & gloriæ suæ vindicem esse voluit, nobis in patronum sumamus, ab eo quæ suppliciter petamus, ut quod ipse 48 odium aduersus hoc superbiæ monstrum habuit, mentibus nostris instillet, & humilitatis virtutem, qua & ipse, & sectatores virtutis eius boni Angeli in gratia confirmati & stabiliti sunt, nobis à Domino virtutum impetrare dignetur, vt per humilitatis viam incedentes, ad eorundem felicitatem & gloriam mereamur peruenire.

¶ IN FESTE B. HIERONYMI
Concio vnica, in qua de vera sapientia, qua in hoc Patre sanctissimo mirabiliter eluxit, & in qua etiam hominis felicitas sita est; de quæ duplici felicitate, altera perfecta, altera inchoata differitur.

T H E

T. H. E. Præposui sapientiam regnis & sedibus: & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Sap. 7.



Vm omnia quæ à Deo in hac rerum vniuersitate condita sunt, mirabilem conditoris sapientiam atque potentiam testentur atque declarent; tùm hoc in primis efficit infinita propè conditarum rerum multitudo atque varietas, quæ non in ipsis modò rerum speciebus atq; generibus, sed intra ea etiam quæ sub ipsis generibus continentur, elucet. Quanta enim in auibus cæli varietas? quanta in quadrupedibus? quanta, quàmq; mirabilis in tot piscibus maris? ac postremo quanta in tot virgultorum atque arborum figuris, fructibus, & frondibus? Quid verò homines, qui sub eadem specie continentur, referam? Vt enim varios eorundem mores & ingenia prætereant, quis duos vultus omnino similes, etiam inter fratres geminos, deprehendat? vt non immeritò D. Ambrosius tantam inter se & fratrem quendam suum oris similitudinem miretur, quæ non rarò faciebat, vt etiam qui cum illis versabantur, Ambrosium, pro Ambrosij fratre conuenirent: quorum is errorè intelligens, comiter & blandè respondens, Videte, dicebat, ne fratri dixeritis.

Quorsum hæc fratres? Nimirum vt intelligamus, quòd cùm idè sit naturæ & gratiæ autor, sicut in tam varijs naturæ operibus immensas sapientiæ atque potentiæ suæ opes declarauit, quòd se hominibus & angelis mirabilem ostenderet; idem etiam in operibus gratiæ, hoc est, in piorum hominum sanctificatione effecit. Mitto nunc communem illam Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum varietatem (quibus Regina illa assisit à dextris sponsi in vestitu deaurato, circumdata varietate) in his ipsis Sanctorum ordinibus quanta, quæso, gratiarum atque virtutum varietas? Moyses, prophetarum eximius, cunctorum hominum qui morabantur in terra mitissimus fuisse prædicatur: At Elias zelo diuinæ gloriæ seruens, quinquagenarios principes, eorumque milites qui ad se capiendum venerant, cælesti igne concremauit: & quadringentos prophetas Baal super vno lapide iugulauit: quodque mirabilis est, trium annorum & sex mensium sterilitatem, acerbissimamque famem precibus suis in supplicium perfidi populi à Domino impetrauit. Iam verò si ad noui testamenti sanctos veniamus, quanta in virtutibus eorum varietas?

quanta

quanta etiam pulchritudo? Miramur in episcopo Cypriano sollicitam ouium suarum curam, & fidei ardorem. Miramur in D. Chrysostomo animi altitudinem, humanarumque rerum atque principum seculi contempionem: vt pote qui dicere ausus fuerit, Iterum furit Herodias; iterum postulat caput Ioannis in disco dari. In D. Basilio (vt ipsum quoque eius nomen sonat) effulsit etiam regale quiddam in moribus. In magno illo Antonio, eiusque discipulo Hilarione ad miranda illa carnis maceratio, & solitudinis amor: Septies namque S. Hilarion domicilium, ad fugiendum aduentantium frequentiam, commutauit. In D. autem Augustino elucet præcipuè fidei zelus, & aduersus fidei hostes disputandi libido infatigabilis. At in D. Bernardo incredibilis veræ religionis amor: ideoque tantus ardor in locis desertissimis ædificandi monasteria. Venio nunc ad beatissimum Patrem Hieronymum, cuius hodiè gloriosa natalitia celebramus. Quid in eo non mirabile? quid non amplum atque magnificum? Alius in eo mirabitur hebdomadarum inediam; alius vigiliarum diurnitatem; alius orationum instantiam; ego verò in illo sanctorum scripturarum amorem, & continuum diuinæ sapientiæ studium, cui se totum addixerat, vehementer admiror. Hoc enim faciebat, vt minima noctis portio daretur somno, minor cibo; nulla otio. Hoc autem studio vir sanctus magnam Ecclesiæ, diuinarumque literarum studiosis lucem prætulit. Cùm igitur tanta sit in sanctis hominibus virtutum varietas, nihil mirum si Ecclesia in sanctorum Cõfessorum festis vocem illam vsurpet; Non est inuentus similis illi, qui cõseruaret legem excelsi. Ferè enim in singulis eorum singulare aliquid effulsit, cuius gratia hoc elogium in illum cadere posset. Quocirca cum hac præcipuè de causa Ecclesia Sanctorum festa celebret, vt nos ad eas virtutes, in quibus illi præcipuè enituerunt, imitandas inducat, non abs re videbitur, vt cum sapientiæ donum in beatissimo P. Hieronymo præcipuè eluxerit, nos de eo in præsentì concione agamus. Huius enim rei gratia sacra lectio, quæ sapientiæ huius laudes continet, pro epistola nobis hodiè in Missarum solennijs proposita est. Vt hoc autè argumentum vtiliter & religiose tractare possimus, cælestem opem, sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A .

¶ Sunt quidem, fratres dilectissimi, variæ ac multiplices scientiæ, quæ humano ingenio atque studio inuentæ sunt: quarum aliæ in naturæ explicatione; aliæ in rebus supra naturam positis; aliæ in syderum atque

que signorum cognitione; alia in morborum curatione; alia in dis-
 rendi facultate; alia in moribus componendis, & vita recte instituen-
 da versantur. Inter has autem scientias, illa, quae recte vivere docet,
 maxime necessaria est. Si quis enim omnes has disciplinas plenissime
 calleat, (quod illi omnifcio Hippie ferunt contigisse) nesciat autem quo
 pacto vitam instituire debeat, quid illi hęc rerum omnium cognitio
 ad salutem conferat? Contra verò si quis vitam suam rectis institutis
 moderari sciat, nihil ei ceterarum disciplinarum ignorantia oberit.
 Quia ex re liquet, hanc scientiam esse hominibus maxime necessariam,
 utpote sine qua aditus illis ad supremam felicitatem & beatitudinem
 minime pateat. Ad huius autem disciplinæ cognitionem nos Dominus
 prophetica voce inuitat, cum ait; Disce ubi sit prudentia, ubi sit
 virtus, ubi sit intellectus, ut scias simul ubi sit lögiciturnitas vitæ & vi-
 ctus, ubi sit lumen oculorum & pax. Pacis autem nomine tranquillita-
 tem animi, omniumque cupiditatum & perturbationum sedatio-
 nem intelligit; quibus sedatis atque compositis, tranquillitas animi,
 quies mentis, & inchoata beatitudo consequitur: quam cetera bona,
 quae ibidem Propieta recenset, comitantur. Recta autem vitæ in-
 stitutio ad hanc beatitudinem viam munit.

Huius autem beatitudinis flagrantissimum desiderium natura
 conditor humanis mentibus ingeneravit. Omnes enim natura insti-
 gante ad eum statum peruenire cupimus, in quo ad hanc animi quie-
 tem & pacem perueniamus: in qua nihil aliud desideremus, quam
 quod habuerimus. Ut enim famelicus homo, qui famē edendo sedita-
 uit, non iam esurit; ita qui ad hunc statum peruenit, plenissime re-
 quiescet, neque aliud amplius esuriet, quam quod habet. Hic est igitur
 perfectissimus status, atque vltimus humanæ vitæ finis, quem omnes
 homines (vt Philosophi loquuntur) in finita amore diligunt: quia videri
 licet non propter quiddam aliud, sed propter se ipsum eum diligunt.
 Quemadmodum enim medici pharmaca ægrotis ea mensura propi-
 nant, quam sanitatis necessitas exigit; sanitatem autem sine vlla men-
 sura dare volunt (dant enim quantum maximam possunt) sic ea quæ
 nos ad hunc finem adiuvant, eatenus amplectimur, quatenus finem con-
 sequendo cōducunt: finem autem ipsum, hoc est, ipsam felicitatem & beati-
 tudinem sine vlla mēsurā cupimus: quia ipsam propter se ipsam deside-
 ramus, neque ad aliud quiddam ordinamus. Hoc enim vltimi finis ratio
 postulat, vt omnia quidē ad ipsum, ipse verò ad nihil aliud referatur.
 In eo namque mēs hominis plenissime requiescit: aliter enim vltimū nō
 esset. Hic igitur tātus finis, atque beatitudinis amor ac desiderii efficitur,

vt

vt nihil aliud homines in vita moliantur, nihil querant, nisi quod
 eos ad communem hunc humanæ felicitatis portum ducat. Qua ta-
 men in re dictum mirum est quantopere à recto itinere deuiant. Vt
 enim homines, natura instigante, ad summi Dei omniumque recto-
 ris & gubernatoris cultum & venerationem incitantur (quis autem
 esset verus Deus ignorantes, alij Solem, alij Lunam, ceteraque signa
 cœlestia Deos esse putantes, diuinos illis honores exhibuerunt) ita
 cum eadē natura homines ad huius felicitatis desiderium incēdat (qua
 autem in re ea felicitas sit ignorantes, alius in diuitiis, alius in volupta-
 tibus, alius in honoribus, alius in principū gratia, alius in sciētia, alius
 denique in virtute eam esse putantes) audivissimē ista omnia terra ma-
 riq; conquirunt, felices se futuros, si eā consecuti fuerint, arbitrantes.

Nos tñ (vt alibi copiosius disputabimus) eos omnes, qui felicitatem
 in hac vita posuerunt, apertissima ratione deceptos fuisse affirmare
 nō dubitamus. Tot enim nos in ea incōmoda vndiq; circūsedent, tot
 corporis morbi, tot animorum egritudines, tot insperati & acerbi ca-
 sus, tot aliorū hominū iniuriæ atque cōtumelias, tot Dæmonū infesta-
 tiones, vt imposibile sit in hac ad eorum summa & calamitosa vita ad
 eum statum peruenire quēquā, in quo nulla afficiatur molestia, nulla pū-
 gatur cura, nihilque aliud profus desideret, quā quod habet. Quod si
 quiquā eō tādē peruenit, vt bonorū omnium cōpos nulla solitudi-
 ne aut molestia tægatur (quod nemini hactenus inter mortales conti-
 git) mortis tamen metu, quæ omnem felicitatem abolitura sit, carere
 non poterit: atque hoc nomine felix iam & beatus non erit.

Nos igitur fidei lumine eruditi, hominis felicitatem atque vltimū finem
 in futura vita, hoc est, in immēsa diuine pulchritudinis cōtēplatione,
 amore, & fruitione collocamus. Nature siquidē vltima perfectio est,
 eō vñ primū effluxit cōueniens & apta cōuersio. Cū igitur eadē redierim
 vñ profluximus, tū demū beati erimus. A quo enim esse accepimus, ab
 eodē benē & beatē esse percipimus. Quis enim alius cōmodius ab-
 solutionē & cōsummationē operi præstabit, quā qui illud omnipotē-
 ti virtute cœpit? Is igitur solus nos felices & beatos efficiet, is omnium
 desideriorū nostrorū sitim famēque sedabit. Quod intelligēs Prophe-
 ta, Satiabor, inquit, cū apparuerit gloria tua. Cum igitur summo illo
 bono (in quo sunt omnia bona) fruemur; tūc vtorū omnium compo-
 tes effecti, nihil extra summū illud & vniuersale bonū requiremus.

Iter autem ad hanc tantā felicitatem cœlestis magister cum aliis
 frequenter, tūm sigillatim adolescenti hac de re percontanti ostēdit.
 Cum is enim ab eo quæsisset, quid sibi factio opus esset, quō ad sempiternam

Psal. 16.

eternam

Baruch. 3.

Simil.

Simil.

8

8

Simil.

In Sermo.
omnium
Sanct.

Math. 19. ternam vitam perueniret, ille, Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serua mā 13
data. Hac autem breui oratione Dominus & illi, & nobis aditum ad
beatitudinem, quam omnes natura infligante cupimus, patefecit.

Nunc igitur ad vos fratres. Si maximè necessariam inter omnes
scientias eam esse paulò antè diximus, quæ rectè viuere doceat, recta
autem vita sit, quæ omnes vitæ actiones ad extremum omnium ex-
petendorum conuenienter dirigat: consequens est vt ille rectissimè
uiuat, qui Dei mandata seruat, quibus ad hunc finem peruenitur.
Quisquis autem veritatem hanc in timis animi sensibus infixit, om-
niaque alia quæ cundque sunt in vita, siue opes, siue regna, siue impe-
ria, tanquam aliena & peregrina, & nihil ad se, hoc est, ad hunc finem
pertinentia, prudenti atq; constanti animo despicit, & per hoc iter
vitæ graditur, hic sanè didicit quo pacto viuere debeat; hic præstan-
tissimam illam scientiam, quam diximus, adeptus erit. Hæc igitur ad 14
fideles omnes in communi dicta sint.

§. I.

¶ Sunt tamen alij (quamuis admodum pauci) qui non contenti diu-
terna hac futuræ beatitudinis expectatione, obnixè dant operam, vt
in hac etiam vita incipiant esse beati. Cum enim duplex sit beatitu-
do; altera perfectæ, quæ in futura vita speratur; altera inchoata, quæ
in hac vita possidetur; isti dant operam, vt in hac etiam vita esse inci-
pian, quod futuri sunt; & si non perfectæ, inchoata tamen beatitudi-
ne fruatur. Hanc autem Philosophi in sapientiæ officio positam esse
definiunt. Aiunt enim hominis beatitudinem in actione aliqua ita
consistere, vt citra illam nemo possit esse beatus. Quo nomine felici-
cium & infelicitium vitam somni tempore parem esse aiunt: propter
ea quod somnus omnes rationalis creaturæ prouidas actiones suspē-
sas atque impeditas habeat, ac tum maximè vegetandū vis (quæ cum
plantis homini communis est) officio suo fungatur. Cum ergo felici-
tatem in actione ponerent, intellexerunt vtique, actionem illam, cuius
ius exercitatio vltimam hominis perfectionem continet, præstantissi-
mam esse debere. Nulla verò actio præstantior est, quam quæ à pre-
stantissima hominis vi atque potentia oritur. Hanc autem constat
esse intellectum. Sed cum varix atque multiplices intellectus actio-
nes sint, excellentissima ea est, quæ circa nobilissimum obiectū, hoc
est, quæ in nobilissima re contemplanda versatur. Cum verò nihil
maius aut melius in tota hac rerum vniuersitate, quam eiusdem vni-
uersitatis conditor sit, efficitur planè, vt in studiosa immèsa pulchri-
tudinis eius cōtemplatione summa hominis perfectio, vltimus finis
&

16 & beatitudo sit posita. Rerum enim conditor & moderator Deus
sic rerum naturam instituit, vt vnicuique quietis & tranquillitatis lo-
cum designaret, isque & ponderosis corporibus in summa loca, & leui-
bus supera, in quibus quiescerent, accommodauit, idèque rationali
creaturæ suum locum, suumque veluti centrum non alibi quam in
se ipso collocauit.

In hac igitur contemplatione, (quæ à summa illa atque altissima
sapientia proficiscitur) summi Philosophi hominis felicitatē atque
vltimum finem esse definiērūt. Alia tamen Christianorum, alia Phi-
losophorum sapientia est. Hæc enim solis humanis viribus acquiri-
tur: nostra autem diuinæ gratiæ ope atque cœlesti magisterio com-
paratur. Sapientiæ autem nomine diuini numinis cognitionem, nō
quidē nudam, sed cum charitate, & mirabili suauitate atq; sapore
17 coniunctam (quasi sapidam quamdam sciētiam) intelligimus, quam
inter omnia Spiritus sancti dona principem locum tenere constat.
Eius verò actio est, diuinæ pulchritudinis cōtemplatio; in cuius exer-
citatione inchoatam hominis beatitudinem collocamus: in qua cū
beatissimi Pater Hieronymus tota vita versatus fuerit, de ea in reli-
qua cōcionis huius parte differemus; quamuis doctrina hæc (vt mo-
dò diximus) non ad omnes, sed ad paucos præcipuè spectet, quibus
tamen debitores sumus. Cum enim Apostolus sapientibus & insipiē-
tibus se debitorem fateatur, nos quoque eius exemplo vtrisque debi-
tores sumus. Nunc igitur consequens esse videtur, vt primo loco hu-
ius diuinæ sapientiæ dignitatem & pretium videamus, quod ad eam
capessendam promptiores alacrioresque reddamur. Et quidem magis
18 niueas illas laudes, quæ in sacra huius diei lectione continentur (in *Proter. 3.*
quibus sapientiæ cunctis mūdi opibus, & regnis antefertur) prætereo: *Sap. 7.*
uenio ad beatum Iob in illo suo sterquilinio tanquam in regia cathe-
dra sedentem, mirabiliterque de vera sapientiā philosophantem, eius
que laudes prædicantem: sic enim ait: Non dabitur aurum obrizum *Iob. 28.*
pro ea, neque appendetur argentū in commutatione eius. Non con-
feretur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardoniochio pretiosissi-
mo, vel sapphiro. Non adæquabitur ei aurū vel vitrū, nec commuta-
buntur pro ea vasa auri. Excelsa, & eminentia non commemorabun-
tur in cōparatione eius, hoc est, nihil est tam excelsum in rebus cor-
poreis, nihil tam pretiosum, aut magnificentum, quod dignum sit, non
dicam comparari, sed neque commemorari in cōparatione sapien-
tiæ. Eius quippe dignitas infinitis propè partibus corporearum rerū
valorem & dignitatem superat. Cum autem vir sanctus excelsa, &
Tom. ij. Z eminentia.

34p. 7.

eminentia dixit, ea intellexit, quæ in sublimi & excelso loco posita 19
inter homines eminent, qualia, sedes, regna & imperia sunt: qui-
bus alio in loco Sapiens longè multùm quæ sapientiæ donum antequam
lit. Hoc autem ita esse (vt alia prætereamus) vnius D. Gregorij exem-
plo satis apertè discimus: qui in summum totius orbis Christiani
Pontificem electus, quid non fecit ne à Rachelis suæ amplexibus,
hoc est, à diuinæ sapientiæ studio & contubernio diuelleretur? Nam
ad Imperatorem literas misit ne vlla ratione eius electioni consen-
sum præberet. Et permutatis, ne agnosceretur vestibus, Roma
egressus in cauernis petrarum & ferarum lustris latere tentauit: &
latuisset, nisi fulgidæ columnæ indicio illum Dominus prodidisset.
Vnde stens & eiulans ad Beati Petri cathedram euectus est.
Quid verò in ea residens? quibus lachrymis & lamentis sortem
suam deplorat, quòd ab huius amantissimæ sponse contubernio, 20
(cum qua iucundissimam in monasterio vitam agebat) fuerit se-
paratus? Hoc enim ipse initio statim dialogorum cum Petro dia-
cono suo familiariter agens, animique sui æstus amico homini de-
clarans, exponit his verbis: Infelix animus meus occupationis
suæ pulsatus vulnere, meminit qualis aliquando in monasterio
fuerit, quando ei labentia cuncta subtererant: quantum rebus
omnibus quæ voluntur eminebat; quòd nulla nisi cælestia cog-
itare consueuerat: quòd etiam retentus corpore ipsa iam carnis
claustra contemplatione transibat, quòd mortem quoque, quæ pe-
nè cunctis pœna est; videlicet vt ingressum vitæ & laboris sui præ-
mium amabat. Hactenus Gregorius, cuius autoritas satis nobis ad
sapientiæ dignitatem intelligendam esse debet: quandoquidem
hic summus vir vtriusque status conditionem expertus (cum & 21
monachus, & Pontifex Maximus fuerit) monachi, hoc est, sapientiæ
delicias summæ totius orbis dignitati prætulit, quibus tamen san-
ctissimus pater nequaquam in summa illa dignitate caruisse putan-
dus est; sed vnam tamen illam, vt ita dixerim, guttulam, qua tum
fortè carebat, summæ totius orbis dignitati præferabat. Expertus
quippe erat non temerè à propheta fuisse dictum; Melius est modi-
cum iusto super diuitias peccatorum multas. Neque hoc planè
aut mirum, aut incredibile cuiquam videri debet. Si enim paulò
antè summum hominis bonum, quod in hac vita haberi potest, in
sapientiæ opere, hoc est, in diuinarum rerum contemplatione &
amore positum esse diximus: quid mirum huic summò bono
cætera mundi bona, hoc est, regna, sedes, & imperia cedere, &
inferiori

Gregorij.

Vil. 36.

22 inferiori loco stare? Hæc est enim inchoata hominis felicitas &
beatitudo, hæc omnium curarum & desideriorum requies, hæc
interna illa pax quæ exuperat omnem sensum, cui nullæ mundi opes
atque deliciae vllò modo comparari possunt. Hoc tamen seculi ho-
mines minimè credunt: quia huius status opes atque delicias exper-
ti non sunt. At longè aliud sentirent, si eas aliquando vel minima ex
parte degustassent. Neque enim D. Aug. qui eas degustauerat, men- 23
titus est cum dixit, Qui biberit ex fluuio paradisi, cuius vna gutta ma-
ior est Oceano, restat vt in eo omnis mundi huius sitis extinguatur.
Rectissimè enim & breuissimè D. Gregorius ait: Animæ videti Deū
angusta est omnis creatura. *August.*
Gregor. in dialog.
Si igitur tanta hæc felicitas in sapientiæ opibus constituta est, dig-
num est profectò, vt vbi tatarus hic thesaurus reconditus sit, inquiramus.
23 Hanc autem in primis curam Baruch Propheta suscepit, qui
post magnificas sapientiæ laudes, eius locum inquit his verbis: Quis
inuenit locum eius, & quis intravit in thesauros eius? Non est audita
in terra Chanaan, neque visa in Theman. Filij quoque Agar, qui ex-
quirunt prudentiam quæ de terra est, negotiatores terræ & Themã,
& fabulatores & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ; viam au-
tem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius.
Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ dedit illis: propterea
perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter
suam insipientiam. Quis ascendit in cælum, & accepit eam, &
& deduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam,
& attulit illam super aurum electum? Non est qui possit scire vias
24 eius, neque qui exquirat semitas eius. His porrò interrogationibus
vir diuinus non modò inueniendæ sapientiæ difficultatem, sed eius
etiam dignitatem declarare voluit. Verè enim procul & de vltimis
finibus pretium eius.
Verùm ne hoc tanto bono homines carerent, offendit protinus
sapientiæ locum, quem in solo Deo, vnico veræ sapientiæ autore,
collocauit. Subdit enim: Hæc adinuenit omnem viam disciplinæ,
& tradidit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris
visus est, & cum hominibus conuersatus est. Is igitur, qui increata
Patris sapientia est, à cælo in terram delapsus, hanc sapientiam, quam
in Patris & Filij cognitione sitam esse dixerat, nobis tradere digna-
tus est. Non enim in hoc solum venit vt homines immaculato cor-
poris & sanguinis sui sacrificio redimeret, sed etiam vt veram illis sa-
pientiam, quæ viam patefacit in cælum, traderet.

Z. 2.

Ne quis

Ne quis autem tantum hoc bonum desperaret, ipse nos ad eius 25
 communionem amantissimis his verbis in Euangelio inuitat: Veni-
 te ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos:
 omnes, inquam, qui in felicitatis inquisitione laboratis (quam per va-
 ria negotia, magno, sed tamen casto labore inquiritis) omnes item,
 qui partim peccatorum, partim multiplici curarum pondere onerati
 estis; venite ad me, ego enim vos reficiam, ego insatiabilem istam cu-
 piditatem vestrarum famem satiabo: vt sic tandem, quam desideratis,
 animarum vestrarum quietem inuenire possitis.

§. II.

Nunc reliquum est vt inquiramus, quibus tandem hominibus hæc
 spiritualem refectioem & quietem, hoc est, hunc pulcherrimum sa-
 pientie thesaurum cælestis hic sapientie Doctor tradere voluerit.
 O rem admiratione dignissimam! Non ait prudentibus, aut sapientibus 26
 mundi, non regibus, aut principibus, sed paruulis, hoc est, humi-
 libus, pauperibus, & (si externam corporis faciem spectes) despiciat-
 sissimis hominibus, quos mundani homines videre solent, & vitam il-
 lorum in insaniam computare. Quid enim (quod ad externam speciem
 attinet) sanctissimis illis Anachoritis, cæterisque monachis sanctissi-
 mis (qui relictis omnibus se totos huius diuinæ sapientie studio con-
 fecerunt) abiectius? quid vilius? quid pauperius? Qui nihil profus in
 hoc mundo possidebant, non agrum, non fundum, non domum, non
 pecuniam, non seruum, non ancillam, non denique quicquam aliud.
 At hi omnes exterius quidem erant pauperes, interius veris animi
 opibus diuites: exterius nudi, interius cunctarum virtutum gemmis
 ornatii: in oculis hominum abiecti, ante Dei conspectum pretiosi: ex-
 terius nihil habentes, intus omnia in vno Deo possidentes: in oculis 27
 hominum deformes, in diuinis oculis formosi: iudicio mundi miseri,
 ac tristes; at vera illa & summa felicitate & sapientia (quam supra mi-
 ris in cælum laudibus extulimus) gaudentes. Quis igitur horum vitam
 vt tristem & luctuosam non horreret? At ea tam multis, magnisque
 spiritus delicijs circumfluebat, vt omnes corporeæ voluptates, horum
 delicijs comparatæ, nihil aliud quam mera amaritudo essent. Omnis
 enim eorum gloria, omnisque felicitas ab intus, hoc est, non in exter-
 nis corporis bonis (quæ sunt nobis cum pecudibus communia) sed
 in bonis animi (quæ sunt Angelorum propria) sita erat. Vt enim the-
 sauri ingentes inter carbones aliquando inuenti sunt: sic hæc tanta fe-
 licitas & gloria in his hominibus, pannis obstitis, externaque specie ab-
 iectis, deprehensa est. Quid enim sanctissimis his Patribus, quid eorum

simil.

rum principi Paulo eremite pauperius, cui vna palma obsonium &
 indumentum præbebat? Quid cæteros eius sectatores, qui solis her-
 barum radicibus victitabant, commemorem? Quis autem inter has
 horum opes atque delicias explicare queat? Quomodo enim solita-
 dinis secessum, solis ardorem, horrendam squalentem eremi faciem,
 omniumque humanarum consolationum abdicatioem homines
 nobis similes passibiles perferre potuissent, nisi internis diuini spiri-
 tus consolationibus reficerentur; tantoque pluribus animi ditibus
 abundarent, quanto maiori eorundem corpora paupertate & inedia
 premebantur? Ea enim diuinæ consolationis vis & magnitudo
 erat, vt ne ad momentum quidem ad diuinæ pulchritudinis intuitu
 mentem reuocare vellent; & vix interim possent. Cuius rei memora-
 bile exemplum (vt cætera, quæ sunt innumera, præteream) commemo-
 rabo. Cum quidam ex his sanctis Patribus à vicino quodam Ana-
 chorita nescio: quid vrensium postulasset; ille, qui tota mente in
 Deum ineffabili quadam dulcedine absorptus erat, interius cubile
 vt id asportaret ingressus, & sui ipsius, & vicini, & rei, quam is quaere-
 bat, oblitus, ibidem permansit immotus. Cumque illum vicinus com-
 pellasset, & ad se vocatū, rei quam petebat, admonuisset, ille rursus
 cubiculum ingressus, eademque qua prius obliuione correptus, ibi-
 dem permanit, donec tandem vicini monachi vocibus increpatus
 quod tam diu moraretur, ille supplici oratione petentem rogat, vt is
 cellulam ingressus quod volebat acciperet, se nullo modo posse rem
 quam postularat, ne illa quidem breui temporis mora, mente retine-
 re. Tanta enim diuinæ dulcedinis & suauitatis vis est, vt omnes ad
 se vires animi rapiat; tantoque illam amoris & suauitatis glutino illi
 copulet, vt nullo modo mentem aliò deflectere, nisi summo cum la-
 bore sinat. Sæpe enim qui se totos huius diuinæ sapientie studio de-
 siderunt, vellent ab hac sua paululum commentatione cessare, ne fra-
 gilis natura corporis nimia exercitatione grauetur; quod tamen nisi
 cum magno labore possunt: tanta diuinæ consolationis vis & effi-
 cientia est.

Quæcumque igitur anima huc peruenit, in huius sapientie, hoc
 est, in summi thesauri possessione collocata est. Multos autem mona-
 chos, multas etiam virgines, & viduas (in hac etiam mundi face, in
 qua modo degimus) reperire licet sub humili habitu atque fortuna
 degentes; quibus hunc incomparabilem sapientie thesaurum (qui
 omnes mundi opes atque imperia longè superat) inuenire datū est,
 quos Dominus sustulit super altitudines terræ; & cibant hereditate

Iacob: quæ non alia, quàm ipse Deus est. Hic est autem Euangelicus 32
ille thesaurus in agro absconditus; hæc pretiosa illa margarita, pro
qua prudens ille mercator vendidit omnia quæ habuit; & emit
eam.

Sed quid externa quærimus, cum vnus beatissimus Pater Hiero-
nymus ad hoc nobis plenissimè sufficiat? Is enim in epistola quadã
ad virgines Deo dicatas de se ipso sic ait: Experto seni consulenti
credite filia; si semel gustastis quàm dulcis est Dominus; poteritis
ab eo illud audire: Venite, & ostendam vobis omne bonum. Scio
quid loquar, charissimæ. Nam vt meam insipientiam loquar, ego
homunculus sic abiectus, sic vilis in domo Domini, adhuc viuens
in corpore, angelorum sæpe choris interfui, de corporeis per hebdo-
madas sustentationibus & nutrimentis: nihil sentiens diuinæ visio-
nis intuitu. Post multorum autem dierum sparia præcius futuro- 34
rum, redditus corpori sibi habam. Quid ibi manens felicitatis habebam,
quid inenarrabilis delectationis sentiebam, testis est ipsa
Trinitas, quam cernebam, nescio quo intuitu: testes & ipsi beati
spiritus qui aderant: testis est etiam conscientia mea: qui tantis bo-
nis ipse fruebar, quot & qualia nescit proferre infirmitas corporis
mei. Hactenus Hieronymus. Quid igitur hac felicitate maius? quid
mirabilius?

Si quis autem hanc esse Hieronymi epistolam neget, multo maio-
ra sunt quæ idem in epistola ad Eustochium de virginitate seruanda
litteris prodidit: in qua non solum has diuini spiritus delicias, sed mi-
rabiles etiam virtutes, quibus ad eas vir sanctissimus peruenit, lucu-
lenter scribit: sic enim ait: O quoties ego ipse in eremo constitutus, &
& in illa vasta solitudine, quæ exusta Solis ardoribus horridum mon- 35
nachis præstat habitaculum; putabam me Romanis interesse deli-
citijs. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant fac-
co membra deformia, & squalida cutis situm æthiopice carnis ob-
dlexerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & si quando re-
pugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hæ-
rentia collidebam. De cibis verò & potu taceo, cum etiam languen-
tes monachi aqua frigida vtantur, & coctum aliquid accepisse luxu-
ria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse dā-
nameram, scorpionum tantum socius & ferarum, sæpe choris intere-
ram puellarum. Pallebāt ora ieiunij, & mens desiderijs æstuebat. In
frigido corpore, & ante hominem suam iam carne præmortua, sola
libidinum incœdia bullicbant. Itaque omni auxilio destitutus ad Ie-
su iacebam

Hieron. in
Episto.
Exod. 33.

Hieron. in
Episto. ad
Eustoch.

34 su iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnan-
tem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Nō depudisco in
fidelitatis meæ, quin potius plango me nō esse quod fuerim. Memi-
ni me clamātem, diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius à pecto-
ris cessasse verberibus, quàm rediret Domino increpate tranquilli-
tas. Ipsam quoq; cellulam meam quasi cogitationum mearum con-
sciam pertimescebam: & mihi met iratus & rigidus, solus deserta pe-
netrabam. Sicubi concaua vallium, aspera montium, rupium præru-
pta cernebā, ibi meæ orationis locus, ibi illud miserimæ carnis er-
gastulum proieciebam. Et, vt ipse mihi testis est Dominus, post mul-
tas lachrymas, post cælo inhaerentes oculos, nonnunquam videbar
mihi interesse agrinibus Angelorum, & lætus gaudensque catabā:
Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Hactenus san- 35
ctissimi P. verba; quæ magnam certè nobis sanctitatis eius opinionē,
virtutumque eius admirationem excitare debent. His enim virtuti-
bus Pater sanctissimus ad eas spiritus delicias peruenit, vt sibi inter
angelorum agmina post multas lachrymas versari videretur,
vbi propheticum illud experiebatur; Secundum multitudinem do- 36
lorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt ani-
mam meam.

Non tamen ego à vobis fratres eadem, quæ vir sanctissimus de
se ipso memorat, requiro: non solitudinis fecesum, non squalen-
tis eremi habitaculum, non hebdomadarum inediam, quam hæc no-
stra regio (vt Ioannes Casianus ait) minime patitur. Quid igitur
requiro planè castigationem carnis, vt videlicet offeratis corpora
vestra (sicut Apostolus ait) hostiam viuentem, sanctam, Deo pla- 37
centem, rationabile obsequium vestrum. Requiro sacras vigilijs,
diuinarum rerum studium, orationis instantiam, in qua Dominus
has diuini spiritus delicias pijs hominibus impartiri solet, quem-
admodum ipse per Prophetam pollicitus est cum ait; Adducam
eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo ora-
tionis meæ.

Iā nūc quid ex his, quæ hactenus dicta sunt, cōsequatur, cōcluda-
mus. Diximus initio, disciplinarū omnium maximè hominib; necessa-
riā esse eā, quæ doceat rectè viuere. Rectè autē viuere esse vitam re-
ctis institutis ad suum finem dirigere. Hunc autem finem (cuius grā-
tia homo à Deo cōditus est) in futura quidem vita in aperta diuina
pulchritudinis visione, in præsentī autē in sapientiæ possessione,
& diuinarum rerū contemplatione positum esse. Quocirca quisquis

Centi. 12

Psal. 93

Rom. 12

Esai. 56

non contentus futuræ beatitudinis spe ad hâc etiam inchoatam beatitudinem (quæ paucorum est) aspirat, omnes curas & cogitationes suas, & omnia vitæ studia ad hunc finem destinare debet. Omnia verò alia, quæ huic fini non seruiunt, vel vt extraria, & ad se, hoc est, ad hunc finem minimè pertinentia, valere sinat. Neq; illum ab hac persuasione omnia mortalium vel iudicia, vel exempla auocet. Si quem autem fortè deprehenderit in huius diuinæ sapientiæ possessione collocatum (qua muis humili & infima fortuna sit) hunc verè sapientem, hunc verè felicem, hunc beatum, hunc verè diuitem, hunc liberum, hunc honoratum, hunc pulchrum, hunc delicijs affluentē, hunc in diuinis oculis pretiosum, hunc mundi principem, hunc denique regem hominum iudicet, illiusque se pedibus prosternens eius vestigia osculetur. His enim titulis Philosophi olim suum illum sapientem ornabant. Hinc in signis ille poeta

Ad summam (inquit) sapiens vno minor est Ioue, diues,

Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum.

¶ Si igitur hæc tâta laus humanæ sapientiæ, quid diuinitus partæ tribuendum erit? Huius ergo viri opes omnibus mundi opibus, omnibusque mundi regnis & sedibus anteferat. Et quomodo miraretur, si infimæ cõditionis hominem ad regni folium (quod Sauli, ac Dauidi cõtigir) subitò euectum cerneret: sic etiam ac multò magis felicissimam eius sortem miretur, qui sub tam vili habitu atque fortuna tâtam celet gloriam & dignitatem.

Illud tamen hoc in loco meminisse oportet, quod initio diximus, non ad omnes hoc perfectissimum institutum pertinere. Prius enim cupiditates & affectus frænandi, prius anima per veram penitentiam purganda, & virtutibus ornanda est, vt in ea cœlestis huius sapientiæ Doctor sedere, & paruulum atque humilem discipulum erudire dignetur. Quam nobis gratiam Dominus Iesus, paruulorum Doctor, concedere dignetur; qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Ad lectorem.

¶ Si quis in hoc die festo lectionem Euāgelicam enarrare voluerit, habet eam in concionibus B. P. N. Dominici explanatam.

IN

¶ IN SEQUENTES QUATUOR de beatissimo Patre Francisco Conciones ad pium lectorem.

P R A E F A T I O.

Cum tam multa sint beatissimi Patris Francisci virtutes & miracula, quæ de illo prædicantur, vt vix vlla oratione comprehendi valeant; nos ex multis eius virtutibus, quas sanctissimus pater Bonaventura sanctissime & sapientissime scripsit, paucas seligentes hunc in eis scribendis ordinem seruare volumus. In prima enim concione de Euangelica paupertate, quæ in sanctissimo Patre inter ceteras eius virtutes mirabiliter enituit, differimus: in Secunda de flagrantissima eius charitate: in Tertia de ceteris eius virtutibus tractamus: in Quarta verò admiranda quedam eius opera & miracula recensemus, quæ Deum in Sanctis suis non modò mirabilem, sed etiam amabilem faciunt, vt hac ratione auditorum mentes ad eius amorem accendamus. Hæc igitur breuiter admonere volumus, vt studiosus concionator ex his, quid magis instituto suo conueniret, eligere facilius possit.

¶ IN FESTO BEATISSIMI Patris Francisci Concio prima, in qua, post Euangelicæ lectionis explanationem, de Euangelica paupertate, in qua beatissimus Pater ter miro modo emicuit, differitur: vbi etiam multiplices eius fructus enumerantur.

Z 5 T H E.

T. H. E. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, & noni scientiam sanctorum. Prover. 30.



Hæc Salomonis sententia, fratres, quæ multis velut paradoxæ, & mirabilis videbitur, quamvis Sanctis omnibus accommodari merito possit (qui omnes iuxta Apostoli cõsiliũ stulti facti sunt, vt fierent sapientes) tamẽ ad beatissimum Franciscũ singulari quadã ratione pertinere videtur; cum ob alia multa, tum præcipuè quæ paupertatẽ, & reũ omnium indigentiã, quã terrena prudentia per mare, per terras, per in hospita saxa, per ignes omni ratione fugit, summo is amore, tamquam amãtissimã spõsam, mudo ridete, atque irridete amplexus est. Hęc enim in eo præcipuè virtus emittitur. Quãvis enim Sãcti omnes cõtãrũ virtutum ornãmẽtis exculsi fuerint, in alijs tũ aliã laudantur. In alijs quippe fides, in alijs charitas, in alijs humilitas, in alijs obedientia, in alijs patientia præcipuè elucet. Hac enim de causa in sanctorum Confessione festis illum Ecclesia versiculum repetit: Non est inuẽtus similis illi, qui cõseruaret legem excelsi. At in beatissimo Frãncisco. cum omnes inter se virtutes certare quodã modo videantur (quod vnaquęquẽ principatum suo sibi iure vendicare cõtendat) Euangelicã tamẽ nuditas atque paupertas mirabiliter in eo eminet. Quocirca de ea nũc mihi fermo habẽdus est, & multiplex eius fructus, à seculi prudentibus incognitus, enumerãdus. Sic tamẽ de hac virtute agam, vt eã præcipuum instrumentum esse ad veram sapientiã paruulis à Christo Dño reuelatã (de qua hodierna sancti Euãgelij lectio disserit) apertissima ratione ostendã. Hanc autẽ sapientiam vir beatus in propositis à me verbis se assequutum esse ait; cum se non quidem hominum sapientiam, sed sanctorum scientiam habere testatur. Prũs tamẽ quã hęc attingam, eadem sacra lectio à nobis explananda est. Vt hoc autem argumentum vtiliter ac religiose tractare possimus, cœlestem opem, sacratissimã Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

AVE MARIA.

¶ Lectio sancti Euãgelij, dilectissimi, flagrantissimam Saluatoris nostri erga genus hominum charitatẽ maximẽ declarat; quãdo & mortales omnes ad bonorũ suorũ cõmunionẽ amãtissimis verbis inuitat, & pro beneficijs eiusdem collatis æternò Patri gratias agit. Sic enim ait: *Confiteor tibi Dñe pater cœli & terre, quia abscondisti hæc à sapientibus*

¶ prudentibus, & reuelasti ea paruulis.] Vt autẽ huius confessionis causam adiat, scire oportet, hoc ipso tempore Christi Dñi discipulũ ad prædicationis officio (ad quod eos ipse miserat) lætos atque salacres rediisse, quod illis prosperè legationis suæ munus celsisset. At Saluator, qui Patris sui gloriã, & humani generis salutẽ omnĩ tẽpore in pectore suo versabat, in hac singulari discipulorũ legatione, gentium cõuersionem ipsorum opera perficiendam contemplan, cœlesti Patri pro hac mirabili dispensatione & benignitate gratias agit: quod videlicet paucorum & rudium pifcatorum opera mundum esset ad verã salutem, & veritatis cognitionem allaturus. Itaque mirabili exultatione & alacritate plenus, ait: *Confiteor tibi Domine pater cœli & terre &c.*] Est peccatorum confessio, est & confessio laudis; qualis hæc fuit, in qua filius immensam cœlestis Patris bonitatem & prouidentiam laudat, quod salutis humanæ mysteria paruulis reuelare dignatus fuerit. Erant eo tempore Pharisei religionis opinione insignes, erant scribæ & legis doctores, erant principes & nobiles viri; nec tamen hos elegit Dominus quibus Euãgelicæ prædicationis officium delegaret, sed rudes & ignobiles pifcatores. Cur ita? Subdit causam: *Ita pater: quoniam sic fuit placitum ante te.*] Hęc est vera & certissima huius tam admirandæ electionis causa. Diuina siquidem voluntas est prima veritatis & iustitiæ regula, per quã omnia diiudicanda sunt. Neque Christianus homo fide subnixus potiorẽ aliam rertim omnium causam querere debet. Verum quoniam regius Vates beatos eos pronũciat, qui diuinorũ cõsiliorum causas & rationes piè & religiose perscrutantur, nobis quoque liberum erit paululum in hac Dñi lectione philosophari, & eius siue causas, siue cõuenientiã inquirere:

¶ Principiõ igitur cum omnia propter semetipsum Dominus, hoc est, propter nãmõnis sui gloriam operetur, huiusmodi electio tantõ magis eius gloriam atque omnipotentiam illustrat, quantõ infirmiora instrumenta erant, per quã is res adẽ magnas felicissimè gessit. hinc Apostolus, Habemus, inquit, thesaurum hunc in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis: hoc est, vt infirmitas vasculi faciliẽ declarat, hæc tam magnifica opera nequaquam in firmo vasculo, sed diuinæ virtuti esse ascibenda. Quam rertã beatissimi Patris Francisci exemplo cõprobare licet; quem Dominus literarum rudem & imperitum, & qui adolescentiam omnem in procuranda patris mercatura exercuerat, celeberrimi, & latissimi, atque sanctissimi Ordinis auctorem & principem esse voluit. Quod enim persona abiectior & humilior, hoc ipso Dei gloria & potẽtia clarior.

Quod

Quod quidem Dominus ipse declarauit, qui beatum virum, de Regula suæ obseruatione sollicitum, blandè atque leniter consolatus, se eius Ordinis atque instituti autorem esse professus est; sibi quæ curæ esse illum tueri, atque seruare. Ideo enim, inquit, te rudem & literarum expertem delegi, vt apertè homines intelligerent, non te, sed me huius instituti principem & autorem esse.

Est & alia causa cur Dominus indigniores & viliores interdù homines ad gratiæ suæ communionem eligat, vt hac ratione tantò magis bonitatis & misericordiæ suæ opes explicet, quãtò persona, quæ eliguntur, ea electionis gratia indigniores erant. Hoc enim nomine

Rom. 1.

Apostolus Dei iustitiam & gloriam iniquitate nostra commendari ait: quando quidem in hoc opere nihil humanæ dignitati, sed totum diuinæ tribuitur misericordiæ. Et hanc quidem causam idem Apo-

1. Corin. 1.

stolus, diuinorum arcanorum interpret, assignat, cum ait; Videte vocationem vestram fratres, quia nõ multi sapientes secundam carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia, &c. vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius; hoc est, vt nemo, vel sapientiæ suæ, vel nobilitati, vel potentiæ hanc vocationis gratiam ascribat, nihil quæ habeat homocur in se gloriari possit. A quò periculo magnus ille legislator Moy-

Deut. 9.

ses commissum sibi populum auocat, cum percepta beneficia nõ ad propria merita, sed ad solam Domini sui benignitatem & gratiam reuocare docet his verbis: Scies ergo hodiè quòd Dominus Deus tuus transibit ante te ignis deuorans atque consumens, quicõterat omnes hostes tuos sicut locutus est tibi. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos Dñs: propter iustitiam meam introduxit me Dñs vt terram hanc possiderem, cum propter impietates suas ista deleat functiones. Et mox eandem sententiam repetit hoc modo: Scito ergo quòd non propter iustitias tuas dederit tibi Dñs Deus tuus terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ ceruicis sis populus.

Ibidem.

Deinde, vt eidem populo gloriam materiã adimat, solam quæ Dei gloriam & gratiam constituat, eiusdem populi impietates atque scelera longa oratione explicat his verbis: Memento, & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum in solitudine, & ex eo diè quo egressus es ab Ægypto vsque ad locum hunc semper aduersus Dominum contendisti. Quid igitur ex hac philosophia sequitur? Nimirum, vt quicumque diuinis beneficijs ornati estis, & ad eius fortasse gratiam & amicitiam vocati, totum hoc illi tribuatis. Sic enim fiet, vt intra vos quidem humiles, erga illum verò grati

grati & officiosi sitis, propheticum illud corde atque voce clamantes: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Sub Psal. 113. dicit deinde Saluator.

[Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.] His verbis Dominus qua in re sita sit summa illa sapientia, quam pater paruulis reuelauit, apertè declarat; nempe in patris & filij cognitione, de qua is alibi dixerat: Hæc est autem uita æterna, vt cognoscat te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. In huius enim ueritatis cognitione inchoata felicitas in hac uita, & cõsummata est in patria. In cuius autem facultate positum sit homines felicitatis huius compotes facere, declarat cum sibi à patre commissum esse docet, eam alijs communicare. Vt enim olim Pharaõ in Ægypto frumẽti distribu-

100n. 17.

24

tionem Iosephõ contulit; ita pater cœlestis omnes gratiarum suarum thesauros filijs dispensandos commisit, unde est illud; Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Sed nunquid dispensator hic cœlestium gratiarum difficilior se in eis impartendis exhibebit? Minimè uerò: tantum enim abest ut hac in re difficilis, & inexorabilis sit, ut ipse amatissimis his uocibus mortales cunctos ad se uocet; [Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos:] hoc est, ego mentes uestras steriles, ieiunas, aridas, sitibundas, & ueræ felicitatis egenes, spiritualibus dapibus atque delicijs reficiam & satiabo, uiamque uobis ad felicitatem, quam cupitis, demonstrabo: quæ non alia, quàm diuinorum mandatorum, obedientia est. [Tollite ergo iugum meum super uos, & discite à me; quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem,] hoc est, ueram pacem & tranquillitatem, [animabus uestris.] Hæc enim pax, quæ exuperat omnem sensum, indiuiduus iustitiæ atque obedientiæ comes est. Ideo enim Propheta iustitiam, & pacem sibi obuiafse, seque osculatas fuisse ait; ut intelligeremus, neque sine iustitia pacem, neque iustitiam sine pace comite inueniri posse. ¶ Ne uerò quisquam, cum iugum audit, graue onus & importabile intelligat, subdit protinus; [Iugum enim meum suauè est, & onus meum leue.] Sed instabit aliquis. Quo nam modo iugum hoc suauè esse poterit, cum tota carnis & mundi militia aduersus illud armata pugnet, præsertim cum Apostolus dicat, per multas tribulationes oportere nos intrare in regnum cœlorum? Ad hoc igitur respondemus, multa esse quæ hoc diuinæ legis iugum atque onus leuent. Sunt enim cœlestes uirtutum habitus, sunt mira diuini spiritus delicia; est spes futura retributionis, est fides,

Genes. 47.

Ephes. 4.

Psal. 24.

Actos. 14.

quæ

Hebræ. 11.

quæ spem ipsam roborat atque confirmat (ut pote quam Apostolus 16
sperandarum rerum substantiam, hoc est, fundamentum esse dicit)
cum spei futura, atque inuisibilia bona certissimè proponat: est po-
stremò charitas, cuius tanta vis est, ut cum ea feruet in corde, nõ mo-
dò diuinæ legis iugum, sed mortem etiam (quæ extremū terribilium
esse dicitur) suauissimam, maximeque desiderabilem faciat. Quam
rem vel vnius beatissimi Francisci exemplo comprobare licet, quæ si-
grantissimo Christi amore incensus, nihil magis optabat, quàm pro
eo vitam & sanguinè fundere; ut suo loco referemus. Hactenus de
Euangelica lectione: nunc verba thematis expendamus.

TRACTATIO THEMATIS. §. I.

¶ Quemadmodum testante Domino Salvatore in domo patris sui
mansiones multæ sunt, ita varij sunt in hac vita meritorum gradus,
quibus ad eas mansiones peruenitur. Omnes tamen ad duo præci- 17
puè capita reuocantur. Quidam enim, solâ diuinorum mandatorum
obseruatione contenti, celestis regni præmium obedientiæ suæ me-
rito præstolantur. Alij verò non solâ diuinæ legis præcepta, sed Euân-
gelica etiam consilia amplectentes ad Euangelicæ vitæ perfectionem
tota animi deuotione festinant; nec aliud in vita moliantur, quàm vt
eius compotes fiant. Hæc autem duo hominum genera duobus sacri-
ficiorum generibus in lege olim adumbrata sunt. Erat enim commune
ne sacrificium pacificorum, in quo quædam animalis portio, hoc est,
omnis adeps, & quidquid pinguedinis intrinsecus erat, duoque renū
culi cum ipso adipe, quo teguntur illa, incendebantur, atque adole-
bantur Domino. Erat & holocaustum, in quo totum animal integrū
Domino incendebatur, nulla prorsus eius parte relicta, quæ non ado-
leretur. Per illud igitur commune sacrificium, quo interna illa anima 18
lis portio immolabatur, eos fideles accipimus, qui Deum tota mēris
intentione atque affectu diligentes, eius leges & præcepta, pura & ca-
stra religione seruare contendunt. At per holocaustum, quod totum
igne incendebatur & adolebatur, eos intelligimus, qui omnibus mū-
di curis atque negotijs (nisi quātū arctissima necessitas exigit) valesa-
ciētēs, se totos libera atque expedito animo diuinarū rerū studio, amo-
ri, & cōtēplationi dederūt. Quod vnū Sāctorū studiū fuit, qui seip-
sos ī plenissimū holocaustū mactare atque offerre Dño suo studuerūt.

Non tñ hoc vitæ genus ad oēs pertinet, sed ad eos, qui se iā in acti-
uæ vitæ studio exercuerit, quiq; affectibus & cupiditatibus suis, per
mortificationis studiū, frēna imposuere. Nō desunt tamē in Ecclesia
multi, qui se huic religio studio tota animi deuotione adixerunt.

Sunt

19 Sūt enim multi monachi, multæ sanctimoniales, multæ honestissimæ
viduæ, multæq; virgines, quarū vita nullis terrenis curis & negotijs
implicatur, quæ in benedictionibus dulcedinis à Dño præfeturæ pro-
phetici illud exequi nituntur: Quæsiui vultū tuū Dñe, vultū tuum
Dñe roquirā: ne auertas faciē tuā à me. Quibus huius argumēti tra-
ctationē nõ ingrātā fore spero. Neq; verò quisquam mirari debet, si
dū perfectissimas beatissimi Francisci virtutes prædicamus, eius vos
exēplo ad perfectioris vitæ studiū adhortamur. §. II.

¶ Huius autē vitæ leges & institutū breui oratione D. Thomas cō- 1. 2. q. 81.
plexus est. Is nāq; duplices esse virtutes statuit: alias, quæ nos homi-
nibus eō ciliēt, & ab omni illorū iniuria cōtineant; quas politica ap-
pellat: alias, quæ nos ad diuinæ puritatis imitationē inducāt. Deoq;
similes efficiāt: quas purgatorias nūcupat. Ex his autē prudētia atq;
20 tēperatiā his verbis definit. Prudētia est omnia quodam diuinorum
cōtēplatione despiciere, omnēq; animæ cogitationē in solâ diuinâ di-
rigere. Tēperatiā verò est, omnia quæ corporis vsus requirit, quate-
nus natura patitur, cōtēnere atq; relinquere. In his ergo duabus vir-
tutibus totius Christianæ perfectionis summa cōsistit. Prius autē il-
lud exigit, vt perfectioris vitæ studiosus has in pectore suo sentētiās
seribat. Omne tēpus, quo de Deo non cogitas, reputa te perdidisse:
& Sicut nullū tēpus est in quo homo diuinis beneficijs non vtatur:
ita nullū debet esse quo ab eius laudibus & gratiarū actione vacet.
Itē illud; Nō toties homines respirare, quoties Dei sui meminisse de-
bent. His igitur sentētijs perfectionis cultor admonetur, vt quātum
per humanæ vitæ necessitates licuerit, se totū orationis studio, diui-
narūq; rerum cōtēplationi adidcat. ¶ Quia verò nos ab hoc studio,
21 corporis cura, & humanæ vitæ negotia abducunt, proximum est, vt
quædamodū D. Thomas ait, mundana omnia relinquentes, his tan-
tū cōtenti simus, sine quibus corporis vita sustentari nullo modo
potest, cæteris omnibus, quæ ad hoc minus pertinent, valere iussum.
Hanc autem Philosophiam, quæ meritò Sāctorū scientia nuncu-
patur; paruulus noster Franciscus plenissimè assequutus est, qui om-
nem vitā & ordinis sui institutum ad hæc duo munera potissimum
destinauit. Quid enim aliud eius vita quàm perpetua quædam ora-
tio, diuinarumque rerum contemplatio exitit? Quod aliud eius in-
stitutum, quàm omnia terrena bona contemnerè, & Euangelicam
paupertatem amplecti, vt se totum sine vilo impedimento huic stu-
dio impenderet? Cum igitur in hoc diuinarum rerum studio at-
que contemplatione humanæ vitæ felicitas sita sit, consequens est,
vt

vt

Leui. 3.

D. Thom.

vt de hac Euangelica paupertate, quæ nos ad hunc finem dirigit, 22
breuiter differamus.

Prom. 30.

Meminiſſe autẽ debemus quoddam initio illa Salomonis verba; Stultiffimus ſum virorum; beato Frãcifco accommodauimus: nunc ego paupertatis laudes prædicaturus; ea mihi accommodare volo, meq; ſtultiſſimum profiteri, qui hæc prouinciam ſuſceperim, vt vos ad huius virtutis amorem excitare velim. Scio enim verum eſſe quod ab inſigni Poëta dictum eſt, homines per mare pauperiem fugere, per ſaxa per ignes. Quomodo ergo ad paupertatis amorem vos excitare poterò, quam omni ratione homines remis veliſq; fugiunt? Quid enim aliud omniũ ordinũ homines quærũt? quid captant? quid adorant niſi argentum & aurum? Quas pelagi oras non attingunt? quæ littora inſentata relinquunt vt aurum quærant? qui ad inferos etiam deſcendere non metuerent, ſi ibidem aurum ſe inuenturos ſperarent.

Hier. 6.

Non enim mentitur ille, qui per prophetam dixit; A minimo vſq; ad maximum omnes auaritia ſtudent; a propheta vſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Hoc enim animo ſunt ſeculi ſapiẽtes, hoc literati, hoc magni, hoc parui, hoc inopes, hoc etiam pecunioſi. Rex namq; ille Babylonie captiſ penam indixit, ſi quis ſtatuum ſuam auream adorare nolit. Inſtar mortis enim homines eſſe putant, aut carere. An non ergo ſtultitiæ condemnandus ſim, qui huc tantum ignem oratione mea reſtinguere tentem? Et tamẽ ſi me patienter audiat, fortaiſis multiplices virtutes huius fructus audientes in eius ſaltem amorem & admirationem rapiamini.

Dani. 3.

¶ I I I.

¶ Vt autem, de quo paupertatis genere dicere inſtituam, intelligatis, triplicem eſſe paupertatem conſtat: Alia enim paupertas corporis, alia ſpiritus, alia corporis & ſpiritus ſimul eſt. Corporis paupertas eſt, quam non voluntas, ſed neceſſitas parit. Paupertas verò ſpiritus eſt, quæ in magna etiam opum affluentia illud implet quod eſt à propheta dictum: Diuitiæ ſi aſſuant, nolite cor apponere. Tertia verò corporis ſimul & ſpiritus paupertas eſt, quæ nihil poſſidet, & nihil concupiſcit; quæ nec mundi poſſeſſiones habet, nec oblatas accipit. Huiusmodi autem paupertas exigit, vt ſit vilis domus, vilis tunica, vilis menſa, vile ſtratium, & curta omnis ſupellex, ac poſtremo omnia, quæ non modò ad corporis vſum, ſed etiam ad altaris ornamenta pertinent, paupertatem ſpirent, paupertatemq; redoleant. Hoc igitur paupertatis genus beatiffimus Franciſcus Ordinis à ſe inſtituit fundamentum eſſe voluit.

Quanto-

25. Quantopere autem vir ſanctus hanc virtutem dilexerit, nulla vis orationis conſequi poterit. Primum enim cum Eccleſiam ingreſſus illud Domini conſilium audiuiſſet, quo diſcipulos ad prædicationis officium ſine pera, ſine zona, ſine pecunia, ſine virga, ſine calceis, ſine duplici tunica ire mandauit, Hoc eſt, inquit, quod ego vo-
Matth. 10.
tis omnibus amplector, & exquiro: ſtatimq; calceos, virgam & zonam, atque pecuniam à ſe repulit, ſimpliciq; & vili tunica contentus, & pro zona, ſine præcinctus, nihil aliud in vita poſſidere voluit. Quin & in morte hæc ipſa exuens, mundoq; reſtituit, nudus vt ex vtero matris prodierat, in terram, communem omnium matrem, ſe proiecit: adeoq; huius virtutis amore captus fuit, vt nemo inter auaros tanto amore pecuniam, quanto ille paupertatem dilexerit: nemo aliorum diuitijs tantum inuidit, quantum ipſe, ſi quem
26. fortè mendicum viliori habitu indutum vididiſſet. Hanc virtutum reginam, hanc matrem, hanc ſponſam, hanc dominam ſuam appellabat: quoniam eam indiſſolubili vinculo R.egi æterno deſponſaram fuiſſe diſcitabat. Nullus autem illi cibus gratiſ erat, niſi qui paupertatis dulcedine condiretur. Vnde à Cardinalibus, & Episcopis aliquando inuitatus, prius oſtium panis fruſtula medicabat, quæ cunctis Principum dapibus ipſi dulciora erant.

Quid verò illud, quod cum Cænobij cuiuſdam Vicarius, allegas penuriam fratrum, petensq; vt intrantium nouitiorum aliquid reſeruare liceret, quo inopiæ fratrum conſuleretur, vir ſanctus ſuper ni conſilij non ignarus, Abſit, inquit, à nobis frater chariſſime, vt pro quo vis homine impiè agamus in regulam. Malo te altare Virginis glorioſæ nudare, cum neceſſitas id exiget, quam contra paupertatis
27. votum, & obſeruantiam Euangelij aliquid vel modicum attentare. Gratiſ enim beatiffimæ Virginis erit, eius altaria nudari, quam Euangelicam paupertatem, ab eius filio nobis indiſtam, aliqua in re violare.

Deniq; fratribus in conclau quærẽtib; quæ virtus hominem chariorem redderet Chriſto; quaſi ſecretum ſui cordis aperiens reſpondebat, Paupertatem noueritis, fratres, ſpiritualem viam eſſe ſalutis, tanquam humilitatis fomentum, perfectioniſq; radicem; cuius eſt fructus multiplex, ſed occultus. Hæc enim eſt Euangelici agri
Matth. 13.
ſaurus abſconditus, pro quo emendo, vendenda ſunt omnia, & quæ vendi non poſſunt, illius comparatione ſpernenda.

Nunc conſequens eſt vt videamus, quantum Philoſophiæ, quantum veræ prudentiæ atque ſapientiæ in hac pauperis vitæ inſtitutio

Tom. ij.

A a ne

ne lateat, vt ita demum perspicere valeatis, hunc, qui se stultissimum 28
virorum appellauit, summa sapientia præditum fuisse. Huius enim
rei tractatione animaduertere licebit, paupertatem hæc & ad veram
sapientiam, de qua disseruimus, & ad omnia penè virtutum officia
aditum aperire, & omnibus vitiorum radicibus securim infligere. At
quæ vtinam idem Pater sanctissimus, qui multiplices virtutis huius
fructus, licet occultos, esse dixit, nobis eos patefacere voluisset, non
dubito quin multos ex vobis ad eius amorem pellexisset. Nos tamè
pro ingenij nostri tenuitate duodecim eius fructus enumerando ma-
gis quàm amplificando quàm breuissimè recensimus, eorum vim
& dignitatem studiosi auditoris cogitationi relinquētes. Horum au-
tem priores, quæ animi bona hæc virtus pariat; posteriores verò, à
quàm tetris & pestilentibus malis nos ea vindicet, declarabunt.

§. IIII.

D. Thom. ¶ Principiò igitur veræ sapientiæ studium (vt paulò superiùs ex D.
Thomæ sententia definiuimus) in continua rerum diuinarum cogi-
tatione positum esse diximus: vt videlicet homo in terra positus, cœ-
litum officium imitetur, qui oculos suos in diuinæ pulchritudinis
contemplatione defixos semper habent, vt pius homo esse iam inci-
piat, quod futurus est. Hoc autem studium mentem requirit vacuã,
& ab omnibus terrenis curis & cupiditatibus liberam. Hinc illud ex
Psal. 45. Vacate & videte quoniam ego sum Deus. Prius ergo vacan-
dum, deinde videndum est. Hoc autem Ecclesiast. exposuit, cum ait:
Eccli. 38. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, sa-
piētiā percipiet. Si igitur hæc proxima ad sapientiam via est, quid, 30
I. quæso, magis homini ad eam consequendam, quàm hæc rerum om-
nium nuditas atque paupertas conferet, quæ vilissimo habitu atque
cibo cōtenta (qui sine vllò ferè labore comparatur) liberam homini
ad hoc studium vacationem, & otium præbet? Nec enim negotio-
rum multitudo tempus, neque curarum sollicitudo mentem illi adim-
ent, quò minus se totum huic studio addicere valeat. Hac autem
de causa constat sanctos illos Anachoritas relictis omnibus deserta
loca petiuisse, vt se totos sine vllò impedimento diuinarum rerum
contemplationi impenderent. Hoc ipsum autem vna paupertatis
desideriorum examina à se procùl pellit.

II.

Iam verò eximiam illam abstinentiæ virtutem; ab Ægypti
patribus

31 patribus tantopere celebratam (quam totius monasticæ vitæ funda-
mentum esse prædicabant) prudentissimus pater Franciscus pauper-
tatis virtute complexus est. Cum enim abstinentiæ sit, omnes à se
carnis delicias & blandimenta repudiare; quid aliud, quæso, volunta-
riæ paupertati, quàm hoc ipsum propositum est? Itaque cum vir san-
ctus paupertatis inopia tantopere commendauit, hunc etiam sin-
gularem abstinentiæ fructum sub ea comprehendi spiritu docente
præiudit. Nullas enim vera paupertas ciborum cupedias, nullas hu-
iusmodi agnoscit delicias.

Quid verò illud quòd eadem paupertas memoriam Dei exci-
tat, & Christi Domini labores & passiones recolere frequenter faci-
cit? Cum enim vilis & aspera tunica latera mordet, cum insuauis
cibus, durumque stratum molestia corpus afficit, cum frigus vr-
32 get, cū spinæ atque offendicula nudos pedes pungunt, atque cruentant;
quid hoc tempore vir pius agat, nisi mentem ad Dominum suum
in cruce pendentem attollere, eiusque exemplo se in perferendis la-
boribus confirmare & consolari? Magnum autem ad spiritualem ac
religiosam vitam degendam adiumentum est, tot passim intra se ha-
bere stimulos, qui nos ad refricandam Christi Domini in cruce pen-
dentis memoriam excitent.

Hæc eadem virtus facit hominem pendere ex Deo, & per
fidem (quod Christiani hominis maximè proprium est) viue-
re, & à Deo necessaria ad vitæ vsum expectare. Quæ cum per eius
providentiam sæpè recipiat, in Dei laudes, & gratiarum actionem
viscera & ora sua relaxat. Hoc enim grati animi officio fideles pau-
peres initio nascentis Ecclesiæ fungebantur. Quæ de re sic Apo- 2. Cor. 9.
33 stolus; Ministerium huius officij non solum supplet ea quæ desunt
sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Do-
mino, per probationem ministerij huius glorificantes Deum in obe-
dientia confessionis vestræ.

Iam verò cū sæpe Dominus pauperum pater & amator (vbi om-
nia humana præsidia desunt) præter omnem spem eorum necessitati
bus consulit, dictu miru est, quantum hæc eius paterna providentia
eorum fidem, spem, & charitatem augeat. Illo enim veluti miraculo
confirmantur in fide: illa verò paterna eius providentia & in eius
dilectione mirabiliter accenduntur, & ad spem atque fiduciam
in similibus angustijs retinendam magnoperè excitantur. Intel-
ligunt enim nequaquam illis desuturum, qui sæpè aliàs eorum-
dem necessitatibus consuluit. Ex præteritis enim beneficijs futura
A a z sperare

III.

IIII.

V.

sperare discunt: quod sanctis omnibus de more fuit. Hoc autem eiusdem beatissimi Patris Francisci & sociorum eius exemplo comprobare licet. Cum enim in confirmata iam paupertatis regula iter in vallem Spoletanam facerent, itinerisque labore fatigati quid ederent non haberent; statim affuit diuina providentia. Nam subito apparuit homo afferens panem in manu, quem pauperibus Christi dedit; subitoque disparuit, incognitus vnde venerit, aut quod iret. Cognoscentes autem hoc in dicio pauperes fratres supernum sibi adesse presidium, magis dono liberalitatis diuine, quam cibo carnis sunt refocti. Insuper diuina consolatione repleti, statuerunt firmiter, nullius inediae, aut tribulationis impulsu a sanctae paupertatis proposito resillire.

§. V.

VI. His adde gratisimum quoddam sacrificium, quod voluntaria paupertas conditori suo semper offert. Non enim oves, aut boues, sed corpus suum hostiam offert viuentem, sanctam, Deo placentem: quod nuditate, inedia, & asperitate vite, ceterisque laboribus quotidie maerent, Deoque in sacrificium omni acceptione dignissimum offert. Quin & Aegyptiorum abominations, hoc est, Deos gentium in sacrificium Deo vero offert. Qui sunt autem Gentium Dij, nisi aurum & argentum, voluptas atque mundanus honor? Hos igitur Deos Evangelica paupertas vero Deo in sacrificium offert, cum eos propter eius gloriam proterit atque conculcat.

VII. Haec sunt, fratres, atque his similia, ad quae nos Evangelica paupertas vehementer adiuuat. Quis autem verbis consequi possit, à quibus nos ea malis, à quibus eripiat incommodis? Vno enim veluti ictu omnium ferè inimicorum nostrorum capita iugulat, malorumque omnium radices euellit. Primum enim auaritiam & cupiditatem (quam *1. Thimot. 6.* Apostolus malorum omnium, atque haeresum radicem esse ait) penitus excindit. Pugnans enim inter se, cupiditas auaritia, & voluntaria paupertas. Quod enim illa cupit, ista contemnit; quod illa anxie desiderat, haec constanter repudiat: quod illa supra Deum amat, haec morte peius odit. Aurum enim tanquam incendium fugit. Quid igitur optabilius, quid salutaris, quam ab hoc vniuersae terrae malleo liberari?

VIII. Voluptatum verò amor quam multa mala, quam multa crimina pariat, Cicero in eo libro, quem de Senectute edidit, ex Archite Tarrentini sententia longa oratione enumerat. Ab hoc igitur malorum feminatio nos eadem paupertatis virtus eripit. Qui enim hanc virtutem

tutem tota mente colit, omnia aspera, & vilia, & paupertatem atque asperitatem redolentia pro delicijs habet: delicijs verò, & voluptuosa, delicata, mollia, atque pretiosa, ut paupertati (quam vniuersi chara habent) infesta, fugit & horret. Sed haec, fratres, multis paradoxa & incredibilia videbuntur. At Sancti omnes hac mente fuerunt: de quibus scriptum est: Inundatione maris quasi lac fugent. Christi enim amor amara omnia miro modo dulcia & suaui reddit.

Verum his duobus animae hostibus amor sui longè potentior atque immanior est. Nullum enim facinus, nullum crimine adeo tetrum est, quod non ab hoc proprio amoris fonte dimanet. Vt enim amor Dei omnium virtutum; ita contra immodicus amor sui vitiorum omnium origo est: ut ille spiritualis Hierusalem, ita hic Babylonem edificat. Is enim velut originalis peccati primogenita soboles, totam penè eius malitiam atque prauitatem refert. Hic est enim velut alter Goliath, quem nemo nisi magno Dei munere atque beneficio proferre valet. Ceterum aduersus hunc adeo potentem hostem paupertatis virtus acriter pugnat. Ille enim mollia, dulcia, blanda, delicata, pretiosa semper appetit: haec contra (ut antè diximus) ista horret ac fugit, & his contraria libenter amplectitur. Vt autem hic amor his blanditijs fouetur, & maiora indices incrementa capit: ita contra paupertate, vilitate, atque asperitate vitae (quae paupertati coniuncta est) minuitur, atque dissipatur. Atque ut delicijs carnis amor sui; ita contra vitam austeritate sanctum sui odii generatur, quod aduersus amorem sui continenter bellum gerit. Vtriusque autem commoda & incommoda Saluator expressit, cum ait; Qui amat animam suam, perdet eam; & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Adde, quod cum praecipuum amoris proprio instrumentum pecunia sit, (cui omnia obedire Salomon ait) sublata pecunia (quae cupiditatibus cunctis fomena ministrat) ipsae quoque cupiditates paulatim deficiunt, atque languescunt. Vt enim puerperae vera exsiccantur cum lactis fluxus impeditur: ita cupiditates minuuntur, quoties à concupitis rebus diu arcantur.

Quid quod caro quoque nostra, domesticus hostis, tãd ceteris perniciosior, quãd nobis familiarior, atque cõiunctior, Evangelica paupertati cedit? Tunc enim caro praecipue spiritui nocet, cum delicijs epulis, molli stratu, atque cultu fouetur, cum vino madet, pinguis; pabulo insolescit, atque superbit. At cum Evangelica paupertas, omnia cupedia rã atque deliciarum genera (quae sunt irritamenta luxuriae) procul à se repellat, nõ habet caro vnde ferociat, & vires contra spiritum colligat.

Deut. 33.

IX.

Ioh. 10.

Eccl. 10.

Simil.

X.

XI.

Quid verò mundus? an & ipse etiam paupertati cedit? Cedit plane. Nam & is aliquando blanditijs, aliquando litibus & iurgijs pacem mentis turbat, & inquietat. Vtrique autem agmini Euangelica paupertas obfistit, dum blanditias pariter & lites à se procul abijcit. Omnes quippe ferè hominum lites & contentiones, omnia iurgia, odia, atque disjdia ex his duobus verbis; Meum, & Tuum; ortum habere sapientes homines aiunt. At hæc virtus altius animo infixæ, meum atque tuum nescit. Neque enim pretiosum aliquid sibi vendicat, neque in alienas opes inuadit, cum suas etiam à se repudiet. Hinc Afsisij Episcopo annuos redditus ad Ordinis stabilitamentum necessarios esse dictitanti, vir sanctus respondit, Si opes, pater, habuerimus, armis etiam indigebimus, quibus eas ab inuasoribus, & litigatoribus defendamus.

XII.

Neque verò illud in postremis habendum est, quòd hæc eadem virtus hominem à scdissimo adulationis vitio, (quod seruilis ingenij est) magna ex parte liberat. Adulatores enim spe alicuius comodi inducti, diuitibus adulari solent: qua spe sublata, nõ est cur virilis animus turpitor se alicui submittere, & blandiri cupiat. Vnde inter Philosophorum apophthegmata refertur, quòd cum Philosophus quidam, qui paulò licentius vitam agebat, philosophum alium, parsi moniæ atque sobrietatis cultorem, legumina quædam in cibum sibi præparantem cerneret, atque ad illum diceret; Si Dionysio adulari velles, ista nõ ederes: ille contrà prudentissimè respondit: Imo si ista edere velles, Dionysio adulari nõlles. Quo exemplo videmus, eos, qui modicæ & parabili cibo, pauperum more, contenti sint, nihil habere cur diuitibus adulari velint, cum eorum opes adeò non desiderant, vt etiam contemnunt.

Cernitiam, fratres, quam multi ac magni sint paupertatis Euangelicæ fructus; cernitis, quanta fuerit beatissimi Patris huius sapientia, quamque meritò is gloriarì possit, se Sanctorum scientiã assequutum? Quid autem hæc scientia sit, Salomon explicuit, cum dixit: Scientia sanctorum, prudentia. At prudentiæ est, agenda atque vitæ cognooscere. Quam quidem virtutem plenissimè paruulus hic affectus est, qui & diuitias, & diuitiarum cupiditatem summo studio vitæda, & Euangelicam paupertatè flagrantissima charitate sibi esse amplectédam persualit. Quid igitur vos ad hæc fratres? An tot virtutis huius perspectis fructibus, eius vos vel amor, vel saltem admiratio non capit? An frustra hæc omnia à me in huius virtutis comendationem dicta erūt? Minimè verò. Nam & diuites, & pauperes haud vulgare

ex hac

43 ex hac doctrina fructū percipere, si modò velint, poterunt. Diuites quidè, vt forte sua cõtenti cupiditati sinè imponant, cum ea sit huius morbi vis, vt nulla rerū copia minuatur. Deinde illud etiam maxima cura prouideat, quod paulò superius Prophetæ verbis admonuimus; Diuitiæ si affluat, nolite cor apponere. Hac enim ratione fiet, vt si minus corpore, at spiritu saltè pauperes sint, quoadmodum Abraham, Dauid, Ezechias, cæteriq; sancti Patriarchæ pauperes extiterunt. Ceterum qui vera corporis paupertate premuntur, dent operã, vt id libenter esse velint quod sunt, & necessariã rerū indigentia grato animo ferentes, eã in virtutem vertant. Tales naq; tantò sunt diuitibus huius seculi feliciores, quãtò Euangelicæ sunt paupertati propiores. Sola enim voluntatis accessione, quod erat necessitatis, in naturã trãsit altissimè paupertatis. Ex qua quidem virtute & hæc omnia quæ 44 enumerauimus comoda percipient, & ipsum etiã paupertatis onus voluntatis adiectione leuius facient. Voluntatis enim propensio omnia grauiã & onerosã, grata facit & leuia. Nihil enim difficile, quod voluntariũ. Hic est igitur fructus, quem ex hac tã longa paupertatis comendatione colligere licet fratres: quem qui fuerit assequutus, thesaurum in agro absconditum, pretiosissimã margaritã, virtutum omnium seminarium, & cœlorum regnum, paupertatis Euangelicæ sectatoribus promissum, intelligat se esse eius merito affectum.

IN EODEM FESTO BEATISSIMI
Francisci Concio secunda, in qua de vera sapientia (quæ in beatissimi Patris Francisci vita præcipuè eluxit) de que flagrantissima eiusdem charitate, vnde hæc sapientia manauit, disseritur.

T H E. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, & noui scientiam Sanctorum. Prouer. 30.



Hæc sententia, fratres charissimi, quæ à Salomone magno verborum apparatu proposita est, quamuis ad omnes Sanctos in commune pertineat (qui humanæ sapientiæ expertes, diuina sapientia, quæ seculi hominibus incognita est, pleni fuerunt) tamen ad beatissimam patrem Franciscum ita spectat, vt de ipso singulari quadam ratione

A a 4 dicta.

psal. 61.

Prouer. 9.

dicta esse videatur. Tanta enim in eo simplicitas cum tanta sapientia coniuncta fuit, ut cum verissima sapientia plenus esset, stultus saepe ab hominibus, atque adeo à patre suo iudicatus, & in vincula ab eo tanquam insanus coniectus fuerit. De hac igitur eius clarissima sapientia (quæ à singulari eius charitate manauit) hodiè dicturi, cœlestem opem, sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

¶ [Stultissimus sum virorum etc.] Vehementer hæc Salomonis verba cum hodierna sancti Euangelij lectione cohærent: in qua Dei filius superno Patri gratias agit, quod sapientia suæ arcana (per quæ iter nobis ad sempiternæ felicitatis gloriam aperitur) nequaquam sapientibus & prudentibus, sed paruulis, hoc est, humilibus aperire dignatus fuerit: qui quamuis mundi iudicio viles, & abiecti, atque interdum etiam stulti iudicarentur, verè tamen sapientiæ compotes erant.

Iacob. 3.

Ad cuius rei intelligentiâ sciendû est, duplicè à D. Iacobo assignari prudentiâ: alteram, carnalè atq; terrenâ; alterâ, spirituale atq; cœlestè. Terrena sapiëntia est, quæ omnes lucrâdi artes, & omnia quæ ad corporis cultû & voluptatè pertinent, & plenissimè caller, & auidissimè cœfectatur, omniaque vitæ consilia ad hoc vnû studiû dirigit, de qua

Luc. 16.

Saluator in Euangelio: Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Spirituales verò sapiëntia est, quæ omnia spiritualis vitæ documèta probè tenet: quibus pius homo & mètè suâ excolere, & Deo gratificari valeat, in hisq; plenius perdiscèdis omne studiû & operâ ponit. De hac autè sapiëntia Apostolus disserès, Nolite, ait, fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit volûtas Dei bona, & beneplacès, & perfectâ. Hęc est autè altissima philosophia, cui Dei cognitio, & vita æterna propòsita est, quâ Dñs per Hieremiâ comèdat his verbis: Nò gloriètur sapiès in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriètur, qui gloriatur, scire & nosse mètè; hoc est, scire qua ratione mihi placere, præceptisque meis q̄temperare atque obsequi debeat. ¶ Hanc porrò duplicem sapientiam Dominus designauit, cum Petro se à crucis supplicio reuocare volenti dixit: Vade post me retrò Satana, scandalum mihi es; quia nò sapiš quæ Dei sunt, sed quæ hominum.

Hier. 9.

Inter has autè sapiëntias hoc discrimè est, quod qui diuina sapiunt, mundi sapientia esse apud Deû stultitiâ iudicant: cõtrâ verò seculi sapientes nò rarò Christi seruos, qui cœlestia sapiunt, stultos esse arbitrantur. Vnde ipsum Dei filiû, veræ sapiëntiæ autore, mundus stultû aliquâdo reputauit: sic enim de illo populus, De monium, inquit, habet, & insanit:

Mar. 8.

Inter has autè sapiëntias hoc discrimè est, quod qui diuina sapiunt, mundi sapientia esse apud Deû stultitiâ iudicant: cõtrâ verò seculi sapientes nò rarò Christi seruos, qui cœlestia sapiunt, stultos esse arbitrantur. Vnde ipsum Dei filiû, veræ sapiëntiæ autore, mundus stultû aliquâdo reputauit: sic enim de illo populus, De monium, inquit, habet, & insanit:

Ioan. 10.

nit: quid cum auditis? Quid verò illud, quàm mirabile quod apud Marcum legimus? Sui, inquit, voluerunt eum tenere, dicentes: quia in furore versus est. Quod si patrefamilias stultum vocauerunt, quid mirum hoc eodem nomine domesticos eius appellasse? Hinc D. Hiero. in epitaphio Paulæ refert, quod cum hæc femina sanctissima facultates suas oēs pauperibus erogaret, nò desuisse qui diceret, cerebrum illius esse cõfouedum. Quod illa audiès, respòdit, Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus. Hæc ergo sapiëntè stultitiâ Sancti Dei oès coluerunt. Meminerat enim ab Apostolo dictum fuisse: Si quis vult inter vos sapiès esse, stultus fiat, ut sit sapiès. Quæ res in beatissimo Frâncisco potissimum eluxit: in quo cum vera sapiëntia (de qua mox dicemus) multa inuenimus quæ stultitiæ speciè præferre videatur; quæ tñ à Spiritu Dei profecta, longissimè à stultitia absunt. Subijciamus aliquot rei exemplâ. Præcepit aliquâdo beatus Pater Rufino discipulo, literarum imperito, ut Afsijs, hoc est, in patria sua ad populû cõcionaretur: cuiq; discipulus imperitiâ suâ allegans, hoc officium humiliter detrectaret, vir sanctus eius inobediëntiâ accusans, grauiusq; illi præceptum imponès, iussit ut habitu nudatus, solisq; femoralibus tectus, pulpitem ascèdès altati populo prædicaret. Quod quidè verus obedientiæ filius ita ut erat iustus impleuit. Hoc, qui tñ aderat populus, stultû esse iudicâs, asserēbat eos monachos abstinentiæ districtiōne de mète deduci, & ea facere, quæ insani solent. Quid verò beatus Pater? Sic ipse secû: Ita ne decet ut Rufino viro nobili præcipias, quod tu Bernardionis filius nò facis? Nò decet te alijs imperare, quod ipse non præstes. Itaq; vir sanctus simili modo nudatus, ad urbem veniès, Rufinûq; prædicatè inueniès, eundè cõscèdès locum, populo prædicare cœpit. Quid hic seculi sapiëntes? An nò hoc factum stultitiæ cõdènarèt? ¶ Adiciâ aliud huic nò dissimile exemplû. Alio tẽpore cum vir sanctus propter graues ferros patiebatur morbos cibis delicatioribus vesceretur, molestiq; ferret se à populo virum sanctum, & abstinentiæ deditur reputari, se similiter nudum sune ad collum ligato à fratribus alportari, & in platea, quo in loco facinorosi homines plecti solèt, reponi iussit, ibiq; positus altati populo ait: Ecce monachus, què ut sanctum, & abstinentiæ cultore venerabamini, se modò carnibus ingurgitauit. Quid hic sapiëntia mundi? quis nò hoc stultissimum iudicaret? Quid verò illud, quod graui carnis tẽtatione infestatus fecisse memoratur? Noctem enim intempèta cum plurima niue terra cõspersa esset, posteaquam ægrum corpusculum grauius verberasset, se nudum in niuem glaciè que coniecit: nec hoc contentus, addidit aliud mirabilis. Globum

Mar. 3.

Hiero.

1. Cor. 4.

1. Cor. 3.

6

7

A a 5

cmm

enim paulò grādiore ex ea niue, deinde sex alios minores cōiecit, & sic secū sermocinari cōepit: Si vxorē desiderabas Francisce, habes hic vxorē, quā te amplecti par est: habes hic etiā quā alere dēbeas familiā: hoc est, duos filios, totidēq; filias, itēq; famulū, & ancillā, qui ad serui tiū domus necessarij sunt. Quocirca oportet te assiduē laborare, vt hāc familiā curā tuā cōmissā alere possis. Hac enim ratione vixit Ep^o frigore cōstrictus, carnis incēdiū nō modò refrigerauit, sed penitus extinxit. Hoc etiā, sicut & superiora, mūdī sapiētes stultitiā accu sarent, q̄ vir sanctus periculo vitā propulsare vellet, quod multis alijs rationibus curare potuisset. At supernus ille iudex hunc fidei & castitatis amorē tali p̄mio affecit, vt nullū deinceps carnis stimulū in vita sentiret. ¶ Quid verò illud, q̄ cū eius pater ab eo quiddam haberet pecuniarū sibi reddi acriter postularet, ille corā Episcopo se ad femoralia vsq; denudans, patrisq; avaritiā relictū, tāto ludibrio habitus fuit, vt pueri illū tāquā in sanū luto & lapidibus sequerentur.

x. COP. I.

In his ergo, quā stultitiā specię p̄ferre vidētur, Dei virtus & sapiētia later. Quod em̄ stultū est Dei, sapiētius est omnibus hominibus. Voluit enim Dñs, vt quēadmodū Propheta olim nō solum verbis, sed externis etiā signis futuras clades p̄uaricatori populo p̄nūtiabāt, quò ea quę minabātur, altius auditorū mētibus infigerētur (alius enim catenas collo circūpositas gestabat; alius noctu perforato domus pariete egrediebatur; alius verò nudus inter homines incedebat) ita vir sanctus nō verbis modò, sed his etiā nouis & insolitis rationibus obediēdi leges, imperandi p̄cepta, & castitatis amorē secuturis discipulis declararet. §. I.

¶ Hęc de stultitia: nunc verā beatissimi Patris sapiētiā expēdamus. Qui enim dixerat, se stultissimum esse virorum, & hominum sapiētiā nō attigisse; protinus ait, se habere sciētiā Sanctorum. Ad hoc igitur sciendum est, q̄ cū sapiētia sit altissima Dei, diuinarum quę rerum cognitio, duplici nos ratione Deum in hac vita cognoscere posse: aut enim perfectiones ac virtutes eius legendo & audiēdo; aut eas in nobis ipsis quodāmodo experiēdo cognoscimus: hoc est, cum ipsis diuine bonitatis, charitatis, suauitatis, aliarumq; eius virtutum & perfectionum dignitatē & suauitatem interno quodam mentis experimento degustamus. Hęc autem cognitio longē dignior atq; p̄tātior ea est, quę vel sola lectiōe, vel doctrina colligitur. Vt enim melius saporem illius mannā, quod Deus patribus pluit in deserto, populus agnouit, qui quadraginta annis eo vsus est, quā Theologus, qui hoc ipsum sanctarum literarum lectiōe cognoscit: ita longē clarius

Simil.

clarius Dei suauitatem agnoscit, qui eam non tā legendo, quā (vt ita dixerim) experiendo gustauit. Quò fit, vt aliter Theologus diuinas perfectiones & virtutes agnoscat (si nihil aliud nouit, quā quod in Theologorū libris reperit) aliter verò humilis & pura mēs, quę à curis & cupiditatibus terrenis expedita, se totam Deo tradit, totaq; ad illum dies noctesq; suspirat. In hanc enim puritatis amator Dominus velut in suū centrū descēdit, omnesq; ad ipsum affectio-num suarū sinus expansos, bonitatis & gratiæ suæ diuitijs implet, lucis suæ radijs illustrat, charitatis brachijs amplectitur, diuinæ dulcedinis suauitate lactat, ad cor eius loquitur, atque in illam postremò quāsi fluuium pacis declinat, & torrente voluptatis suæ potat. Hac ergo tāta suauitate illecta mens tota in Deum rapitur, ac subinde miratur tantā in tanta maiestate erga tantillam creaturam dignationem & benignitatem, quam non solum auditu percipit, sed etiam odora tur, degustat, & hac ipsa cognitione erudit & perficit intellectum.

¶ Quæ ex reliquet, duplicē esse Theologiam, quēadmodū duplicem esse Dei cognitionē dicimus. Est enim Theologia sciētia quę diuinitatis cognitionē tradit. Cū verò duobus his modis Deum agnoscamus, cōsequēs est, vt duplex etiā Theologia sit: altera, quę speculādo; altera, quę experiēdo Deū agnoscit. Et illa quidē speculatiua, siue scholastica; hęc verò (vt ita dixerim) affectiua, siue mystica nuncupatur: q̄ videlicet occulta sit, & à paucis cognita. Cū autem p̄cipuus huius Theologię magister Spiritus sanctus sit, is primū quidē pij hominis intellectū sapiētis dono collustrat; deinde charitatis virtute volūtate vehemētē incēdit, quę sic incēsa, ineffabilē diuinæ bonitatis & suauitatis dulcedinem odoratur, & quodāmodo degustat: cuius gustu atq; suauitate intellectu percipit quā suauis sit Dñs, quā dulcis, quā pius, quā benignus: atq; hoc modo intellectus ab ipsa voluntate quodāmodo erudiri atq; instrui dicitur.

Est autem magnum inter vtramque Theologiam discrimen. Illa enim ad intellectum; hęc magis pertinet ad voluntatem: illa cognoscit Deum; ista diligit: illa speculatur diuinā; hęc amplectitur: illa tanquam ex auditu cognoscit Deum; hęc quodāmodo odoratur atque degustat: illam docet lectiō; istam vnctiō: illa discitur in scholis; hęc in secreto diuinæ contemplationis.

¶ Quæ ex re duos in hac duplici Theologia processus intelligimus. In priori nāq; illa Theologia (quam speculatiua nuncupamus) p̄æcedit quidem intellectus actiō, & sequitur in pijs hominibus motus voluntatis: in posteriori autē (quam mysticā appellauimus) post hęc priorem

priore intellectus operatione antecedit quide voluntatis actio, & sequitur in intellectu noua quedam diuine suauitatis cognitio. In illa enim intellectus dirigit voluntate; in hac voluntas erudit ac dirigit intellectum, qui quodammodo foris stas, ipso voluntatis gustu & experimento diuine bonitatis suauitate agnoscit, hoc enim illa Prophetæ verba innuit; Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Prius enim gustare, deinde videre iubet; ut intelligamus, ex voluntatis gustu intellectum educere, & immensas diuine bonitatis & suauitatis opes addicere. Vt enim degustato nouo aliquo cibo, gustus ipse sapore eius ostendit intellectui: sic posteaquam voluntas diuine bonitatis dulcedinem nescquam antea perceptam degustauit, intellectus hoc experimento doctus, qualis ea, quantaque sit, agnoscit. Quod fit, ut cum duo anime nostræ pedes sint, quibus in Deum imus; intellectus videlicet, ac voluntas; in priori illa Theologia pes intellectus præcedit, quem sequitur voluntas; in posteriori verò voluntas ipsa eo modo, quo diximus, præcedit, quam deinde noua illa cognitio sequitur intellectus.

Hec est igitur, fratres, mystica theologia, que Spiritus sancti magisterio addiscitur, que inter omnes scientias principem locum tenet: in qua rudis omnium literarum Franciscus tantum excelluit, quantum flagrantissimo charitatis ardore incensus fuit: per quam non tantum legedo, quam amando, diuinisque beneficijs atque delicijs fruendo immensas diuine bonitatis, charitatis, & suauitatis opes agnouit. Vnde propositis aliquando ei à quodam insigni Theologiæ doctore difficillimis questionibus, tanta doctrinæ claritate vir sanctus diuine sapientie patefecit arcana, ut vehementer Doctor ille stuperet, atque admirandus diceret: Verè Theologia sancti Patris huius, puritate & contemplatione tantquam alijs subiecta est velut aquilæ alas: nam verò scientia vestre graditur super terram. Hec est igitur, fratres, vera illa sapientia, que in sacra huius diei lectione non huius seculi prudentibus & sapientibus, sed paruulis à Domino reuelari dicitur: quorum de numero beatissimus hic paruulus extitit.

§. I I.

¶ Quia igitur charitas huius diuine sapientie vita, & forma, atque (ut ita dixerim) magistra est, ideo de flagrantissima sancti huius Patris charitate in reliqua concionis parte dicendum est; quod vos ad virtutis huius amoris (in qua diuine legis summa consistit) accendere valeam.

Charitatem autem viri sancti quis enarrare sufficiat? Usque adeo enim purissima eius voluntas per excellentissimum charitatis habitum (que Spiritus sanctus in eius corde effuderat) in Dei amore propensa atque incensa erat, ut ad solam dilecti vocem miro modo excitaretur, afficeretur, & inflammaretur, quasi plectro vocis eterne chorda mentis interior tangeretur.

Cum

17 Cum autem (ut D. Dionysius ait) amantis proprium sit, amantem cum re amata indissolubili vinculo copulare; ideo viri sancti anime sic cum dilecto suo colligata erat, ut vix vnquam ab eius conspectu, atque sua uisissima presentia mentis oculos deflesteret, & interdum etiam non posset. Itaque illud Sponsæ usurpare merito poterat: Fasciculus mirræ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Quia verò ut ignis lignorum appositione, ita charitas pijs cogitationibus augeatur; ideo vir sanctus ex mundi huius visibilis, & omnium creaturarum contemplatione in dilecti amorem incendebatur, & ex omnibus scilicet sibi quodammodo crexerat, qua in Deum ascendere.

Quis autem huius ignis scintillas, hoc est, charitatis huius effectus enarrare valeat? Huius enim charitatis quo Davidis exemplo animantia ipsa, atque adeo creaturas omnes ad diuinas laudes inuitabat: ut videlicet communem Dominum communi omnium creaturarum voce magnificaret. ¶ Charitatis erat, erga oues & agnos mira mentis dulcedo, hoc solo nomine, quod dilecti sui similitudinem quandam & nomen præferrent. Itaque; redemit frequenter agnos qui ducebantur ad mortem; mitissimè illius agni memor, qui pro peccatoribus redimendis ad occisionem duci voluit. Vt enim pantheram aiunt tanto hominum odio incensam esse, ut in simulacrum etiam hominis in filiat, atque illud discerpit: ita contra vir beatus tanto Christi amore æstuabat, ut vel tenuem illam eius imaginem, que in hisce animantibus elucebat, hac amoris dulcedine prosequeretur.

Charitatis etiam erat ardentissima illa erga sacram Eucharistiam deuotio (in qua dilecti sui corpus esse sciebat) in cuius contemplatione mens eius deficiebat, incredibili quodam omnium medullarum affectu, mentisque stupore summam illam Domini sui bonitatem, charitatem, & dignationem admirans, quæ se hominibus hoc modo tradere, & cum illis in hoc exilio habitare dignatus est. Porro autem in sacra communionem (quam sæpius frequentabat) tanta suauitatis dulcedine complebatur, ut quasi spiritu ebrius in mentis plerumque raperetur excessum. Quo indicio intelligere licet, quanta esset illa diuine suauitatis dulcedo, quæ omnes ad se anime vires sic attraheret, ut nullam prorús sentiendi vim corporis sensibus relinqueret.

Charitatis item erat, quod creaturas, etiã rationis expertes (quod ab eo, quem summè diligebat, condite essent) sancta quadam simplicitate fratres & sorores appellabat. Qui autem hoc affectu erga rationis expertes creaturas erat, quo animo erga eas, quæ sunt eius imagi

ne

Esal. 33.

Simil.

Canti. r.
Simil.

Simil.

ne in signis, & pretioso sanguine redempta, fuisse putatus est? Hoc planè nulla vis orationis explicare poterit. Hac autem de causa beatissimum Michaellem Archangelum singulari deuotionis affectu uenerabatur, eiusque diem festum quadraginta dierum ieiunio praeue niebat: quòd uidelicet eius curæ salus animarum credita esset. ¶ Cæterum si quis prauis consilijs aut exemplis scandalo aut offendiculo infirmis esset, bone Deus, quo doloris aculeo fauciabatur! quos æstus animi sustinebat! Eundem enim cum Paulo Spiritum nactus verè dicere poterat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non yror? Doloris itaque impatiens ad Dominum clamabat: A te, Domine, sanctissimo, & à tota cœlesti curia, & à me paruulo tuo sint maledicti, qui prauis exemplis atque consilijs bonos aliorum mores corrumpunt. Itaque tanta sæpe ob pusillorum scandalum afficiebatur molestia, vt deficere sibi præ cordis amaritudine videre 27 tur, nisi fuisset diuinæ consolationis virtute roboratus.

Iam verò Euangelica illa paupertas, quam vir sanctus tantopere adamauit, quamque rebus omnibus antetulit, vnde quaso nisi ab hac ardentissima in Christum charitate manauit? Charitatis enim est, vehementer ab eo velle redamari, quem vehemèter amet. Cum autem similitudo sit amoris conciliatrix, hinc amans amato quàm simillimus fieri optat. Cùm igitur vir sanctus Christum Dominum (quem tam ardentè amabat) ad eò pauperem & in vita & in morte cerne ret, tota animi contentione ad eiusdem paupertatis communionem aspirabat, beatissimum se fore ratus, si cum paupere Christo pauper esset, si cum nudo nudus, si cum esuriente esuriret, & cum algente algeret. Denique vt omnibus in rebus Christo pauperi conformis esset, moriturus se nudum è strato in terram proiecit: quodque mirabilius est, præcepit fratribus, vt posteaquam animam efflasset, aliquanto spatio nudus & inhumatus relinqueretur, vt hac ratione pendens in cruce Domini nuditatem imitaretur, qui & ante mortem, & post mortem nudus in cruce penderet. ¶ Ad mentem verò sæpe pijsimo cordis affectu illa Domini verba reuocabat: Vulpes foueas habent vbi caput suum reclinent: & illud item Apostoli, Scitis gratiã Domini nostri Iesu Christi, qui cùm diues esset, pro nobis egenus factus est, vt illius inopia vos ditarem. Nulla autem ratione vir sanctus ferre poterat se in delicijs vitam agere, cùm dilectissimum Dominum ipsius gratia paupertatis molestias & incommoda perferentem cerne ret. Quis autem castissimæ spõsæ persuadere valeat, vt in delicijs vitæ agat, si dilectissimus eius spõsus dira captiuitate atque inopia in-

tuo.

23 ter barbaros & immanes hostes prematur? Cum igitur beatus pater Franciscus dilectissimū Dñm in stabulo nascentē, & præsepi cubatē, & in cruce nudū morietem, & in vita cleemosynis piarū feminarū visitantē, sanctissimamque eius matrē eadē inopia laborantē (vt pote quæ agnū non haboret, quem in purificatione sua offerret) cū hæc, inquam, omnia tenerimo cordis affectu contempleretur, nihil prius habuit, quàm vt hanc eandem paupertatē, tanquã Regis æterni sponsam, ac totius vitæ fociam, toto animi studio amplecteretur, seq; tantò feliciorē crederet, quantò se illis similiorem videret. Quamuis autē vir sanctus multiplices virtutis huius fructus agnosceret (quibus in eius amorem rapiebatur) hæc tamen Christi similitudo sancti viri mentem ad huius virtutis amorem multò magis inflam mabat.

Denique tanto huius virtutis amore flagrauit, vt nouū in Ecclesiã ordinē instituere decreuerit, cuius præcipuū fundamētum, paupertatis humilitas esset. Quæ res ad eò per id temporis à seculi sapientibus, tanquã impossibilis, improbata est, vt cùm beatus pater Innocentium Pontificē Maximum adijisset, vt ab eo huius noui instituti confirmationem impetraret, ab eo non sine indignatione fuerit repulsus, quòd rem peteret, quæ stare diu atque durare minimè posset. At vir sanctus fiducia in Deum plenus, alio die Pontificem diuino iam miraculo præmonitū adijt, idemque, quod antea postulauit, adijciens, nequaquam Euangelicæ paupertatis professoribus victum aliquando defuturum. Quam rem, à Deo doctus, elegantissima hac parabola cõfirmavit: Rex, ait, quidam potentissimus pauperulam atque formosam fœminam sibi desponsauit: ex qua liberos suscepit: 25 Cumque ij patris imaginem præferrent, iussit eos Rex è mœsa sua regio cibo tanquam legitimam sobolem sustentari. Sic ergo cùm cœlorum Rex paupertatem sibi, quamdiu in hoc mundo vixit, indissolubili amoris vinculo desponsauerit, paupertatis autem huius filij atque cultores Regis huius imaginem præferant, non dubium quin eos Rex tanquam legitimam sobolem, sibi que similem agnos cens, è diuite ipsius menta, quæ latissima est, cibum illis ministrari præcipiat. Non est igitur formidandum ne fame pereant Regis æterni filij, qui ad imaginem Regis Christi per Spiritus sancti virtutem de paupere matre nati, per spiritum paupertatis sunt in religione pau percula generandi. Qua quidem parabola proposita vehementer Pontifex in pauperulo & illiterato homine tantam sapientiam admiratus, simulque diuino iam oraculo permotus, paupertatis Regulam, quam pius Pater postulauerat, approbavit.

Nec

Nec fanctum virum spes fua fefellit. Tantum enim abfuit vt à fe 26
inftitutus Ordo inopia cogēte defecerit, vt ob hoc ipfum fupra om-
nes alios ordines auētus ac dilatatus fuerit. Exiguus namque expen-
fis monafteriū humile, extruitur: quo extructo, facile monachi fine
vllis reditibus quæ funt ad pauperem ac tenuem vitam neceffaria fi-
bi comparant. Hinc factum eft, vt vnicus beatiffimi Patris ordo plu-
ra fortaffe intra fe cœnobia, quàm reliqui omnes omnium aliorum
ordinum contineat. ¶ In quo etiam opere Dei prouidentia mirabili-
ter elucet, qui cūm præcipuus huius inftituti autor fuerit, eam mētē
cunctis mortalibus immittit, vt audito nomine Francifci, nauiculato-
res, pifcatorēs, Itabularij, publicani, atque omne poftremum genus
hominum ftipem cūctis eius feētoribus porrigant, nullumque ab
eis veētigalis aut tributū genus exigant: Quodque mirabilius eft, illa
etiam immanis Turcarum natio nō modò nihil ab illis (quemadmo- 27
dum ab alijs fidelibus) tributorum exigat, fed ftipem etiam & elec-
mofynam petentibus præbet. Quod ego planè quoddam miraculi
genus à diuinæ prouidentia cura profectum efle non dubito.

Nec minus miror, eundem paupertatis fpiritum, & amorem, qui
in beato Patre præfuit, ad eius quoque filios permanefle. Cum enim
omnes omnium ordinum homines, qui in toto orbe verfantur, om-
ni ftudio aurum quarant, aurum ftitiant, ac penè adorent, paupertati-
temque per faxa, per ignes fugiant, plurimos in hoc fanctiffimo or-
dine viros ac fœminas reperire licet, qui contra omnium mortalium
vota ac defideria maiori ftudio paupertatē, quàm illi diuitias qua-
rant. Quis igitur non apertè videat, hunc fpiritū atque animum non
à carnis natura (quæ fua vbiq̄ue commoda captat) fed à cœlefti gra-
tia proficifci? 28

§. III.

¶ Video me, fratres, paulò diutiùs in paupertatis commendatione
fuiſſe immoratum, quam ab eximia fanctiffimi Patris in Chriſtum
charitate profectam fuiſſe diximus. Nunc maiora adhuc charitatis
eius indicia proferamus. Conflat multos efle in charitate gradus,
qui à fanctis Patribus numerantur: inter quos poftremus, Deoq̄ gra-
uiſſimus eft; cūm vir pius tãto Dei amore flagrat, vt nihil magis in vo-
tis habeat, quàm varias propter eius amorem calamitates & labores
alacri animo, perpeti. Quod vt excellentiffimum charitatis opus; ita
maximum eius indicium eft. Hoc enim defiderium non à carnis na-
tura (quæ omni femper moleſtia vacare cupit) fed à cœlefti Spiritu
proficifci, maximum indicium & argumentum eft. Quocirca, fra-
tres,

tres, quicunq̄ue toto ftudio ad diuinam gratiam afpiratis, nunquam
opera veſtra conquieſcāt, donec aliquam intra vos huius defiderij
ſcintillam ſentiat. ¶ Cæterum cum inter omnia quæ nobis in vita
chara ſint, vita ipſa ſit longè chariſſima, ſummū charitatis opus eſt,
hanc ipſam propter maiorem in Deum charitatem velle profundere;
cūm præfertim Saluator dicat; Maiorem hac dilectionem nemo
habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Hoc autē
defiderium aded in beato Franciſco flagrauit, vt ſemel, & iterum, &
tertiò ad in fidelium terras proficifci rētauerit, vt hac defiderata mar-
tyrij corona fruereſetur. Nec enim eius animus vllò modo cōquieſce-
re poterat, niſi vitam & ſanguinem pro eius amore funderet, qui pro
ſe priùs vitam & ſanguinem fudit. Sexto namque conuerſionis ſuæ
anno in Syriam Sarracenis prædicatam nauigauit. Ventris autem
30 reſtantibus in Sclauonia portum appellere cōpuliſus eſt. Hoc igitur
defiderio eo tempore fraudatus, & ſiti hac vehemēter eius animum
extimulante, ad Marrochium, Mauritaniae vrbe, iter arripuit, vt Mi-
ramolino & genti eius Chriſti Euangelium prædicaret: ſi quæ fieri
poſſet, vt ad defideratam martyrij palmam perueniret. Tanto nam-
que eius defiderio æſtuabat, vt quamuis imbecillo eſſet corpore, pe-
reginationis ſuæ præcurreret comitem, & velut ſpiritu ebrius in eo
itinere ſeltinaret. Sed cū iam in Hiſpaniam veniſſet, diuina diſpen-
ſatione, quæ ipſum ad alia referuauerat, grauiffimo morbo corre-
ptus, quod optabat, implere nō poterat. ¶ Verū charitatis ardore
eius mentem ad martyrium acerrimè perurgente, iterum ad infide-
les ire deftinauit. Tertio decimo namque conuerſionis ſuæ anno in
Syriam profectus, multis ſe periculis cōſtatiffimè expoſuit, vt Chri-
ſti Euangelium Soldano, Babylonis Regi, ac populo eius annuntia-
ret. Quo tempore aded implacabile bellum inter fideles & Babylo-
nios intercedebat, vt Soldanus Chriſtianos omnes, vbiq̄ueq̄; reperi-
ti eſſent, interfici iuberet, & pro oblato occiſi Chriſtiani capite au-
reum nummum polliceretur. Cum igitur beatus Pater & ſocius in ſa-
tellitum Regis manus incidiffent, multis ab eis, tanquam agni à lu-
pis, verberibus & iniurijs crudeliſſimè affecti, ac poſtremò vinculis
aſtricti, ad Soldanū (quod fanctus Pater cupiebat) adducitur. Cū
is igitur ab illis quæreret, à quo in regnum ſuum miſſi eſſent, & quid
in eo moliri vellent; intrepidus Dei ſeruus reſpondit, ſe nō ab homi-
ne, ſed à Deo miſſum fuiſſe, vt ei, & eius populo viam ſalutis ofſede-
ret, & veritatis Euangelium prædicaret. Tanta verò animi conſtan-
tia, tantoq̄; ſpiritus ſeruore coram eo de vera pietate, deque Domi-
ni-
Tom. ij. Bb nica

Lucæ. 21.

nicae incarnationis mysterio disseruit, vt aperte constaret, verum esse quod Saluator dixit; Ego dabo vobis os & sapientiã, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Nam & Soldanus admirandum in viro Dei spiritus feruorem & virtutem animaduertens, liberenter ipsum audiebat, & ad moram contrahendam cum eo instantius inuitabat. Christi verò seruus superno illustratus miraculo, Si vis, inquit, ad Christum cum populo tuo cõueri, libèter tecum ob illius amorem commorabor: si verò de Christiana fidei veritate dubitas, legemq; tuam veriorè arbitaris, præcipe ignè quàm maximum accendi, & ego cum sacerdotibus tuis ignem ingrediar, & quibus ignis ardor pepercerit, horum fidem synceram & immaculatam esse fatearis. At ille, Non, inquit, arbitror ex sacerdotibus meis quenquã periculum hoc esse facturam. Ad què vir sanctus; Si promiseris te ac populum tuum ad Christi Domini mei cultum traducturum, si ignem illæsus intrauero, & exiero, ego solus ingrediar: quòd si combustus fuero, peccatis meis imputetur: si autem illæsus exiero, Christianorum fidem veram esse cognosce. Soldanus autem hanc se optionem accipere non audere respondit, quòd populi seditionem formidaret. Obtulit tamen multa munera, magnaq; vi preum instabat, vt si non sibi, alijs saltem ea præbiturus acciperet: quæ tamen omnia vir sanctus non terrenarum rerum, sed salutis animarum audis quasi lutum spreuit. Sic igitur Dei dispensante clemètia factum est, vt Christi amator mortem pro ipso totis viribus exquiret, nec tamen inueniret, vt & merito non careret optati martyrij, & pro eo in posterum seruarietur sacrorum stigmatum singulari priuilegio decorandus. O verè beatum virum, cuius etsi caro tyranni ferro non cæditur, occisi tamen agni similitudine non priuatur! ò, inquam, verè ac planè beatum, cuius animam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit!

His argumentis, fratres, quanta beatissimi huius Patris erga Christi charitas fuerit, satis aperte colligitur. Reliquu est, vt videamus, quantum à Christo dilectus fuerit, qui tantopere Christum dilexit. Hoc planè ex bonorum omnium communione cõiscere licet; cum verè amicitia proprium sit, & se, & sua omnia cum amico cõmunicare. Hoc autem primum illi quidè Dominus præstitit, cùm omnis generis morbos, & omnia item animantia illius imperio subiecit: qua de re suo loco dicemus. Hoc autem quid aliud erat, quàm viro sancto, quod diuinitatis proprium erat, tribuere? Creatoris enim est, vt creaturæ omnes ipsi ad nutum obediant, quod videmus huic

viro

35 viro sancto fuisse concessum. ¶ Caterum cùm amicorum omnia sint communia (nec enim perfectæ amicitia lex patitur, vt amicus ab amico quidquam velit habere seiuicium) ea inter Christum & virum sanctum amicitia fides extitit, vt post hoc singulare imperium, nouam aliam gloriam & honorem, hoc est, pretiosa illa vulnerum suorum stigmata (quibus mundum redemit, quibus de huius mundi principe triumphauit, quibus cælestis regni occlusas fores aperuit, quæ ad sempiterni huius triumphii memoriam non in feris rapetibus, sed in suo corpore reliquit) in amici sui corpore imprimere dignatus est. Quid hoc beneficio maius? quid hoc priuilegio sublimius? quid hoc opere mirabilius? Filius Petri Bernardonis, à patre olim in vincula ceu stultus contentus, propter immaculatam vitæ puritatem eò celsitudinis à puritatis amatore euectus est, vt solus ipse cum Christo post resurrectionis gloriam his humanæ salutis insignibus inter Sanctorum omnium choros effulgeat. Nec enim quam eius corpori gloriam contulit, in resurrectione auferet. Quantum ergo diuina erga sanctum virum dilectionis hoc indicium & argumentum fuerit, Ionathæ Saulis filij exemplo intelligere licet; qui Dauidem à cæde Goliz redeuntem, eiusque caput in manu gestantem, tanto amore prosequutus est, vt quemadmodum animam suam, ita illum dilexisse feratur. In cuius rei argumentum expoliavit se. Ionathas tunica sua, deditque Dauidi; nec non & reliqua vestimenta, vsque ad gladium, & arcum, & baltheum. Itaque magnus ille amicus, qui se totum atque animam suam amico tradidisset, si potuisset, cum hoc non posset, vestibus suis & armis illum insigniuit atque decorauit. Si igitur vestium & armorum donatio pro maximo amicitia argumento in sanctis literis memoratur, quale, quæso, fuit non vestem, aut arcum, aut gladium (quæ extra corpus sunt) sed ipsa sacrorum vulnerum stigmata, quæ Christus Dominus in corpore suo gestabat, in amici sui corpus transferre? Ea igitur huius amicitia magnitudo extitit, vt posteaquam alia omnia tradidisset, nullo modo conquisceret, nisi hoc etiam, quod vni sibi Dominus reseruauerat, quodque nemini hætenus concesserat, in vnum Franciscum contulerit. Quis igitur hic non exclamet? quis non hanc tantam Dei nostri fidem, bonitatem, suauitatem, & charitatem erga fideles seruos suos non miretur, non adorèt, non obstupescat? Hunc igitur, fratres, Dominum toto cordis affectu diligamus.

B b 2

hunc

1. Reg. 18.

hunc imis visceribus condere studeamus, illum dies noctesque cogi-
temus, sanctissimas illius leges semper ante oculos habeamus, ob
eius amorem, si ita opus fuerit, mori parati simus prius quam eius le-
ges infringamus, vt sic tandem, aspirante eius gratia, per obedientiam
mandatorum peruenire mereamur ad regnum caelorum.

IN EODEM FESTO BEATISSIMI
Patriarchae Francisci Concio tertia; in qua, post Euangelicę le-
ctionis explanationem, de singularibus sanctissimi Patris
huius virtutibus & meritis agitur.

*T H E. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide
pretioso. Eccl. 50.*

Simil.



Agna nobis hodie, dilectissimi, prouincia ad dicendum
proposita est, ad quam nulla dicendi facultas par esse
queat. Vt enim inter aues nonnullae sunt, quae adeo
pernici volatu in supera loca ferantur, vt penę visum
effugiant: ita inter Sanctos nonnulli reperiuntur,
quorum altissimas virtutes mens humana comprehendere, ac multo
minus verbis explicare valeat. Quod de beatissimo patre Francisco
intelliget quisquis eius vitam, & clarissimas virtutes, atq; innumera
propę miracula studiosę perlegerit. Non tamę arbitror sacratissimę
Virginis opem in beati serui sui Francisci laudibus predicandis desue-
turam, quando is eam toto vitę suę tempore singulari quadam
religione ac pietate coluerit: causamque huius tantę erga illum dilectio-
nis & religionis aiebat esse, quod ea Dominum maiestatis, fratres no-
strum effecerit. Non potuit paucioribus verbis hoc tam ingens debi-
tum amplificari. Quid enim maius, quid sublimius, quam vilem ho-
municationem atque vermiculum habere vnigenitum Dei filium (qui
omnia potestate infinita complectitur) non modö Patrem, sed fra-
trem etiam, os nostrum & carnem nostram? Quam rem non solum
immense Christi bonitati, sed magna etiam ex parte eius gloriose ge-
nitrici debemus. Quin & illud pijsimum sancti Patris affectum erga
Virginem augebat, quod nouę vitę suę initium & finem in quadã
Virginis Ecclesia (quę sancta Maria de Portiuncula vocatur) habuif-
set. In ea enim euangelicę vitę institutum cepit, ad eamque morti
iam

iam proximus se deportari mandauit, vt ibidem viuendi finem face-
ret, vbi eiusdem Virginis opę adiutus, nouę vitę initium sumperat,
eundemque locum in magno honore atque reuerentia à fratribus
suis haberi præcepit. De huius igitur viri sanctissimi virtutibus ho-
dię dicturi, caelestem opem, eiusdem sacratissimę Virginis interuen-
tu, suppliciter imploremus.

¶ Priusquam id quod proposuimus, expedire incipiamus, Euangelica
lectio, quę maxime cum beatissimo Francisci instituto colliet, et
paucis explicanda est. In ea igitur amator hominum Dominus Iesus
caelesti Patri gratias agit, quod euangelicę doctrinę mysteria (quę
aditum nobis ad sempiternam felicitatem patefaciunt) prætermisissis
prudens & sapientibus seculi, parulis, hoc est, rudibus piscato-
ribus voluerit manifestare, vt ipsi alios doctrina sibi diuinitus tradi-
ta imbuentes, eiusdem felicitatis confortes efficerent. Cur autę huius-
modi operarios ad hoc tantum opus caelestis Pater elegerit, non ali-
am causam Filium, quam eius rectissimam voluntatem assignat: quę
certissima totius æquitatis & iustitię regula & norma est. Ferunt Py-
thagorę discipulos tantam fidem præceptoris sui placitis habuisse,
tantaque illum religione coluisse, vt quavis argumētatione firmior
apud illos eius autoritas esset. Itaque vitatum: apud illos argumētū
erat; Ipse dixit. Quanta verö fuerit apud homines Catonis. Vticensis
autoritas, declarat insignis Poëta, qui de cili inter Cæsarem & Pom-
peium bello scribens, sic de illo ait:

Quis iustius induat arma,

Scire nefas: magno se iudice quisq; tuctur.

Vitrix causa Dijs placuit, sed victa Catoni.

¶ Si ergo tanta hominibus autoritas tribuitur, quanta quęso immen-
sæ illi sapientię & æquitati tribuenda est? Valeat ergo apud nos, fra-
tres, in omni humanarum rerum inæqualitate hæc sola oratio. [Ita
Pater, quoniam sic fuit placitum ante te.] Hac enim sola oratione inter
tot calamitatū procellas se sanctus Iob consolabatur, cum diceret,
Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factū
est: sit nomen Domini benedictum. Iob. 1.

Subdit deinde Dominus: [Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et
nemo nouit filium nisi Pater, nec Patrem quis nouit nisi filius, et cui voluerit
filius reuelare.] Sunt inter fideles multi, qui afflicti solent, cum salu-
tem suam non tam in se, quam in diuina dispensatione sitam esse au-
diunt: perinde atque tutius ea in suis manibus, quam in diuinis po-
-

stra cetera. Vt igitur vana horum sollicitudini Saluator occurreret, eam in suis manibus a Patre posuam esse declarat: qui nullo modo (quod ad se attinet) eam perire patitur; quam is multo labore quaesitam super humeros suos baiulauit: & pro cuius salute innocentes in cruce nantis clauis terebrari, atque transigi passus est. Quod intelligens Vares regius his manibus spiritus sui salutem suam fiducia committebat, eum diceret: In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Cur hoc? Subdit huius fiduciae causam. Respondit: demisit me Domino Deus veritatis: Cuius enim manibus fidentius spiritum meum commendare potero, quam ipsi, quae pro me redimendo ligno crucis affixae sunt?

Psal. 30.

Vt autem hanc salutis nostrae curam ac desiderium Saluator in infirmis mentibus ostenderet, omnes ad se homines his amantissimis verbis adiocat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & c. Iugum enim meum suauiter est, & onus meum leue. Hoc est: quod seculi homines credere nullo modo possunt. Iugum enim Diaboli atque mundi suauissimum esse credunt, quod largam voluptatibus licentiam praebet: tuum vero iugum, Domine, importabile esse praedicant, quod eas frangere, & cohibere, carnemque spiritui seruire iubear. Iubeat plane: quod quidem rerum diuinarum imperitus difficile esse apparet, non ijs qui diuinae charitatis vim experti sunt. Cum enim incensa in Deum charitas ipsi super omnia placere desideret, intelligatque labores propter eius amorē alacriter susceptos, gratissimos illi esse, nihil magis cupit, quam varijs propter eum laboribus conflictari. In cuius rei fidem cūctorum Martyrum alacritatē, & patientiam asserre possem: sed his omnibus praetermissis, vnius D. Gregorij exemplum in mediū afferam. Cum is igitur grauisimo quodam morbo laboraret (cuius erat remedium, per singula penē momenta cibo reficere: idque instante Dominica Resurrectionis vigilia pateretur) maiori se tristitia affectū fuisse scribit, quod eum diei ieiunio praevēnire, & sanctificare non posset, quam quod leuifero illo morbo premeretur. Quocirca sanctissimum quendam virum, signis atque miraculis celebra, obnixē rogauit, vt facultatem sibi eo die ieiunandi à Domino impetraret: quod & factum est. Videtis ergo, fratres, quid praestet in Deum incensa charitas? Tantum enim abest vt labores religionis gratia susceptos horreat, vt illis carere mortis instar esse ducat. Hinc D. Bernardus, In eo, inquit, quod amatur, aut non laboratur, aut etiam labor amatur. Indicio nobis exit mater, quae filiolum nutrit, quae sa-

Greg. Did. log. lib. 3. cap. 33.

Bernard.

men

me nutritionis diurnum pariter & nocturnum laborem alacriter & libenter propter sobolis amorem perferit. Hic igitur erga Deum amorem, fratres, continuis precibus & gemitibus à Domino flagitatus, ab eoque contendamus, vt charitas Dei per Spiritum sanctum diffundatur in cordibus nostris: hac enim charitate incensa atque adiuti, facile fiet omne difficile. Hactenus de Euangelica lectione: nunc ad beatissimi Francisci laudes recurram oratio.

TRACTATIO THEMATIS

¶ Iam primum constat, fratres dilectissimi, primam omnium diuino operum causam esse, diuinam bonitatem: omnia vero Dei opera, quae penē sunt infinita, ad duo potissimum capita referri. Sūt enim naturae, sunt gratiae opera: quae omnia ab illo inexhausto diuinæ bonitatis fonte dimittant. Non enim vlla necessitate, sed sola bonitate inductus, omnia quae in caelo, terra, marique continentur, condidit. Eadem bonitas illum impulit, vt hominum mentes gratiae suae opibus sanctificaret, easque sibi similes redderet. Eademque bonitas fecit, vt post oblatum in cruce sacratissimi corporis sui sacrificium, & Spiritum sanctum in ecclesiis in Apostolorum pectora, & Apostolos ipsos in mundum mitteret: qui ad gratiae & gloriae suae opes mortales cunctos sine vlla generis aut sanguinis discretionē inuitarent. In caelum igitur, vnde ad nos venerat, regressurus, hac ad discipulos nouissima verba, iuxta Matthaei euangelij, dixisse memoratur. Euntes docete, omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quae cumque mandauit vobis. Cumque ad hoc omnium operum maximum, ac difficillimum, Apostoli imperitiā & infirmitatem suā causari possent, hunc eis timorē adimit, cum paulo ante haec verba dixit; Data est vobis omnis potestas in caelo & in terra. Et mox: Ecce, inquit, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque, ad consummationem saeculi, quod perinde est, ac si diceret: Ego, qui caeli ac terrae imperium nactus sum, sub cuius potestate, omnia supra atque infra continentur, vobis praesens adero, vosque in hoc tanto opere dirigam atque defendam. Hoc autem caelesti auxilio freti discipuli, nihil erat cur legationis huius officium formidarent, cum praepotentem caeli ac terrae Dominum ceptis suis fauentem haberent: quem non ad horam solum, sed perpetuò sibi assistentem speraret. Qua ex re colligere licet fratres, quā salutare mundo Christi regnum & potentia fuerit, & quantā nobis

Matth. 10.

Ibidem.

Bb 4 de tali

de tali potentia gratulari, & in Rege noſtro exultare debeamus, qui potentiam omnem, omneſque opes ſuas in ſalute noſtra promouenda collocauerit. Quam rem ſi alibi non obſcurè declarauit, cum ad Patrem dixit: Dediſti ei (videlicet filio tuo) poteſtatē omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam.

Quia verò ſalutarem hanc opem atque præſentiam ſuam nequaquam breui illo temporis ſpatio definiuit, ſed omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſæculi duraturam promiſit (vt quos pretioſo ſanguinis ſui æuore à peccati ſeruitute redemerat, eoſdem iam à peccatis purgatos, ad cœleſtes ſedes euocaret) ideoque illum bonitatis impulit, vt iturus in cœlum diſcipulos ſuos ad hoc opus deſtinaret, eadem etiam quamdiu mundus ſuperſtes fuerit, ad eandem curā, idemque miſericordię officium impellet. Apoſtoliſ igitur & vita & officio ſuo deſunctis, alios deinde operatioſ ad Eccleſiæ ſuæ vineā excolendam conduxit, hoc eſt, ſanctos Eccleſię Doctores, & Pontifices, qui ab eodem Domino miſi, & eodem Spiritu acti, in eadem vineæ cultura ſtrenuè laborarūt. Prætereo hic ſanctorum Monachorum & Anachoritarū examina, & eorum præcipuè, qui monaſtica vitæ fundamēta iecerunt (qualis Magnus ille Antonius Ægyptius, Baſilius, Benedicteus, atque Bernardus extiterē) venio ad vicina temporibus noſtris ſæcula, quæ nouiſſima eſſe putātur. Hac igitur hora, penè vndecima, duos eodem tempore Apoſtolicos & Euangelicos viros ſollicitus paterfamilias ineffabili pietatis ſuæ prouidentia deſtinauit, qui duorum clarifſimorum in Eccleſia ordinum fundatores & autores exiſterent, vt nō iſpſitantum, ſed eorum etiam ſectatores in toto terrarum orbe, in omnibus oris & gentibus ad ſinem vſque mundi hanc vineam excolerent, hoc eſt, animarum ſaluti operā darent. Eſtque res planè admiratione digniſſima, cum tanta ſanctiſſimorum virorum inopia in mundo ſit, vno atque eodem tempore hæc duo maxima luminaria in mundo orta fuiſſe, quæ non modò Apoſtolicæ vitæ clarifſimum ſpecimen ederent, ſed etiam Apoſtolicæ ſigna, & ingentia miracula, eadem fide & poteſtate patraret. Morbos enim omnis generis ſanabant; mortuos ad vitam reuocabant, Dæmonibus imperabant, & omnia naturæ iura, veluti Dij, quidam terreſtres, & omnium rerum domini, pro voto ſuo immutabant.

Si quis autem hæc ipſa, quæ diximus, paulò attentius conſiderauerit, intelliget planè, horum ſanctiſſimorum Patrum ſingulares, verèque mirabiles virtutes extitiſſe, nec amen incredibiles, quamuis eſſe videantur. Cuius rei cauſam paucis explicare tantabo. Eſt igitur

tur

35 tur intelligendum, autorem naturæ & conditorem Deum ſic res à ſe conditas inſtituiſſe, vt eaſdem veluti per claſſes & ordines diſtribuerit, atque vnicuique ordini rem aliquam, eiufdem ordinis maxime inſignem, veluti regem quemdam præſererit, quæ & omnibus illis perfectionis cauſam aſſerret, tantoque illis eſſet perfectior, quanto Rex ciuibus ſuis præſtantior eſt. Sic igitur in claſſe corporū calidorum ignis principatum obtinet, qui cunctis corporibus, calidus ipſe, caloris ſui cauſam aſſert, eaque omnia calefaciendi virtute longè ſuperat. Sic etiam in ordine lucidorum corporum Sol principem locum tenet, & ſyderibus cunctis ita lucem præbet, vt nullum eorum Solis ſplendorem æquare poſſit. Cum igitur rerum omnium Dominus & naturę, & gratiæ autor ſit, nihil mirum, ſi quem ordinem in naturæ operibus poſuit, eundem in operibus gratię retineat. Quem 36 quidem ordinem & in ſe ipſo (qui ſanctorum omnium ſanctificator eſt) & in Apoſtoliſ declarauit, quos Eccleſiæ ſuę principes, atque ſalutis & iuſtitiz miniſtros, & omnium virtutum exemplar conſtituit. Hinc vnus eorum cæteros fideles ad ſui imitationem hiſ verbis prouocat: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Ad hunc ergo modum hos duos ſanctiſſimos viros Dominus deſtinauit, vt Euangelicæ vitæ doctores atque ductores exiſterent: vnde conſequeſ erat, vt qui alijs in religionis & ſanctitatis miniſtros, atque virtutis exemplum dati eſſent, longiſſimo interuallo ſanctitatem eorum ſuperarent, qui ſub eorum inſtitutis & regula militarent. Quod intelligens beatifſimus pater Franciſcus, ſupra vires, & ſupra modum corpus ſuum varijs morbis penè conſectum, ieiunijs, vigilijs, itineribus, nouiſque laboribus atterebat. Cumque huius rei gratia à fratribus obiurgaretur, quòd qui carnem iam haberet pleniffimè ſpiritui obſequentem, tot illam modis affligere: illè reſpondebat, ſe alijs in virtutis exemplum datum eſſe, ideoque quod frandæ carni minus neceſſarium erat, ad aliorum virtutum excitandam eſſe neceſſarium. Sic enim domini ſui exemplo iuſtitiam omnem vir ſanctus implere cõturbat. Conſtat igitur ex hiſ, verè eſſe quod initio diximus, beatifſimum hunc Patrem (quem Dominus celeberrimi ordinis Patriarcham, principem, & columnā, & clarifſimum virtutum omnium exemplar eſſe volebat) omnia virtutum ornamenta ſupra omnes eius ſectatores, veluti quemdam inter ſydera Solem, donatum ab eo fuiſſe. Cuius rei fidem facit commiſſi muneriſ dignitas. Quis enim impoſſibile, aut incredibile eſſe credat, quod immenſa illa bonitas atque potentia facere conſtituit, quæ mi-

Bb 3 uis

Psal. 113.

uis id coramunem hominum fidem superare videatur? Omnia enim quæcunq;e voluit Dominus fecit in celo & in terra; in mari, & in omnibus abyssis. De potentia igitur dubitare nemo potest, & multò minus de voluntate; cum ad eius sapientiam pertineat, quæ in summo Ecclesiæ cardine collocare decreuerit, summis virtutibus exornare.

¶ De eximia igitur hodiè beatissimi Francisci sanctitate virtutibusq;e dicturi, appositisimè hanc illi sententiam accommodauimus; [*Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso.*] Auri enim nomine charitatem; quæ virtutum omnium princeps est: lapillorum autem appellatione virtutes accipimus; quæ vt charitati deseruiunt, ita charitatem ipsam exornant. Sic tamen virtutum eius narrationem instituemus, vt quem viuendi ordinem retinere debet quisquis ad perfectioris vitæ studium aspirat, in sermone nostro explicemus.

simil.

Quicumq;e igitur in hoc virtutis curriculo exerceri cupit, veræ humilitatis ante omnia solida fundamenta iaciat. Vt enim ædificari domum rudera prius omnia fodiendo egerunt, vt ad firmum scolum perueniant, supra quod domum ædificent: ita vir pius viribus suis indultriaq;e (quæ solida firmitatis nihil habent) dissisus, firmæ petræ, hoc est, diuinæ gratiæ præsidio innitatur: hic enim prior verè humilitatis gradus existit. Alter verò est, vt homo & nature sue imbecillitatem, & præteritæ vitæ maculas agnoscat, seque ob eas, quantum fieri possit, interius exteriusq;e submisso atque humili animo gerat, nulliq;e se præferens, omnibus se inferiorem, diuinæq;e gratia indigniorem iudicet. Hanc igitur virtutem (quæ aliarum omnium & decor, & cultus, & fundamentum est) tanquam veram paupertatis Euagelicæ germanam, & à Christo Domino ad imitandum nobis propositâ, maximo studio Pater sanctissimus coluit, quæ tantò in eo extitit mirabilior, quanto eius vita extitit sanctior. Iudicio quidè & æstimatione sua nihil erat nisi peccator, cum reuera totius probitatis exemplar esset. Super hanc igitur studeuit ædificare se ipsam, atq; vt sapiens architectus hanc vitæ morumq;e suorum fundamentum esse voluit. Aiebat præterea, Virtutis huius stabilendam gratia maiestatis Dominû ad infima nostra descendisse, vt non modo verbis, sed totius vitæ atq; mortis suæ exemplis humilitatem doceret, humilitatem prædicaret, atq; ingentes humilitatis opes hominibus commédaret. ¶ Admonebat mundi laudibus atq;e vocibus seruorum Dei aures esse occludendas, nec se quenquam hominû iudicio,

iudicio, sed diuino metiri debere. Tantis enim aiebat, quisq; est, quantus est in illius oculis, qui spirituum ponderator est, quisq; renes seruatur & corda. Sæpe enim quod hominibus altû est, abominatio est ante Deû. Vnde cum beatus Pater ab alijs laudaretur, dicere solitus erat, Adhuc filios & filias habere possum: adhuc in freto, non in portu nauigo: nolite ergo me laudare vt securû. Nemo enim laudâdus, cuius incertus est exitus. ¶ Deniq; adeò virtutis huius amator extitit, vt quemadmodû Reges à nobilissima regni sui ciuitate nomenclaturâ titulûq; accipiunt; sic ipse, què instituebat ordinè, ab hac nobilissima virtute nomen sortiri voluit, vt is videlicet Minorum ordo appellaretur (quod est humilitatis insigne) & qui cæteris in eo præficerentur, non præfectorû, sed ministrorum nomè haberet: vt vtròsq;e ipsum professionis & officij nomen, humilitatis admone-ret.

22. Quid autè minoris nomè ab huius instituti professoribus exigeret, vir sanctus his verbis cuidam socio declarauit: Nequaquam minoris nomen iure mihi tribuere poterò, nisi ea mente fuero, quam tibi modo describâ. Si hoc ipso tempore, cum huic ordini præfectus sum, comitia celebrentur, & ego in eis officij mei autoritate fungar, fratres autem omnes vno consensu mihi dicant; Nolumus te præfecturam hanc administrare, quòd illiteratus, elinguis, simplex, & rudis sis, tandemq;e ab illis multis affectus opprobrijs ab officio & congregatione expulsus fuero: si hæc, inquam, omnia non eodem vultu, eadèq;e lætitia pertulero, minoris nomine indignus sum. Quid igitur hac humilitate altius? quid sublimius?

Verùm hæc omnia humilitatis argumenta illud maxime superare videtur, quòd vir sanctissimus, qui tantum perfectionis culmen attigerat, ad sacerdotij munus promoueri ausus non fuit: tanta in eo humilitas, tanta erga diuinissimum altaris sacramentum reuerentia extitit. Quo exèplo liquet, quàm sit illorû temeritas & audacia accusanda, qui ad sacros ordines illois (quod aiunt) manibus irrûpûnt: qui nõ vocati à Deo tâquâ Aarò, sed sponte sua summâ illâ sacerdotij dignitate (qua nulla est in teris maior) inuadûnt, qui sacerdotis officio non ad animæ salutè, sed ad terrena cõmoda augèda, sine vlla animi præparatione, aut diuinè maiestatis reuerentiâ abutûntur. ¶ Quia verò obediètia humilitatis legitima soboles est, q; verè humilis erat, nõ potuit nõ esse magnè obediètiæ cultor: idq; adeò vt (quod nemini hæcenus cõtiguit) Ordinis à se instituti præfecturâ repudiaret, & qui maior erat inter oès, se minorib; subdere nõ erubesceret. Vtigit humilitatis cõseruadæ gratia sacerdotij dignitatè nõ admittit: ita obediètiæ amore inductus,

inductus, praefectura officii recusauit. Quam quidem virtutem tam opere adamauit, vt ad socios aliquando dixerit: Hanc de Domini misericordia gratiam consecutus sum, vt tam libenti & placido animo recenti nouitio (si is mihi in praefectum daretur) obedire, quam veterano cuilibet ordinis patri. Subditus quippe praepositum sibi patrem non vt hominem aspicere debet, sed vt illum, pro cuius se amore illi subiicit: qui quanto fuerit vilior, tanto virtus obedientiae erit apud Deum gratior. ¶ Cum verò ab ipso quaereretur, quis esset verus obediens; mortui hominis exemplo id declarauit: Tolle, inquit, corpus exanime, & quo in loco volueris reponere: videbis illud nec repugnare motum, nec reclamare dimissum, nec vlla ratione aduersus motorem indignari. Hic igitur verus obedientiae cultor est, qui cur moueatur non diiudicat, vbi locetur non curat, vt alibi reponatur non instat, euectus ad officium solitam seruat humilitatem, & quò magis honoratur, hoc se magis honoribus iudicat indignum.

Cæterum vt ab humilitate & obedientia, virtutum fundamenta iacientes, ad alias conscendamus, tertio loco abstinentia, & carnis maceratio sequitur, quæ carnis superbiam comprimit, eandemque spiritui subiicit, quæ pro commisis sceleribus Deo satisfacit, quæ ad sacras vigilias, & orationis studia corpus & mentem aptat, cæterisque virtutibus miro modo deseruit. Quæ quidem virtus in hoc beatissimo Patre tantò fuit mirabilior, quanto is grauioribus stomachi, splenis, epatis, & oculorù morbis tota penè vita laborauit. Nam præter consueta Ecclesiae ieiunia, & cõsecratam Christi Domini exemplo Quadragesimam, alias ipse sibi quadragesimas simili ieiunio obseruandas proposuerat. Ab Epiphaniæ namque festo, (eo videlicet tempore, quo Christus Dominus in deserto latuit) solitudinis loca petebat, ibique in cellula reclusus, quadraginta dierum spatio ieiunij, vigilijs, orationibus, atque diuinis laudibus vacabat. Ad honorem verò beatissimæ Virginis (quam inexplicabili complectebatur affectu) à festo Apostolorum Petri & Pauli, vsq; ad gloriosam eiusdem Virginis assumptionem deuotissimè ieiunabat. Ad honorem verò beatorù Spirituum (qui electorum animas mirifico Dei amore inflammant) indissolubili erat am oris vinculo copulatus. Ideoque ab assumptione Virginis gloriose totidem quadraginta diebus, ieiunij, & orationibus incumbebat. Apostolos verò omnes, præcipueque Petrum & Paulum, propterea quòd flagrantissimo Christum amore prosequerentur, eximia charitate diligebat: in quorum gratiam aliam ipsis quadragesima m d edicauerat. Sic igitur verus Christi pau-

per,

per, qui nihil aliud nisi duo æra minuta, corpus scilicet & animam habebat, hæc ipsa propter Domini sui amorem sic offerebat, vt omni ferè tempore per abstinentiam ieiunij corpus, & per ardorem delictorij spiritum immolaret; exterius in atrio corpus sacrificas, interius verò suauissimè adolens thymiama. ¶ Quin & illud eius abstinentiæ mirè commendat, quòd frequenter appolitos cibos, ne palatum allicerent, neue inimicam carnem oblectarent, permutare solebat, vt nihil ei in vita nisi solus (pòsus dulcis esset; qui cò castis mentibus dulcior est; quò magis ipsi dulcia cuncta ob eius amorem repudiata. Quid hoc in loco dicent, qui omnes opes suas, & omnia vitæ studia in hoc vanè conferunt, vt inimicam carnem voluptatum genere foueant? quodcum faciunt, atrocissimum & familiarem contra se hostem ar mant: qui tantò difficilius vincitur, quanto maiores aduersus spiritù

38 vires hac molli indulgentia colligit.

Cæterum abstinentiæ germana & coniuncta virtus est; oratio. Illa enim ad spiritualem melodiam corporis & animæ instrumētum per ieiunij aptat: oratio verò suauissimè Deo canit. Quæ quidem virtus adeò familiaris beato viro fuit, vt tota eius vita, perpetua quædã esset oratio. Ea autem erat contemplanti solatium, per quam in terra positus, cogitatione & auiditate inter Angelorum choro versabatur. Erat & operanti præsidium, dum in omnibus quæ agebat sibi diffidens, orationis suffragio se à Deo dirigi postulabat. Ita quæ fratres suos omni ratione ad huius virtutis studium excitabat, assensuenter affirmans, neminem in Dei obsequio, & virtutum acquisitione prosperos successus, nisi virtutis huius præsidio habiturum. Ipse verò ambulans & sedens, laborans & à labore vacans, domi ac foris adeò erat precationi intentus, vt illi videretur non solum quidquid erat in eo cordis & corporis, verum etiam operis & temporis dedicasse. Cum verò aliqua spiritali dulcedine à Domino reficeretur, nullã interposita mora mentem suam illi percipiendæ atque fruendæ aptabat. Quod si hoc illi in itinere fortè contigisset, socios præcedere volebat, ipse verò gradum in eodem loco figebat, ne in vacuum eam Dei gratiam reciperet. ¶ Illud verò singulare, maximeque imitandum, quòd quãta poterat diligentia, quidquid donorum à Deo recepisset, neque vter bis, neque vllis externis signis, aut vocibus, aut corporis motibus foris propalabat, secretum suum sibi seruans. Qui secus autem faceret, leui aiebat mercede rem inæstimabilem amittere, donantisque manum ad donandum contrahere: Si verò aliquando tanta vis diuine visitationis & consolationis esset, vt nullo modo possent interni ho-

minis

minis claustris ita contineri, vt non se aliquo externo indicio prode-
ret, sin gebat aliquid, ne vllam astantibus perceptorum donorum sig-
nificati onem daret.

6. II.

¶ His quatuor virtutibus, fratres, quas hactenus commemorauimus,
pius homo sibi ipsi, suoque profectui præcipue vacat, sibi que magis
quam alijs consulit. Quod quidem initio vite religioſæ primo loco
curandum est, vt videlicet ordinata charitas à se primùm incipiēs, in
alios deinde, cum adultior fuerit, excurrat. Sic enim videmus naturæ
autorem Deum in omnibus siue plantis, siue animantibus hunc ordi-
nem seruare, vt prius quidem ea ad iustam maturitatem perueniant,
deinde aut fructus, aut fetus pariât: priori quidem loco sibi, deinde
alijs operam dâtes. Cum ergo vir pius in his se virtutibus, quas com-
memorauimus, exercuerit, ad alios & in corpore, & in anima iuuan-
dos, per misericordiæ & benignitatis opera procedat. Quod beatissi-
mus pater Frânciscus cumulatiſimè præſtitit. Quamuis enim & spiri-
tu, & corpore pauper eſſet, nunquam tamen illi deſiuit quod paupe-
ribus daret. Vestes enim exibat, easque indigentibus, Christum in
pauperibus contemplans, largiebatur. Vnde cum Apostolorum limi-
na viſitaret, cernens inter pauperes, qui ibi aſſidebant, vnum laceris
vestibus tectum, se ipsum nudauit, quod illum indueret; ipseque semi-
cinctijs obuolutus, inter eosdem pauperes tota die cum incredibili
quâdam spiritus suauitate, & paupertatis amore ſedit. ¶ Accidit etiã
vt ipſi Senis redeunti, pauper occurreret. Cumque sanctus pater pro-
pter morbum quo per id temporis laborabat, palliolo quodam eſſet
obuolutus, ad focium ait: Oportet vt alienū Domino ſuo reddamus:
hoc enim palliojum mutud accepimus, tantisper eo vſuri, dum pauperi
occurreret. Cumque focium patris neceſſitatem conſiderans
pertinaciter obſiſteret, quod alij conſuleret ſe neglecto, qui magis in-
digeret, ille contra, Pro furto, ait, mihi à pauperum parente Christo
imputandum eſſe credo, ſi huic egenti non ſubuenero. Cum autem
miſericordiæ affectus in pijs hominibus tâto opere vigeat, vt Eccleſia-
ſticus dicat: Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum, hic ipſe affe-
ctus viſque ad eum in ſancti Patris viſceribus dominabatur, vt ad ipſa
etiã animantia protenderetur; atque ad illa præcipue, quem Chriſti
Domini manſuetudinem figurabant. Cuius rei extat exemplum dig--
niſſimum planè quod hoc in loco referatur. Cum vir ſanctus in mo-
naſterio ſancti Verecundi hoſpitaretur, euenit vt ea nocte ouicula
quædam agnellum pateret. Aderat ibi fortè ſus ferociſſima, que inno-
centis

centis fetus vitæ non parcens, diro eum morſu necauit. Cum hoc
autem pius pater audiſſet, tenerrimo compaſſionis affectu permo-
tus, & immaculati agni mortem ad mentem reuocâs, agniculi caſum
his verbis lamentabatur: Heu me frater agnicule, innocens animal,
Christumque hominibus repræſentans: maledicta ſit crudelis illa be-
ſtia quæ te occidit, nullique ſiue homini, ſiue feræ in alimentum cedat.
Res profectò admiratione digniſſima: ſic enim diuina pietas
hoc ſerui ſui affectu delectata eſt, ſic eius votis obſerperauit, vt pro-
tinuſ ſera illa ægrotare inciperet, vlticemque tandem poſt triduum
ſentire necem. Projecta autem in monaſterij vallum, ibique diutius
iacens, nulli neque homini, neque feræ eſca fuit.

Cæterum pius hic ſancti viri affectus in leproſorū curatione ma-
ximè declaratus fuit. Cuius rei idem in teſtamento ſuo meminit, gra-
tias honorum omnium largitori agēs, quod ea res, quæ antea illi hor-
rori erat, voluptati eſſe cecepiſſet. Ad hoc autem ſingulare miſericor-
diæ officium illum Dominus, cum adhuc in ſeculo degeret, quodã
inſigni miraculo inſtituit. Cum enim is iam melioris vitæ propoſitū
concepiſſet, & equo vectus leproſum quendam in itinere obuium
non ſine horrore aſpexiſſet, ſibi metiratus, ab equo deſiliens, atque
ad leproſum accedēs, manum, quam ille vt eleemoſynam acciperet,
protendebat, deuotiſſimè oſculatus eſt; ſtatimque leproſus ab ocu-
lis eius euauit. Quo miraculo & in propoſito ſuo cõfirmatus, & di-
uini amoris igne incenſus, piſſimum quẽdam erga leproſos affectū
ex eo tempore concepit. Qua de re extat aliud non minoris charita-
tis atque humilitatis eius opus, quod pater miſericordiarum Domi-
nus miro ſalutis beneficio honorauit. Obuium namque ſanctus vir
in itinere Spoletanum quendam ciuem habuit, cuius os atque maxil-
lam lepra, horribili plaga, corroſerat, ac deſormauerat. Cumque miſer
homo viri ſancti pedes oſculari vellet, vir humilis hoc non ferens,
oſculari volenti pedes, oſculum oris dedit. Dum autem leproſum
ſeruus Frânciſcus mirabili pietate illam horribilem plagam ore ſacro
contingeret (mira planè res) æger ille pleniffimam ſanitatẽ recepit.
Nefcio quid horū magis ſit mirandum, an miſericordiæ affectus in
oſculo tam benigno, an virtutis claritas, in miraculo tam ſtupendo!

Cæterum quoniã miſericordiæ opera, quibus ſpirituales animarū
morbi curantur, tâto ſunt præſtantiora, quanto anima corpore præſta-
tior eſt: idem vir ſanctus, quamuis contemplatiuæ vite ſtudio potiſſi-
mū addictus eſſet, in eoq; dies & noctes cū ineffabili quãdã dulcedi-
ne verſaretur, diuino tñ oraculo admonitus, & exẽplo illiꝝ inductus;

qui noctem orationi, diem verò commodis impédebat animarum, 36.
 cœpit & ipse ciuitates & castella circuire, & regnum Dei non indo-
 ctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus & virtutis annū-
 tiare. Quem homines, nō vt huius sæculi hominem, sed vt cœlestem
 quendam virum, maiusq̃ue aliquid quàm quod præsertim humana
 natura in ea cōtemplantes, deuotissimo quodam affectu audiebāt.
 Mente enim, ac ipso etiam vultu in cœlum semper intentus, omnes
 sursum trahere nitēbatur. Cœpit igitur Christi vinea suauissimum
 odoris germen proferre, productisq̃ue floribus suauitatis, honoris,
 & honestatis, vberes fructus germinare. Prædicationis quippe eius
 feruore succenti plurimi, iuxta formam à viro Dei traditam, nouis
 se pœnitentiæ legibus vinciebant. Sic vir diuinus, velut ambidexter,
 in vtriusq̃ue vitæ, actiue scilicet & contemplatiue, curriculo, Chri-
 sti Domini sui exemplum secutus, diligentissime se exercuit. 37

Cùm autem sancti viri virtutes eum perfectionis gradum attinge-
 rint, vt vnaquæq̃ue earum summum sibi locū inter cœtera vendica-
 re videatur: tamē inter eas deuotissimus atque tenerrimus erga pen-
 dentem in cruce Dominum affectus summum in eo locum habuisse
 videtur. Hunc enim affectum pius Dominus anto etiam quàm is se-
 culo renuntiaffet, menti eius impressit. Dum enim quadam die in so-
 litudine positus oraret, & præ feruoris magnitudine totus esset in
 Deū absorptus, Christus Dominus, velut cruci affixus, ei apparuit.
 Cuius conspectu liquefacta est anima eius, passionisq̃; ipsius memo-
 ria vsq̃; adeo visceribus eius medullitus impressa fuit, vt ab ea hora,
 cùm Christus cruci affixus illi veniret in mentem, vix posset à lachry-
 mis & gemitibus contineri; quemadmodum ipse môrti iam proxi-
 mus familiariter amicis retulit. Huius igitur piissimi affectus, clarissi-
 marumq̃ue virtutum meritis altissimam illam & incomparabilem 38
 promeruit gratiā, vt sacris stigmatibus, quæ semper gestabat in men-
 te, in corpore etiam insigniretur. Itaque dum instante festo Exalta-
 tionis sanctæ Crucis attentius in latere montis oraret, quendam ex
 Seraphicis spiritibus, sex ignitis atque splendidissimis alis fulgentem,
 è cœlis descendere vidit. Cumq̃ue is celerrimo volatu viro Dei ap-
 propinquasset, inter ipsas alas crucifixi hominis speciem præferēbat.
 Ex quibus alis duæ supra ipsius caput atollebantur; duæ ad volan-
 dum extendebantur; duæ verò totum tegebant corpus. Quo specta-
 culo vehemēter obstupuit, & mens eius ingenti quodam gaudio si-
 mul & moerore gestuare cœpit. Gaudebat enim in dilecti Domini sui
 aspectu; sed crucifixi compassio, eius animam doloris gaudio faucia-
 bat.

bat. Intellexit tandem ex hac visione, Domino reuelante, se non per
 martyrium carnis, sed per incendium mentis in Christi crucifixi si-
 militudinem transformandum. Disedens ergo beatus ille Spiritus,
 mirabilem in corde eius reliquit ardorem, nec minus mirabilem in
 carne signorum impressit effigiem. Statim namq̃ue in manibus eius
 & pedibus apparuerunt signa clauorum: quorum capita in posteriori
 parte manuum, & superiori pedum apparebant. Erantq̃ue clauorum
 capita rotunda & nigra: eorum verò acumina oblonga, retorta, &
 quali repercussa; quæ ab ipsa carne surgentia, carnem reliquam exce-
 debant. Dextrum quoque latus, quasi hasta transfixum, rubra cicat-
 rice obductum erat: quod sæpe languinem fundens, tunicam ipsam
 aspergebat. Quis igitur hic non exclamet? quis ad hanc tantam Do-
 mini gratiam & charitatem erga suos non obstupefcat? Quid illis ne
 40
 gare poterit, qui quod erat sibi singulare ac proprium, in amicium
 adeo liberaliter contulit?

Cuius autem dignitatis & gloriæ fuerit his Domini trophæi in
 signibus ornari, superbi Aman exemplo agnoscere licet. Cùm enim
 is ab Assuero Rege interrogatus esset, qua ratione Rex cumulatis-
 simum honorem alicui homini tribuere posset (isq̃ue neminem aliū
 nisi se à Rege honorari velle crederet) quidquid in honoribus maxi-
 mum concipere potuit, Regi exposuit. Id verò erat, vt homo ille re-
 gis vestibus insignitus, & phalato eius equo vectus per plateas in-
 cederet, Principe aliquo regni eius ante ipsum clamante; Sic honora-
 bitur quem Rex voluerit honorare. Nihil igitur hoc honore maius
 superba illa mens & honoris auarissima concipere potuit. Si igitur
 41
 tantus honor est regis insignibus & habitu decorari; quanta beatissi-
 mi huius Patris gloria est, sic à cœli Rege & vniuersorum Dominò
 honorari; vel (vt verius dicam) quanta diuini bonitatis gloria est, que
 tam magnificis mirandisq̃ue priuilegijs hanc suam in bonos charita-
 tem voluit declarare? Quid autem beatissimus Pater fecerit, vbi pri-
 mum hac singulari gloria decoratus fuit, quo charitatis igne mens
 eius flagrauerit, quibus laudibus hanc Domini sui bonitatem prædi-
 cauerit, qua suauitatis dulcedine eius anima liquefacta fuerit, quo
 charitatis ardore mille mortes propter huius Domini sui gloria sub-
 bire concupierit, qua mentis ecstasi raperetur, quoties hanc tantam
 gloriam animo ageret, non est humanæ facundix explicare posse.
 Nouit ille qui hanc tantam gratiam in seruum suum contulit: nouit
 ille qui recepit: nouit etiam Seraphicus ille spiritus, cuius mini-
 sterio hæc tanta gratia illi collata fuit. Ne autem hæc dignitas, adeo

infolita & inaudita, incredibilis mundo esset, voluit idem Dominus 42
 vt in defuncto sancti viri corpore eadem sacra vestigia remanerent,
 vt ea omnes omnium ordinum homines, qui in eius funere inuenti
 sunt, apertè intuerentur, venerentur, oscularentur, Deumq; in san-
 ctis suis non solum mirabilem, sed etiam amabilem prædicaret. Hæc
 enim sacra stigmata omnium aliorum miraculorum, quæ vir sanctus
 edidit, fidem faciunt: quandoquidem incredibile non est, minbra
 illa Dominum præstitisse, qui tantò maiora contulit.

Vt igitur finem principio iungamus, has vos, fratres, viri sanctissi-
 mi virtutes (quas commemorauimus) ante oculos ponite, & quate-
 nus cuique liceat, altissimam eius humilitatem, plenissimam obedi-
 tiam, carnis macerationem, orationis studium, misericordiæ erga pau-
 peres affectum, & iugem passionis Dominicæ memoriam (quæ in
 beato Patre potissimum eluxit) imitari studeatis. Quibus virtutum 43
 gradibus, si non expressam crucifixi Domini similitudinem in pedi-
 bus manibusque gestauerimus, at saltem eius mortificationem in cor-
 pore nostro circumferentes ad gloriosam eius similitudinem, quæ in
 cœlesti patria electis omnibus communicatur, ipso donante, atque
 iter nostrum bene fortunante, peruenire valeamus.

IN EODEM FESTO BEATISSIMI
 Patris Francisci Concio quarta; in qua clarissima eius & insolita
 miracula, singulariaque privilegia, quibus eum Domi-
 nus ornare dignatus est, explicantur.

T. H. E. Mirabilis Deus in Sanctis suis. P. sal. 67.



Am primùm constat, dilectissimi, Deum in cunctis
 operibus suis esse mirabilem. Verissimè enim à Pro-
 pheta dictum est: A Solis ortu vsque ad occasum lauda-
 bile nomen Dñi; & plenam esse terram omnem glo-
 ria eius: atq; hoc sensu Propheta canit: Confessio &
 magnificentia opus eius: quod videlicet omnia Dei opera magnifi-
 centissima sint, & quæ nos ad eius gloriã confitendã & prædicandã in-
 uitent. Eademq; de causã eũ Deo loquens; confessione atq; decore
 illum indutum esse ait; quod videlicet quacunq; eius opera specta-
 ueris, ad confitendã & celebrandã eius gloriã, decorem, & pulchritu-
 dinẽ excitaberis. Quamuis autem verè Dominus in cunctis operibus
 mirabilis sit, in Sanctis tamen suis singulari quadam ratione mirabi-
 lior

2 hior apparet: quoniam in cæteris quidem rebus eius præcipuè sapien-
 tia, & potentia, in Sanctis verò suis ornãdis, & omni virtute cumulan-
 dis, nõ illa solum, sed etiã immensa eius bonitas & charitas elucet; quæ
 ipsum nõ modò mirabilem, sed maximè etiam amabilem reddunt.
 Quam rem (vt alia exempla prætereamus) in beatissimi Francisci vi-
 ta, singularibusq; privilegijs cernere licet: quæ talia ac tanta sunt, vt
 ipsi quoq; quomacmodum Domino suo, Admirabilis nomen accõ-
 modari meritò possit. De his igitur mirabilibus hodiè dicturi, cœle-
 stem opẽ, sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A

3 Quãuis beatissimus pater Franciscus omni genere virtutũ ita clarue-
 rit, vt si vnãquamq; illarũ sigillatim spectare velis, principatum inter
 omnes alias sibi vindicare videatur: certũ tñ est, charitatem in Deũ
 inter eas omnes principem locum tenuisse; à qua cæteræ vim atque
 dignitatẽ suam sortitæ sunt. Quocirca dignũ profectò est, vt hoc ip-
 so die (qui eius laudibus cõsecratus est) vos omnes ad huius virtutis
 studium eius exemplo excitemus. Cũm autẽ sint multa atq; innume-
 ra, quæ nos ad Dei nostri dilectionẽ incitare possint (creaturæ quip-
 pe omnes vt se à Deo hominum gratia factas esse testantur; ita homi-
 nes ad eius laudem & amorem inuitant) eius tamen immentã boni-
 tas à nobis hoc præcipuè exigit: quæ quò maior est, hõc maiorem à
 nobis vim dilectionis requirit. Quia verò bonitatem hanc (quamdiu
 in hac vita degimus) nisi per magnifica eius opera agnoscere non va-
 lemus, aliqua nunc bonitatis eius opera vobis ante oculos ponã; quæ
 diligenter expensa, nõ mediocriter ad eius (vt puto) vos immensam
 bonitatem & agnoscendam, & amandam inflamabunt.

4 Primum autem est opus creationis; in quo summus ille parẽs (qui
 in se ipso plenissimè diues, & felix, & bonorum omnium cõpos est)
 nulla sua necessitate, sed sola bonitate hanc pulcherriam inũdi ma-
 chinã, & omnia quæ in ea sunt, tanta sapietia & providentia cõdidit;
 vt nulla in mundo creatura adeò exigua sit (nõ formica, non musca,
 nõ araneus, non vermiculus) cui non omnia, quæ vel ad vitam, vel ad
 vitæ iucunditatem pertinent, plenissimè contulerit. Ea enim sapien-
 tia cunctarum animantium corpora & membra fabricatus est, eas
 omnibus propensiones & facultates ingenerauit, eas artes & vires
 contulit, quibus & suam, & filiorum suorum vitã tueri, & ab iniuria
 vindicare possent. Quanta ergo illa bonitas, quæ se per omnia dif-
 fundit, quæ omnia, sempiterna providentia curat; quæ minimarum
 etiã rerũ vitam & salutem non negligit; sine cuius voluntate ne passer

culus quidem in laqueum cadit? Quam multa ſunt igitur in cœlo, 5
terra, mari, atque aere creaturæ (ſunt autem penè infinitæ) tot ſunt
diuinæ bonitatis teſtes, tot voces, tot præcones, ac tot poſtremo ad
eundem amandum ſtimuli & cauſæ. Hoc igitur primum diuinæ bo-
nitatis opus & argumentum eſt.

Secundum verò, quod longè mirabiliùs diuinam bonitatem præ-
dicat, altiſſimus finis eſt, cuius gratia hominem in hoc mundo condi-
dit, nempe, vt ſuæ illum beatitudinis & felicitatis conſortem effice-
ret. Quæ quidem dignitas etſi tâta ſit, vt (excepta diuini Verbi cum
humana natura mirabili coniunctione) ne per diuinam quidem ſa-
pientiam, aut potentiam vlla maior aut conſtitui, aut cogitari poſſit:
ſolus enim Deus natura beatiſſimus eſt, ei ſoli ſua conuenit beatitu-
do, qua ſeiſpo, hoc eſt, infinito & vniuerſali bono (in quo ſunt om-
nia bona) fruitor: ea tamen immenſæ eius bonitatis magnificentia 6
fuit, vt noluerit ſolus his tantis opibus atque delicijs frui, ſed ſocios
ſibi Angelos, & homines aſciuerit, quibus quod ſibi diuinitatis iure
proprium erat, communicare. Hoc autem quid aliud fuit, quàm ho-
mines Deos facere, dum illis, quod Dei proprium eſt, communicare
voluit: Non enim alia Dei, alia Angeli, alia hominis, ſed vna eadem
que omnium beatitudo eſt, quæ in aperta immenſæ illius pulchritu-
dinis contemplatione & amore cõſiſtit: quamuis plena eius pulchri-
tudinis comprehenſio ſoli Deo referuata ſit. Hoc eſt autem quod

Luce. 22. Saluator noſter ſignificauit, cum Apoſtoliſ, eorumque ſectatoribus

Diſſimil.

menſæ ſuæ conuiuium pollicitus eſt. In eadem enim cum illo men-
ſa, eademque alimonia cum illo reficiendi ſunt. Et quidem in Regû
menſis, in quibus multi conuiuæ epulanter, ſingulare aliquod ſercu-
lum cæteris delicatius Regi exhibetur: at in hac cœleſti menſa com-
mune ſuperni Regis & conuiuiarum omnium ſerculum eſt. Omnes 7
enim beatiſſimæ Trinitatis contemplatione paſcuntur, omnes eadè
pulchritudinis ſpecie beantur. Quanta ergo illa bonitas, quæ viliffi-
mos, humique repentes vermiculos ad aliſſimæ diuinitatis & felici-
tatis ſuæ conſortium attollere dignata eſt? Hoc vtcunq; intelligi po-
teſt, verbis explicari non poteſt.

Tertium verò diuinæ bonitatis opus, Dominicæ incarnationis &
paſſionis beneficium eſt: quod idè Spiritui ſancto tribuitur (cui bo-
nitatis gloria aſcribitur) quòd videlicet hoc opus ab illo inexhausto
diuinæ bonitatis fonte manarit. Diximus enim hominem à Deo ad
ſuæ iſtius felicitatis conſortium conditum fuiſſe. Ad hanc verò tan-
tam gloriam idoneus mortalium nemo eſſe poterat, niſi qui diuinæ
puritatis

8 puritatis imaginem in vita & moribus referret, vt ſis videliç et poſſi-
ſſitudinem bonitatis ad felicitatis ſimilitudinem perueniret. Quia
verò ad hanc ſimilitudinem conſequendam nihil nos magis quàm
incarnationis & paſſionis Dominicæ ſacramentum iuuare poterat,
ea propter vnigenitus Dei filius carnem ſumere, & crucis ſuppliciu
ſubire miſericorditer voluit, vt hanc in nobis diuinæ bonitatis & ſi-
militudinis imaginem reformaret. Quæntas autem bonitatis ſuæ
opes in hoc beneficio oſtenderit, ne omnes quidem hominû & An-
gelorum linguæ explicare poſſent. Quocirca quòd inexplicabile at-
que ineffabile eſt, ſilètio magis, quàm in ſermo celebrâdû eſt.

Veniamus ad quartum diuinæ bonitatis opus: quòd quamuis hoc
ſuperiori ſit inferius, plurimùm tamen conuenit inſtituto noſtro. Id
autem eſt, à Deo latæ legis ſanctitas: quæ quoniam à diuino pectore
proceſſit, quid in eo lateret, oſtendit. Vt enim aquæ ſaporem ſon-
9 tium, à quibus profluxere, referunt (vnde aliæ dulces, aliæ ſalfæ, aliæ
calidæ, aliæ frigidæ ſunt) ita lex diuina, quæ à diuino pectore tanquã
à fonte manauit, ſonitus ſui naturam & ingenium (vt ita dixerim) re-
præſentat. Eius verò legis pulchritudinem ac ſanctitatem multis no-
minibus, multiſque verbis regius Vates amplificat, cum ait: Lex Do-
mini immaculata conuertens animas: Teſtimonium Domini fidele;
ſapientiam præſtans paruulis, &c. quæ longum eſſet perſequi. Hæc
ergo tanta diuinæ legis æquitas, ſanctitas, pulchritudo, ſuauiſſas (in
qua nihil non ſanctum & iuſtum, nihil non humanæ ſaluti accomo-
datum, nihil non purum & integrum, nihil quòd non diuinæ bonita-
tis & charitatis odorem ſpiret) non obſcurè quale pectus illud ſit, à
quo tanta puritas emanauit, oſtendit.

10 Sed operæpretium erit videre, quemadmodum ſe legiſlator ipſe
cum his gerat, qui hanc eius legem vel ſtudioſè ſeruant, vel nefariè
violant: hoc enim vel maximè nobis diuinæ bonitatis naturam decla-
rabit. Quòd enim maioribus beneficijs legibus ſuis obſequentes, hoc
eſt, bonos viros ornauerit, maioribusque ſupplicijs improbos affe-
rit, hòc maiora bonitatis ſuæ documenta & exempla conſtituer. Ab
eadem quippè bonitatis radice & amorem erga bonos, & odium er-
ga malos proficisci certiffimum eſt. Ad vtrumque autem explican-
dum ſator me planè inſantem & elinguentem eſſe, neque verba inue-
nire, quibus vtrumque explicare valeam. Quamuis enim ex literis
ſanctis cõſtet, maiorem eſſe Dei magnificentiam in bonis vitis præ-
miandis, quàm ſeueritatem in malis puniendis (qui cuius miſericor-
diam in millia his qui ipſum diligunt, punit autem fontes ad terram

ſimil.

ſal. 18.

& quartam vſque generationem) incredibile tamen dictu eſt, quo-
modo impios, & impietates eorum exeretur, & qua feueritate in il-
los animaduertat. Quod facile intelliget, quiſquis ſacras literas ab
ipſo Genefis exordio (in quo primorum parentum tranſgreſſio, &
ſupplicium deſcribitur) vſque ad Ioannis Apocalipſim, in qua no-
uiſſimæ impiorum plagæ deſcribuntur, attentius legerit. Quid hæc
Prophetarum ſcripta? quid legis maledicta in legis tranſgreſſores
commemorem? in quibus tot terrores ac minæ, tot maledictiones,
& plagæ proponuntur, vt ferreis etiam mentibus horrorem in cute-
re poſſint. A quo autem fonte tot generis humani clades, tot fames
& peſtes, tot mortes & naufragia, tot prouinciarum & regnorum
uallationes, tot parricidalia bella, & diræ hominum ſtages, niſi à di-
uini furoris ira & odio, quo improbos proſequitur, emanarūt? Hæc
igitur improborum ſupplicia quò magis diuinæ iuſtitie ſeueritate
aduerſus improbos declarant; eò maiorem diuinæ bonitatis ſignifi-
cationem dant: quoniam (vt modò diximus) ab eadem bonitatis
cauſa erga bonos amor, & odium erga malos naſcitur. Vnde colligi-
tur, eos, qui in diuinorum iudiciorum contemplatione ſapienter
philoſophari ſciunt, non minus ad diuinitatis amorem operibus iu-
ſtitie erga improbos, quàm miſericordie beneficijs erga pios exci-
tari; vt eſt à nobis alio in loco fuſius declaratum.

§. I.

¶ Sed quoniam diuinæ bonitatis magnificentiam magis in bonorū
præmijs, quàm in improborum ſupplicijs oſtēdi diximus, hæc in pri-
mis expendere incipiamus. Eius autem odorem quēdam percipiet,
qui Sanctorum vitas diligenter legerit, & in earum lectione, non tã
quid ipſi propter Deum fecerint, quàm quid Deus in eorū gratiam
& honorem patrauerit, ſtudioſe animaduertit. Sed quia ire per
omnes Sanctorum vitas longiſſimum, ac propè infinitum erit, vnū
vobis Franciſcum ante oculos ponam, & quibus eum Dominus pri-
uilegijs & fauoribus ornauerit, aliqua ſaltem ex parte explicare con-
tendā. Quiſquis enim eius vitā (quam ſanctiſſimus Bonauētura quoddã
ſcripſit) diligenter attendit, inueniet planè pulcherrimum quoddã
certamen inter Deum, ipſum quæ Franciſcum interceſiſſe. Vir enim
ſanctus Dei voluntatem omnibus in rebus exequi nitebatur: Deus
eotrā ſancti viri voluntati omnibus in rebus obſequebatur: ille abie-
ctione ſui, Dei gloriam fideliffimè quærebat; Deus contrà ſerui ſui
honorem modis omnibus amplificabat: ille totus diuinæ voluntatis
obedientie:

14 obedientie traditus erat; contrà verò Deus creaturās omnes, atque
ad eò ſe ipſum obedientem illi exhibebat: ille omnia propter Deum
reliquerat; at Deus omnia illi rursus centuplum aucta rependebat.
Hoc ita eſſe deprehendet quiſquis (vt modò dixi) eius vitam, & res
ab eo geſtas perlegerit. Nihil enim in ea non ſummum, nihil non no-
uum & mirabile inueniet. Mirabilis eius paupertas, mirabilis humil-
tas, mirabilis abſtinentia, mirabilis dolorum patientia, mirabilis obe-
dientia, mirabilis ſimplicitas, mirabilis mundi contemptus, mirabile
atque indefeſſum orationis ſtudium. Quid verò eius charitatis ardor?
quid martyrij ſitis ex hac ipſa charitate progrediēs? quid Ordinis ſui
inſtitutio? quid in Solis ſplendorem tranſfiguratio? quid Prophetie
ſpiritus, quo abſentium facta, & metium ſecreta, & futura multa præ-
uidit? quid prodigiorū atque ſignorū operatio? quid creaturarum obe-
diētia? ac poſtremo (quod maximè mirabile eſt) quid glorioſa in
15 eius corpore ſigmatū Dñi impreſſio? An nõ hæc omnia mirabilia,
& ſupra cõmunem hominum fidem poſita ſunt? Quo circa mirū nõ
eſt, ſi Admirabilis nomē (vt in initio diximus) illi quoque, quem admo-
dum Saluatori, ſuo modo conueniat.

Sed quoniam hæc omnia mirabilia exequi nimis longū eſſet, pauca
quedã ex his vobis ante oculos ponā. Et quia pulcherrimū inter Deū
atque ſeruum ſuū certamen honoris & obedientie eſſe diximus, hoc
quale fuerit, clariffima & inſolita miracula, quæ in eius gratiam Dñs
edidit, explicabunt. Sunt autè qui conciones de Sanctis in eorum ſe-
ſtis habituri, prætermiſis eorum miraculis, ſola virtutum exem-
pla commemorent, vt auditores ad eorum imitationem accen-
dent. Eſt hoc quidem vehementer vtile & ſalutare; non tamen mi-
nor vtilitas ex miraculorum narratione percipitur. Vt enim virtu-
16 tum exempla nos ad Sactorum imitationem inducant: ita miracula
in eorum gratiam à Domino edita, ad eius nos amorem vehemen-
ter incendunt; ſi in illis diuinę bonitatis, charitatis, & ſuauitatis erga
Sanctos ſuos viſcera inſpiciamus; quibus, quod ſibi omnipoten-
tiæ & diuinitatis iure proprium eſt, non modò illis, ſed (quod eſt
mirabilius) eorum ſeminecitijs & ſudariolis communicare digna-
tus eſt. Quod, quid aliud fuit, quàm homines quoddammodo Deos
facere? Hæc igitur miracula quò magis diuinæ bonitatis magni-
tudinem repræſentant, hęc maiores nobis ad eius amorem igni-
culos præbent. Verùm ego in hoc ſermone non ſolita & conſue-
ta miracula narrabo (hoc enim operis eſſet propemodum infiniti) ſed
ex illis quædam inſolita, & verè miranda commemorabo, quæ ma-

gis diuinæ bonitatis & charitatis dulcedinem erga virum sanctū præferant, magisque vos ad eiusdem bonitatis amorem incendat. Ab eius igitur in Demones imperio initium capiamus.

Aretina ciuitas intestino bello quassata, vicinum minabatur excidium, Dæmonibus ciues ad diram seditionem excitantibus. Tunc sanctus Pater fratrem Syluestrum, columbinæ simplicitatis virū, quasi præconem præmisit, dicens: Vade ante portā ciuitatis, & in nomine Dei omnipotentis Dæmonibus in virtute obedientiæ præcipe, vt exeant festinatè. Accelerat verus obediens Patris iussa perfecturus; præoccupansque in laudibus faciem Domini ante portas ciuitatis cœpit magna voce clamare; In virtute Dei & serui eius Francisci procul hinc discedite Dæmones. Mira res. Redit ad pacem continuo ciuitas, & ciuilitatis in se iura ciues omnes cum magna tranquillitate reformarunt. Hac in re Dominum Saluatorem vir sanctus imitatus esse videtur, cuius virtutem & potestatem (qua is in pellendis Dæmonibus vtebatur) populus demiratus ait: Quid nam est hoc? quæ nam doctrina hæc noua? quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

Addam hæc aliud non minus mirabile. Quemadmodum tota viri sancti vita continuum orationis studium erat, ita eius oculi continuo lachrymarum fluxu exuberantes grauem eorūdem morbum, vt que aded cæcitatem minabantur. Cumque medicus instanter ab eo peteret, vt parceret lachrymis, ne videndi facultatem amitteret, ille contrā, Non est, inquit, frater medice, ob amorem luminis, quod habemus commune cum muscis, visitatio lucis eterne vel ad modicum repellenda: quia non spiritus propter carnem, sed caro propter spiritum lucis beneficium accepit. Cumque & medici, & fratres instarent, vt saltem adhibito ignis cauterio caligantibus oculis mederetur, libenter annuit, quod hoc carni molestum foret. Vocatus itaque venit chirurgus, & instrumentum ferreum igne candens ad mouere corpori parat: at Christi seruus corpus iam horrore concussum confortans, sicut amicum cœpit ignem alloqui: Mi frater ignis, quem in signi decore atque splendore ornavit altissimus, esto mihi in hac hora benignus. Precor magnum Dominum qui te creauit, vt tuum mihi calorem temperet, vt te vrentem suauiter valeam sustinere. Oratione finita contra igne candens ferrum, signum crucis edidit, ac deinceps intrepidus persistit. Infixum est altius in tenera carne crepitans ferrum, & ab aure vsque ad supercilium protractum. Quantum verò irrogauerit ignis ille dolorem, vir sanctus expressit his verbis;

20 verbis; Laudate, (dicens ad fratres) altissimum, quia nec ignis ardorem sensi, nec carnis vllum dolorem. Quo autem affectu, quæ deuotione vir sanctus Dominum suum pro hac paterna indulgentiā laudauerit? quas illi gratias egerit, quis explicare valeat? Quod si tres illi pueri in fornacem ignis coniecti, nec tamen lesi, vbi hanc tantam Domini erga se fidem & providentiam experti fuere, tãto eius amore, tãtoque laudandi eum ardore incensi fuerunt, vt creaturas omnes, quotquot in cælo, terra, marique degunt, ad eius laudes celebrandas conuocarent: hoc enim affectu canere cœperunt: Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in secula &c. quid, quæso, beatissimus pater Franciscus in animo suo versaret? quo igne dilectionis æstuares, cum idem beneficium sibi impensum a Domino suo videret?

21 Fatgor quidem hæc mira fuisse diuinæ virtutis opera, sed tamen multis Sanctorum nõ inuenta. Referam alia, quæ in serui sui gratiam Dominus mirabili virtute operatus est. Quidam nactus sancti viri chordam, & eam aqua intingens, eandemque aquam aegrotis bibendam porrigens, omnis generis morbos sanabat: tantam Domino virtutem illi aquæ tribuente, quæ serui sui chordam tetigisset. Amplificat Lucas in Actis Apostolorum Pauli miracula his verbis: Virtutes quæ non quasi libet operabatur Deus per manus Pauli ita vt super languidos deferrentur a corpore eius sudaria & semicinctia, & recedebant ab eis languores. Magnum hoc certè diuinæ bonitatis & charitatis erga fidelem seruum indicium; qui sic non ipsum modò, sed sudaria etiam quibus is narium fordes tergebat, hoc tanto honore afficeret. Verum hæc ego aliquid video mirabilius. Non enim solam sancti viri chordam Dominus, sed aquam etiam quæ chordam tetigerat, hac tanta virtute donauit. Quanta ergo illa Dei bonitas & charitas? quantum illud Sanctos suos honorandi desiderium, quando illa etiam quæ eorum semicinctia tetigerunt, sic honorari dignatus est? Adiangam his aliud mirabilius. In quadam Italicæ ciuitate, pestis quædam grassabatur, quæ animantia cuncta deuastabat. Eius autem ciuitatis incolæ his malis afflicti ad beatissimi patris (cuius eximiam sanctitatem agnouerant) socios profecti, obnixè ab illis contederunt, vt eis aquam, qua vir sanctus manus atque pedes abluerat, sibi donarer. Quod cum factum esset, animalia quæ vi morbi humi prostrata iacebant, huiusmodi aqua conspersa, sana protinus surgebant, & ad pastum læta properabant. Quis in hoc opere non aperte videat, quanto honore summus ille puritatis amator Sanctos suos glorifi-

cet, quando non modò semicinctijs eorum, sed aquæ etiam, quæ pedum & manuum sordes exciperat, tantam vim conforre dignatus est, vt solo eius contactu salutem & incolumitatem animantibus præberet.

Referam aliud his etiam meo iudicio mirabilis. Accidit vt sanctus Pater grani morbo laborans iumento veheretur: in eo verò oppido, per quod is transierat, mulier: quædam in partu ita periclitabatur, vt iam de vita eius desperaretur. Cum autem iumentum illud edrenocatum fuisset, ciues ex forno quo illud pascebatur, paululâ astutem, periclitantique fœmine apponentes, eam protinus ab instanti mortis periculo liberarunt. Quis miraculum: huius simile vnquam audiuit, aut legit? quis nõ hic delicias Domini, & plus quàm maternam erga suos indulgentiam & amorem non miretur, qui tantam vim rebus omnibus, quæ ad sanctum virum quacunq; ratione pertinebant, contulit, vt malis immedicabilibus mederetur? Et quidem fœnũ illud sancti viri corpus nõ attingeret; attingeret autẽ iumentũ quo ille vehebatur; & hoc satis habuit nature conditor, vt supra omnes naturæ leges desperatam laboranti salutem redderet. Quis igitur hoc noui generis miraculo ad hanc tantam Domini erga suos benignitatem & suauitatem non attonitus obstupecat? non illi mitotis visceribus ardeat? non pro illo millies mori concupiscat? Quis præterea talibus exemplis fidem & veritatem promissionum Christi non agnoscat, qui relinquentibus omnia multò maiora donat? Quanto enim plus est quod Franciscus à Domino recepit, quàm quod propter ipsum reliquit? Reliquit hereditatem paternam, pro qua accepit imperium & potestatem diuinam.

¶ II.

¶ Sed iam ex hoc loco digressi; ad alia nõ minus equidem mirabilia, sed tamen multò magis suauia veniamus, quæque non minus vobis diuinæ suauitatis atque dulcedinis erga suos viscera pandant. Neque enim diuina pietas & indulgentia Demones atque morbos omnes sancto viro obsequi voluit, sed multas etiã animâtes eiusdem imperio subiecit. Quamdiu primus generis humani parens in fide & obedientia Dei persistit, eunctæ animantes eius voluntati obtemperabant. Quia igitur eò vir sanctus puritatis atque sanctitatis deuenerat, vt ad illum prioris innocentie statum redditus esse quodammodo videre tur, voluit etiam vt simili modo animantia cuncta ad nutum seruo obtemperarent. Cuius rei nonnulla exempla, quæ grata vobis futu-

ture

tura spero, referam, idque eisdem ferè verbis, quibus ea sanctus Bonaventura, eiusdem vitæ scriptor, memorat: in quo non sermonis nitore, sed fides historię requirenda est. Ego verò dum singula hæc refero, nihil amplificabo, nihil sententijs & epiphonematis adiectis attollam, ne si in his diutius fuero immortalatus, sanctissimi Patris virtutibus referendis tempus desit.

Quodam tempore viro Dei fuit ouis oblata, quam propter innocentie & simplicitatis amorem (quam ouis natura præsefert) gratanter suscepit. Monebat pius vir ouiculum vt & laudibus diuinis intendere, & ab omni fratrum offensione caueret. Ouis autẽ quasi viri Dei pietatẽ aduerteret, eius institutionẽ sollicitè obseruabat. Nã audiens fratres in choro cantantes, & ipsa Ecclesiam ingrediens, vocemque balatus emittens flecebat genua ante altare Virginis matris agni, ac si eam salutare gestiret. ¶ Insuper cũ sacratissimum Christi corpus inter Missarũ solennia eleuaretur, flexis curuabatur poplitibus, exemplo suo homines ad huius diuini sacramenti reuerentiam inuitans.

Alio quoque tempore ambulans cum fratre quodam per paludes Venetiaram, inuenit maximam auium multitudinem residentium & cantantium in virgultis. Quibus visis dixit ad focium: Sorores nostræ aues laudant creatorem suum, nos itaque in medium ipsarum euntes, laudes & horas canonicas Domino decantemus. Cũque in medium ipsarum ingressi essent, aues loco motæ nõ sunt. Et quia propter garrutum ipsarum in dicendis horis se mutuò audire nõ poterant, conuersus ad eas vir sanctus dixit: Sorores aues à cantu cessate, donec laudes Deo debitas persoluamus. Ad illæ continuò tacuerunt, tamdiu in silentio persistentes, quamdiu diuine laudes persolutæ sunt. Quo officio peracto, à viro Dei pristinam canendi facultatem receperunt.

Apud sanctã Mariã de Portiucula iuxta cellã viri Dei super ficum cicada relidēs & decatās, cũ seruũ Dñi (qui etiã in paruis rebus creatoris magnificentiã admirari dicerat) ad diuinas laudes cãtu suo frequentius excitaret, ab eodẽ quadã die vocata, velut edocta cœlitus, su per eius manũ volauit. Cui cũ dixisset, Cãta soror mea cicada, & Dominũ creatorẽ tuo iubilo lauda; sine mora obediēs canere cœpit, nec destitit, donec iussu Patris ad locũ propriũ reuolauit. Mãsit autẽ diebus octo ibidem, singulis diebus veniens, canens, & recedens, eiusq; iussa perficiēs. Tandẽ vir Dei ait ad focios: Concedamus iam sorori nostræ cicadæ recedendi facultatem: satis enim nos cantu suo lætificans ad laudes Dei octo diebus excitauit: statimque recessit.

Accipite

Accipiter præterea ibidem nidificans magno illi se amicitia soci-
dere copulauit. Nam semper horam, in qua vir sanctus ad diuina offi-
cia noctu surgere solitus erat, cantu suo præueniebat. Quod Dei
famulo gratissimum erat: ed quòd tanta sollicitudo, quam circa eum
autis illa gerebat, omnem ab ipso torporem desidia excuteret. Cum
verò seruus Christi infirmitate plus solito grauaretur, parcebat acci-
pit, r. nectam antelucanas indicabat vigilias. Siquidem velut in-
structus à Deo, circa diluculum voce sua virum sanctum exci-
tabat.

Neque verò illud silentio prætereundum est; quòd cum ille vir
sanctus in castris Auliano altante populo concionari cepisset, hirū-
dines, quæ ibidem nidificabant, garritu suo loquentis vocem interci-
piebant. Quibus vir Dei omnibus audientibus silentium indixit his
verbis: Sorores meæ hirūdines, iam tēpus est vt loquar & ego, quia
vos hæcenus locute estis. Audite ergo verbū Dei, & silete. Mira res.
Illa: protinus tanquam rationis compotes subito tacuerunt; nec viderunt
in eo motū, donec sermo finitus est. Omnes igitur qui hoc viderunt,
illuore repleti glorificauerunt Deum. Huius autem miraculi
fama ubique diffusa, multos ad sancti viri reuerētiam, & fidei deuo-
tionem accendit. In ciuitate namq; Parisiensi scholasticus quidā bo-
na indolis, studio diligenter intentus, dum importuna garrulitate
cuiusdam insectaretur hirūdinis, dicere cepit ad socios; Hæc hiru-
do vna ex illis est, quæ virum dei Franciscum prædicantem garritu-
sua impediēbat: & conuersus ad hirundinem, fiducia plenus ait; In
nōmine serui dei Francisci præcipio tibi vt ad me veniens continuo
conticescas. At illa, Francisci auditō nomine, quasi viri disciplinis
edocta, & statim conticuit, & ipsius manibus tāquam tutā custodia
se commisit. Stupefactus adolefcens ille, statim eam libertati resti-
tuit, eiusq; garritum amplius non audiuit.

Hæc sanè auim obedientia fuit. Quid verò illud, quod non
modò animantia, sed quæ erant etiam inanima voluntati serui Dei
obtemperabant? Cum enim is Caietæ prædicaret in littore ma-
ris, turbis præ deuotione ruentibus, vt eum contingerent, horrens
Christi seruus tantum populorum applausum, in vnā hæ-
rentem littori nauiculam profiliuit solus. Illa verò sine aliquo
motore aut remige, cernentibus & mirantibus cunctis, se lon-
gius à terra protraxit: ibidemq; stetit inter fluctus immobi-
lis: finitaque concione, ac dimissa turba, ad eundem protinus lo-
cū sine vilo ductore redijt. Quis igitur tam obstinatæ mētis esset, vt prædi-

32 prædicationem Francisci contemneret, cuius virtute fiebat, vt non
solum carentia ratione disciplinam susciperent, verum etiam inani-
mata corpora tanquam animata prædicanti seruirent? Hæcenus Bo-
nauentura.

Quid igitur inter hæc omnia fratres non nouum? non insolitum?
non mirabile? quod quæ diuinæ pietatis & suauitatis erga suos viscera
non declaret? Omnia certè noua, omnia mirabilia, omnia diuina: bo-
nitatis & charitatis magnitudinem referētia. Miror volucres cæli fan-
cto viro obsequentes: miror cicadam ad diuinas laudes conuenien-
tem: miror religiosam illam ouiculam, quæ cantantibus fratribus nō
modò balatu suo concinebat, sed gentia etiam ante sacratissimæ Vir-
ginis altare & sacram Eucharistiam stetebat. Sed multò magis ad-
huc accipitris illius prudentiam miror, qui quo tempore vir sanctus
33 ægrotabat, non vt antea media nocte, sed in aurora illum ad diuinas
laudes excitabat. Qualis ergo illa Dei pietas, quæ sic serui sui labori
parcebat, quæ somni tempus intercipi hoc tam nouo miraculo non
sinebat? Quid amplius, quæ se, pia & officiosa mater filio graui mor-
bo laboranti factura fuisset?

Vidistis igitur, fratres, omnium penè creaturarum, & rerum etiam
anima carentium obedientiam; quæ obedienti Dei seruo ad murum
obtemperabant. Iam ergo sola Angelorum obsequia illi desse vide-
bantur, quæ tamen minimè defuerunt: vique adeo obedientiæ ama-
tor Dominus hanc in seruo suo virtutem honorare voluit, vt sequen-
ti exemplo intelligi poterit. ¶ Cum quodā tempore vir sanctus mul-
tis iisdemque grauissimis morbis laboraret, optabat aliqua suauis mo-
dulatione iacentis spiritus alacritatem excitare. Cum quæ id humano
34 ministerio fieri non posset (mirabilis planè & inaudita res) adfuit An-
gelorum obsequium, quod pio sancti viri voto satisfaceret. Noctē
enim, vigilante ipso, atque diuina in sacro pectore vertante, insonuit
cithara quædam mirabilis harmoniæ. Nihil oculis cernebat, sed au-
ditus indicio citharædi transitus huc & illuc iens & rediens agnosce-
batur. Cuius dulcisono carmine tanta in viri sancti pectore suauitas
excitata est, vt in aliud se putaret seculum transiisse. Quis hic non ex-
clamet? quis hanc tantam diuinæ suauitatis & bonitatis dulcedinem
non attonitus obstupescat? quis in hoc opere plenissima suauitatis
Dei viscera erga suos nō miretur? quis miraculi huius insolita noui-
tate, diuinæ bonitatis & charitatis magnitudinem non agnoscat, quæ
bonos ac fideles seruos suos sic reficit, sic laxificat, sic pijs eorum
votis obsequitur? Hac enim ratione Dominus non modò salutē, aut
inopia,

inopiæ, aut periculis feruorum suorum, sed etiam delicijs consuli. 35
Iam verò quis sancti viri sensum, quis charitatis ardorem, quis cordis iubilum explicare valeat, cum hoc argumento ineffabile Dei bonitatem, charitatem, & suauitatem erga se intelligeret, qui sic eius votis ac desiderijs angelico ministerio satisfecerit? Quid ab eo non expectaret, qui hac etiam in re (quæ nõ tam necessitati, quàm voluptati feruiebat) sic providentem cernebat?

¶ Quo etiam argumento sancti viri super eminentem excellentiam animaduertere licet. Alij enim sancti inter magna Dei munera computabant, quòd quidquid ab eo petissent, facile impetrassent. At in hoc sancto viro sæpe Dominus nequaquam vt is aliquid ab eo postularet, expectabat, sed votis etiam atque desiderijs eius citra orationis officium annuebat. Itaque desiderium illius pro oratione erat, vt fidelis inueniretur, qui dixit: Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, & iterum; Et erit, antequàm clament ad me, ait Dominus, exaudiam eos.

Psal. 10.
Esa. 65.

§. III.

¶ Hæc sunt, fratres, quæ supra alia omnia magnam mihi tum admirationis materiam, tum diuinæ bonitatis significationem præbent. Nã quòd ignis vim suæ virtutis oblitus fuerit, ne vir sanctus acerbè cruciaretur, salutem & incolumitatem ferui sui Dominus clemèti pietate prouidebat. At in his, quæ modò retuli miraculis, non salutem, sed iucunditatem, non incolumitatem, sed suauitatem, nõ necessitati, sed delicijs prouisum est; vt vir sanctus tot inspectis miraculis, mirabilem erga se Domini indulgètiã atque suauitatem contemplan, totus in eius amorem exardesceret. Hoc autem quale sit, proposita hac similitudine explicare contendam. Quemadmodum sponsus peregrè profectus, ad spòsam, quam habet charissimam, varia dona, & xenia, atque munera mittit, quo & suum erga illam amorem, & illius erga se dilectionem incendat: ita summus ille innocentis & puritatis amator (qui hanc sancti viri animam, quam is virtutum omnium ornamento decorauerat, sibi in dilectissimam sponsam elegerat) non quidem aureis monilibus, sed clarissimis miraculis, quæ in illius gratiam, & spiritualem iucunditatem edebat, & suas in illam charitatis delicias ostendebat, & illius erga se dilectionem vehementissimè inflammabat. Quæ rem vel hoc vno exemplo demonstrabo. Cum viro sancto auis quædam fluuiatilis oblata esset, is quæ alacriter susceptam pascibus manibus ad volandum inuaret, ea quæ ab eius sinu discedere nollet, hac paternam Dei erga se indulgentiam in tantæ bonitatis amorem raptus, post longè horæ

Simil.

38 horæ spatium, velut aliunde rediens, dulciter iterum auiculæ mandauit, vt Deum laudatura recederet. Quod illa protinus fecit. Quo igitur admirationis & amoris igne sancti viri anima in hoc opere afflata fuit, eodem vtique in similibus miraculis incensam fuisse certissimum est. Qualis igitur ea charitas erat, quæ tot miraculis in gratiam sancti viri editis, tam magna passim incrementa capiebat? Nos sola externa miracula cernimus, & narramus: ceterum à quanta Dei erga feruum suum charitate proficerentur, quantum quæ rursus charitatis incendium in anima viri sancti excitarent, neque videmus, neque vllis verbis explicare possumus.

Recensui, fratres, mirabiles huius sancti viri virtutes, in quibus omnibus verè mirabilis extitit. Sed ego iam mirari desino, quidquid esse mirabile dixi, cum primam tot mirabilium causam considero. 39 Quis enim, quæso, nostrum, si tot circa se diuina miracula, tot diuinæ dilectionis argumenta, tot amoris inextimabiles, tot diuina beneficia, tot immensa illius bonitatis exèpla, ac postremo hæc tantæ auis, pecorù, Dæmonù, ac deniq; omnium ferè creaturarum obedientiam cernebat, non totus præ amoris diuini magnitudine liquefieret? non attonitus tantæ bonitatis magnitudinem obstupesceret? non totus præ laetitiae magnitudine exilliret? non millies in eccliam raperetur? Quam rem ipsius beatissimi Patris sententia confirmare licet; qui quædam iis, etiam latronem, eadem quæ ipsa faciebat, facturum prædicabat, si eadem gratia, eisdemque diuinis beneficijs, atque fauoribus à Domino affectus fuisset. Itaque non ego iam Franciscum, sed Francisci Dominum in Sanctis suis mirabilem prædico. Miror immensam huius Domini bonitatem, miror charitatem, miror benignitatem, 40 miror ineffabilem erga suos dulcedinem & suauitatem; miror quam matrem erga suos indulgentiam; & agnosco verum esse quod idem per Salomonem ait, delicias suas esse cum filijs hominum. Rectè ergo cælestis ille citharæ dux mirabilem Deum *Psalm. 8.* esse ait in Sanctis suis. Nõ tam igitur eos esse mirabiles, quàm ipsum in eis esse mirabilem prædicat: qui tanta dignatione & pietate & suam erga illos dilectionem ostendit, & eorum erga se excitat & incendit.

Nondum tã hic omnium diuinorum beneficiorum atque mirabilium finis. Superest aliud maximè mirabile: nempe Ordinis institutio, qui à sancto viro initium duxit. Nostris enim quantum dignitatis & gloriæ beatissimi huius Patris Ordo in Ecclesia obtineat: in quo tot insignes viri floruerunt, tot Episcopi, tot Cardinales, & Põtifices Maximi,

308

tot clariffimi Doctores & cõcionatores, & (quod eſt multò maius) 41
 tot inuicti Martyres, tot fanctiffimi Confeſſores, tot puriffima Vir
 gines. Nec vobis etiam mira eiusdem Ordinis per vniuerfum terra
 rù orbẽ dilatatio incognita eſt, quæ monachorum, monaſteriorum,
 & prouinciarum numero & multitudine longiſſimo interuallo om
 nes alios Ordines ſuperat. Si igitur hunc Ordinem D. Auguſtinus,
 aut Hieronymus, aut magnus ille Baſilius (qui non modò ſanctitatis
 opinione, ſed clariffima etiam omnium diſciplinaram doctrina cele
 berriſſimi habebatur) inſtituere voluiſſent, non perinde mirum eſſet;
 ſed quòd Petri Bernardonis filius, ſine eruditione, ſine literis (qui to
 tam adoleſcentiã in mercaturæ negotijs modò has, modò illas nun
 dinas frequentans exercuerat, quiq; ad extremũ ad tantam ſe inopiã
 redegerat, vt viliffima tunica indutus ofſiatim vulgarium mendico
 rum more fruſtra panis peteret, quibus vitam ſuſtenteret) hanc tantã 42
 rem animo agitarit, vt noui ac celeberrimi Ordinis inſtitutor, & au
 tor, nouiſque Patriarcha exiſteret; & non Auguſtini, aut Baſilij, aut
 Benediccti Regulam, ſub qua militaret, elegerit, ſed ipſe per ſe nouã
 viuendi Regulam condiderit, & à Pontifice Maximo eius approba
 tionem pauperculus & feminudus impetrarit, reſque adeò feliciter
 ceſſerit, vt breuiſſimo tẽporis ſpatio eius Ordo ſanctitatis opinione
 & fratrum numero ſic dilatatus fuerit, vt viuente etiam ipſo quinque
 milli. fratrum in primis eiusdem Ordinis Comitij cõuenerint, quis
 non miretur? quis non obſtupeſcat? quis non digitum Dei hinc inter
 ceſſiſſe cognoſcat? quis nõ mirabilem Deum in Sanctis ſuis clamat?
 Neque enim Franciſcum eo tempore ſic æſtimare debetis, vt modò
 facitis, quando eius gloria per vniuerſum terrarum orbem celebra
 tur, quando tot immortalis Deo eius nomine templacõſecrata ſunt, 43
 totque altaria eius imagine ſacriſque ſtigmatibus fulgent: ſed qua
 lem iudicaretis, cum illam abiectiſſimi atque viliffimi hominis ſpe
 ciem præſerebat, quiſque atatem omnem in taberna patris poſitus,
 mercaturæ operam dederat. Si quis igitur eo tempore hunc eius ani
 mum atque propositum noui in Eccleſia Ordinis inſtituendi intel
 lexiffet, an non is pleno cachinno hoc eius propositum excepiſſet?
 non iriſiſſet? & ſtultitiæ atque amentie illum condemnaſſet? Quis
 igitur hinc Deum in Sanctis ſuis mirabilem non agnoſcat, quos ex in
 fima mundi fãce ad tantam dignitatis gloriam in Eccleſia ſua extul
 lit, ſuſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperẽ, vt ſedeat
 cum principibus, & ſolum gloriæ teneat?

Quis igitur fratres (vt ſine principio iungamus) aded obtuſi cor
 dis

¶ ſal. 112.

44 dis erit, qui tot exemplis & argumentis ineffabilem Dei noſtri boni
 tatem clara luce non videat, quæ tot modis viros bonos honorat, tot
 afficit beneficijs, tot miraculis illuſtrat, tot delicijs recreat, tantam er
 ga illos indulgentiam, & amoris plus quàm materni (vt ita dixerim).
 teneritudinem oſtendit? Quis igitur eſt, qui dum hæc ipſa conſide
 rat, in tantæ bonitatis & charitatis amorem non rapiatur? quomodo
 non totus amoris erga illum igne incenditur? quomodo ſe ab huius
 flagrantiffimi Solis calore abſcõdit? quid amat, qui hanc tantam bo
 niram nõ amat? cuius rei amore capitur, qui huius tantæ pulchritu
 dinis amore non capitur? Quis non ſe iam felicem arbitretur, cui in
 promptu ſit ad talis Domini amicitiam poſſe venire? quis ſeruire illi
 reſculer, qui tam magnificis præmijs non ſolum in futura, ſed in præ
 ſenti etiam vita obſequia ſibi exhibita perſoluit? quis non in ratione
 45 dati & accepti cum eo velit agere, à quo tam magna lucra reportare
 valeat? quis non in ea terra ſementem facere velit, quæ tam amplos
 ex ſe fundit prouentus? Si igitur (vt initio diximus) nihil nos magis
 ad amorem Dei noſtri, quàm immenſa bonitatis eius pulchritudo
 in oculis & aſpectu propoſita excitare debet; hanc autem tot clariffi
 mis argumentis & indicijs declaratam cernimus; quid ſuper eſt, niſi
 vt tantorum mirabilium & gratiarum autorem totis viſceribus dili
 gamus, totis præcordijs illi omnibus in rebus obſequi ſtudeamus, il
 lum ſemper ante oculos habeamus, illũ dies nocteſque cogitemus,
 illius nos totos obſequio mancipemus, in illum ſemper intenti &
 ſuſpenſi ſimus, pro illo millies, ſi ita opus fuerit, mori cupiamus: vt
 cuius modò bonitatem per magnifica eius opera contemplantur in
 46 patria.

¶ IN FESTO BB. APOSTOLORVM
 Simonis & Iudæ Concio prima; in qua lectio Euan
 gelica explanatur.

T H E. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, ſicut
 dilexi vos. Ioan. 15.



Nter omnes humanæ vitæ errores, fratres chariſſimi, non
 poſtremus ille mihi eſſe videtur, quòd pleriq; hominum
 diuina ex humanis æſtimare ſolent, Deumque ex ſe ipſis,
 moribusque ſuis metiri. Hunc autem errorem Dominus
 Tom. ij. D d prophe

1 *Ifa. 55.* prophetica voce ab illorum mentibus eximendum curauit, cum dixit: Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, nec viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dominus. Quia sicut exaltatur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Subijciamus huius rei aliquot exempla. Multi homines, vbi iniuria affecti fuerint, difficiles sese admodum ad ignoscendum præbent: vnde videmus passim vetustissima atque penè æterna odia apud multos durare. Non desunt autem, qui Deum ex moribus & ingenio suo metientes, hoc eodem modo penè inexorabilem ipsum credant. Cerrè Nouatianus (qui secundam penitentiam negabant) talem eum esse credebant. Credebat & crudelis ille fratricida Cain, qui dicere ausus est: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. At hoc vsque aded à diuinis moribus abhorret, vt is per Prophetam dicat: In quacunq;ue hora impius conuersus fuerit ab impietate sua, amplius non recordabor scelerum eius. Desiste ergo tu verè & ex animo per lamenta penitentię à sceleribus tuis, desiste; verè Dominus ab ira & vindicta furoris sui. Homines etiam molestè ferunt, si quis aliquid ab eis importunis precibus efflagitet: quæ nobis causa esse solet, vt importunas mendicorum voces molestè feramus. Non deerunt autem fortasse qui hoc ingenio Deum esse arbitrentur: cæterum tantum abest vt hac importunitate diuina pietas offendant, vt hoc officium non ad tempus, non statis horis atque diebus, sed sine vlla intermissione à nobis fieri maneant, cum ait: Oporteret semper orare, & non deficere. & iterum; Vigilate itaque omni tempore orantes. Homines præterea bene instituti, noua beneficia petere recusant à quibus multa iam antea perceperunt. At viri sancti hanc præcipuè causam noua à Deo munera petendi putant, quòd multa iam antè perceperint. Quem enim benignum & misericordem frequenter experti sunt, sui quoque similem perpetuò futurum sperant. Quod quia Afa rex Iuda facere noluit, grauiter à Domino, misso ad hoc Propheta, obiurgatus est. Cum enim insignem illi Dominus victoriam aduersus innumerabiles Æthiopum legiones contulisset, vbi post aliquot dies à Rege Israel bello lacesitus fuit, non ad opè Domini, sed ad Regis Syriæ auxilia confugit. Quod eius consilium Dominus non modò Prophete verbis, sed grauissimè etiam pedum morbo castigauit. At longè aliter sanctus Patriarcha Iacob, qui cum ab Esau fratre liberari à Domino peteret, vetera beneficia commemorans ait; Domine, minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam explesti seruo tuo. In

baculo

4 baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis tuo beneficio regredior. Erue me de manu fratris mei, quia valde eum timeo.

Sed vt ad lectionem sancti Euangelij propius accedamus; homines, qui familiæ & seruorum obsequio indigent, seruitium ab illis quidem exigunt, sed seruitij mercedem eisdem pollicentur. Itaque beneficium dando, accipiunt, dum ab illis famulatum percipientes, debitum pro eo stipendium reddunt. Non deerunt autem multi, qui (vt antè dixi) ex humanis diuina iudicantes, pietatis & religionis cultum humanę seruituti similem faciant: vt videlicet Deus obsequio & seruitio nostro ad nominis sui gloriam indigens, æternæ vitæ mercedem pro impenso sibi famulatu largiatur. Quod qui putant, maximo sanè & perniciosissimo errore tenentur. Neque enim is ad gloriæ suæ cumulum obsequio nostro indiget, qui ante omnia secula plenissimè in se ipso gloriosus & beatus fuit. Cur igitur tanta à nobis seueritate mandatorum suorum obedientiam exigat? Non ob id certè, quòd is humano more famulatu & obsequio nostro egeat, sed quòd hæc ipsa obedientia ad salutem & incolumitatem nostram maxime pertineat. Quod quidem ex mandatorum eius ratione cernere facile est: quorum maxima portio ad humanæ vitæ tutelam spectat. Sicut enim is nulla indigentia aut necessitate, sed sola bonitate iaductus (vt Plato quoque sensiti) mundum condidit, & hominem in mundo, cui seruiret mundus: ita sola bonitate leges hominibus dedit, quæ ad eorum ipsorum salutem, pacem, & incolumitatem pertinet, quibus latæ sunt: hoc enim aperte illa eius verba indicant, quibus ad Moysen de filijs Israel ait; Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me? Quam obrem quæso Domine? Vt benè sit, inquit, eis & filijs eorum post eos. Itaque sibi nihil de eorū obsequio sumit, torū laboris fructum in eos refundit. Addam hic aliud mirabilius, quodq; magis diuinæ bonitatis largitatem conspicuam nobis efficit. Quid illud est? Hoc certè, quòd ad hunc ipsum obediētiam laborè ipse nos gratiæ suę beneficio adiuuat, & ita adiuuat, vt maior pars operis nostri eius donū sit, adeo vt ipsa bona opera nostra, ipsi magis, quàm nostra dici debeat. Itaq; electorū omnium illa vox est: Omnia opera nra operatus es in nobis Dñe. Quanta ergo illa bonitas, quæ pro eo labore atque studio, quod non sibi, sed tibi expedit, ad quod etiã ipse te spiritus sui virtute adiuuat, æternę vitę premiū pollicetur? Quã res si homines penitus cognitã & exploratam haberent, paratim ad amorem tantæ bonitatis excitarentur (quæ plus quàm

Dd 2

paterna.

Simil.
Plato.

Deuter. 32

paterna charitate, pro exhibitio legis beneficio, quasi pro impenso si bi obsequio præmium promittit) partim etiam ad ipsarum legum custodiam vehementius incitarentur: quando in earum observatione non quidem rem alienam, sed suam agerent, sibi que tunc maximè diuina mandata exequendo prospicerent. Cùm enim homines ad commoditatum suarum auidi sint, vt per omnes sepe stammas ad lucra sua captanda irrumpant, quid non facerent, si diuinarum legum obedientiam tan magna eis lucra, non ad animam solum, sed ad corpus etiam; nec ad vitam modò futuram, sed ad presentem quoq; afferre intelligerent? Hoc est igitur quod Saluator in hodierna sancti Euangelij lectione docere nos voluit, cùm ait;

[Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.] Quid hac lege commodius ad humanam vitam in pace degendam proponi potuit? Hoc enim vno dilectionis præcepto Dominus & omnem iniuriam prohibuit, & omnia benignitatis officia complexus est. Amor namque donorum omnium & primum, & maximum, & omnium aliorum causa est. Vnde cùm nature conditor Deus liberos à parentibus educari, & beneficij omnibus affici vellet, miram erga illos charitatem mentibus eorum ingenerauit: hac enim vigente, cætera omnia beneficia facile consequutura intelligebat. Cùm ergo toties Dominus hoc nobis charitatis præceptum commendat, omnia simul benignitatis, & misericordiae officia in omnes homines commendauit. Hac autem lege quid humanæ vitæ commodius? quid salutaris? Sicut ergo leges ciuiles, (quas Philosophi Deorum inuentum esse dixerunt) nihil aliud quam hominum salutem, pacem, & incolumitatem inuentur (vt videlicet homines sine iniuria in honesto otio & tranquillitate viuant) ita etiam, ac multò magis, diuinæ leges hoc ipsum omni ratione curant. Non enim manum solum, vt humanæ leges, sed animum quoque ab iniuria, & voluntate nocendi prohibent. Sed illæ tamen leges hoc beneficio contentæ nihil amplius addunt. At summus ille legislator Dominus, æternæ quoque vitæ mercedem legum suarum cultoribus promittit, beneficij pro beneficio, & gratiam pro singulari gratia rependens. Qua bonitate & charitate quid, quæso, cogitari mirabilius potest? Neque præmij tantum magnificentissimis, sed acerbissimis etiã pœnis infligendis ad huiusmodi legum custodiam humanas mentes inducit. Itaque si damnatorum pœnas, & damnationis causas excutere velis (hoc est, cur tam acerbis in gehenna supplicij improbi plectantur) deprehendes planè, alium ibi torqueri, quia alienæ vxoris pudicitiam violauit; alium, quia honestæ virgini

10 gini per vim stuprum intulit; alium, quia res alienas diripuit; alium quia contra ius factæ iniquam tibi litem intendit; alium, quia iudex cùm esset, iniustam contrate sententiam tulit; alium, quia falsum contra te testimonium commentus est; alium, quia contumeliosus, iniurijs, fraudibus, & insidijs salutem & honorem tuum perit; alium, quia pauperes & tenues homines per vim & potentiam oppressit. Horum enim scelerum autoribus locum illum suppliciorum referatissimum esse constat. Vtroque igitur modo Dominus & pœnarum acerbitate, & præmiorum magnitudine ad legum suarum obseruationem homines adducit. Legum autem eius compendium his verbis, quæ audistis, continetur. [Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.] Itaque cùm ipsi nos ipsos illo iubente diligimus, illum vtrique diligimus; & cùm dilectionis officia in alios conferimus, tunc illam officij profequimur, & legem eius implemus. An non ipse hoc idem per Prophetam testatus est? quid enim aliud illa 11. *Isaie. 28.* ipse verba significant; In loquela enim labij, & in lingua loquetur populo huic, cùm dixit, Hæc requies mea, reficite lassum, & hoc meum refrigerium? Prænuñtiat autem hoc in loco Dominus Apostolorum prædicationem, ad quam variæ illis linguæ donatæ sunt, qui tamen concordis sententia eandem hominibus doctrinam prædabant. Eius verò doctrinæ summa erat, Hæc requies mea, reficite lassum, & hoc meum refrigerium: qua quidem lege atq; doctrina pensata Domini voluntas ad omnes homines omni ratione iuuandos apertè insinuat. Quo in loco vehementer illi Domini verba notanda sunt; Hoc est meum refrigerium. Perinde enim atque ipse nostris angustijs & miserijs premeretur, ita suum esse refrigerium ait; afflicti & inopes cõsolari: ideoque beneficium in se collatum reputat, 12. quiddid in miseris homines fuerit impensum. ¶ Hoc præterea inter summa sacrificia, sibi que gratissimè computat. Enumeratis enim pecudum omnium sacrificijs, eisdem que repudiatis; hoc tandem sibi velut omnium suauissimum offerri postulat: Inuoca me in die tribulationis, erua me, & honorificabis me. Quid autem optabilius 13. *Psal. 49.* accidere homini poterat, quam ab imminetibus periculis (quæ nos vndique circumstant) liberari? Hoc igitur quod nobis maximè salutare est, illi quoque sacrificium gratissimum est. ¶ Quam rem Dominus; Phariseorum calumniam repudiens, euidenti scripturæ testimonio confirmauit: Cùm enim illi Dominum accusarent, quod peccatores reciperet, & cum illis manducaret ac biberet, ille eos ad 14. *Matth. 23.* scripturæ auctoritatem remisit, dicens; Ite, discite quid est, Misericordiam *Osee. 6.*

Obiect. diam volo, & non sacrificium. Quid ais Domine? an non præstātius est sacrificium quod Deo offertur, quam misericordia quæ hominibus exhibetur; præsertim cum sacrificium religionis opus sit, quæ inter morales virtutes præstātissima habetur? Est ita planè: nec Dominus hoc in loco sacrificiorum maiestati derogat, sed nudum tamen sacrificium repellit, cum misericordia & benignitate destitutum est. Hoc enim non verum sacrificium, sed sacrificij simulacrum magis existimandū est. Verum namque sacrificium à Spiritu Domini profectum, eiusdem Spiritus gratiam in animo auget, à qua profectū est. Eiusdem autem Spiritus communio, eosdem affectus, idemque vitæ genus in animo habentis ingenerat. Talis autē affectus nec peccatores respicere volentes contemnit (quod Pharisei faciebant) & omnes homines officijs, charitate, misericordia, & omni ratione iuare studet; quod diuinæ benignitatis proprium est. Hunc enim animū, hos mores ex diuina communione & familiaritate in se transfundit, qui quis familiariter cum Deo versatur. Quam rem Moysis ex populo comprobare licet. Quoties enim Israëliticus populus ab Ægypto egressus imperium Domini per summum scelus contempsit; quoties eius iram prouocauit; quoties ab eo propter assidua & quotidiana scelera diris plagis attritus fuit? Quadraginta, inquit, annis proximam sui generationi huic, & dixi, semper hi errāt corde. Quorū sceleribus & flagitijs ipse quoque Moyses, qui eorum ductor erat, sic offensus fuit (præsertim cum ab eo carnes in illa solitudine petierūt) vt animi sui mærorē & consternationē his verbis apud Dominū testatus sit: Cur afflixisti seruum tuum? cur non inuenio gratiam coram te? Et cur imposuisti pōdus hoc vniuersi populi super me? Nunquid ego cōcepi aut genui multitudinem hanc tantā, vt dicas mihi, Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulū? Animaduerte ite quæso fratres, quo affectu Dominus, quibus charitatis visceribus incredulū & rebellem populum tractari volebat, à quo toties violatus & offensus fuerat! Hic enim animus, hoc peccatū, hoc ingenium illius beatissimæ mentis est. Quem etiam animus idem Moyses (qui tam familiari Dei consuetudine utebatur) se induisse multis in locis ostēdit. Cum enim Dominus propter nefarium illud consiliū vituli scelus præuacillatorem populum funditus perdere vellet, Moysi verò principatum longè maiorem & præstantiorem polliceretur; sanctus vir post quadraginta dierum ieiunium, totidem rursus dierum spatio prostratus coram Domino iacuit, suppliciter illum deprecans, vt vel populi sui peccato veniam daret, vel se de libro suo deleret: se enim nullo modo

16 lo modo pati posse ruente populo superflitem relinqui, nec illi iucundum aliquid in cōmuni populi vastitate accidere posse. Talia enim vir sanctus charitatis viscera ex confortio sermonis Domini induerat. ¶ Hinc D. Chryso. sanctos illos Anachoritas, qui turbis vrbium, & humana consuetudine relicta, in solitudine vitam perducebant, non ideo agrestes & inhumanos exitisse ait, quod ab hominum cœtu secreti viuerent: imo verò quod magis diuina consuetudine fruebantur, hoc magis diuinam benignitatem & charitatem in homines, quos ipse cōdidit, & summa charitate psequitur, imitabatur. De iisdem etiā Grego. Theolog. ait, quod in media hominum luce versantes, solitariae vitæ rationē seruarent, & in solitudine agentes, charitatis, humanitatisque officia studiosissimè tuerentur.

Cæterum vt ad diuinæ legis rationem redeamus; quemadmodum ea diuinæ charitatis & benignitatis imaginem nobis repræsentat, ita humanæ malitiæ prauitatem & cæcitatē oculis nostris ingerit, qui nec talem legislatorem amore complectimur, qui nobis gratiam pro gratia largitur, dum pro latę beneficio, cœlestis hereditatis beneficiū promittit: in super & legem eius, qua parte nostris, commodis per dilectionis mandatum consulit, cui grauem & difficilem ita accusamus, vt multi cum ad illam adiguntur (præsertim qui cum proximis inimicitias fouēt) ad illam tanquam ad trirēmium seuitutem damnari se credant. Imo erunt fortasse nonnulli, qui se magis ad Insulas ardore Solis exustas in exilium relegari patiātur, quam ad huius legis custodiam obligari; [Hæc mado vobis, vt diligatis inimicē.] Verum ex hoc loco digressi ad sequentia veniamus.

18 ¶ Pergit deinde Dominus discipulos confirmare, ne saeuientis contra eos mundi odia pertimescant. Sequitur enim: [St de mūdo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.] Prius quam horum verborum explanationem attingam, quid his beatissimis Apostolis in quadam Persidis ciuitate sub Rege Xerxe acciderit (quod huic proposito maximè quadrat) commemorabo. Erat in ea ciuitate templum Soli & Lunæ dicatum: in quod à Pontificibus & furente populo sancti Apostoli adducti sunt, vt contentiosus illos Deos adorarent. Erat in ea templi parte, quæ ad Orientem pertinebat, currus fusilis ex auro, in quo Sol cum radijs fusilibus ex auro erat collocatus. Ex altera parte stabat Luna fusilis item ex argento, cum currus

boum fuffili ex argento. Eos vt tolerant Apostoli, Pontifices cum 19
 populo cogebant. Ipsi verò indicto silentio, Solem & Lunam feruos
 Dei esse scire se professi sunt: qui tamen in cælo essent collocati. Ita
 que eos non sine iniuria in templo includi, quos in cælo collucere
 ab orbe condito constaret. Atque vt intelligerent, non Solem & Lu-
 nam in simulacris inesse, sed Dæmonia, ipsi imperatores se Dæmoni-
 bus professi sunt, vt à simulacris exirent, atque ea comminuerent.
 Hæc inter eos officia diuina sunt, vt vno eodemque puncto tempo-
 ris Simo, Dæmoni qui in Solis, Iudas ei qui in Lunæ simulacro inclu-
 sus erat, imperaret. Quod cum ab eis factū esset, statim duo Æthio-
 pes nigri, nudi, horribilesque specie visi sunt egredi, qui simulacris
 in frusta concisis, cum magno clamore abierunt. Hæcenus de histo-
 ria: nunc ex ea propofiti mei rationem aperire volo. Christi igitur A-
 postoli Deorum illorum deformitatem, horribili eorum specie antè
 spectantium oculos posita, ostendere voluerunt: ego verò alterius
 Dei, commētitiij nempe mundi fœditatem ex his Domini verbis vo-
 lo vobis exponere. Ait enim, [Si de mundo fuissetis, mundus quod suum
 esset diligeret, &c.] hoc est, si mundano more vitam institueretis; id
 est, si saltum & superbiam, si opes, si voluptates, si ingentia palatia, co-
 piosam familiam, longum seruorum agmen, & varias vitæ delicias
 (quæ omnia mūdani homines per tela, per ignes inquirunt) vos etiā
 simili ardore quæreretis, mundus vtique nullo modo in vobis impro-
 baret, quod ipse moribus suis probat: alioqui se ipsum accuseret, dæ-
 nationisque sententiam cōtra se ferret. [Quia verò de mundo nō estis:]
 hoc est, quia celsiores mundo effecti, quæ mundus probat, improba-
 tis; quæ ille amplectitur, repudiatis; quæ in summo pretio habet, con-
 temnit; quæ tātum ille non adorāt, pedibus conculcatis; propterea
 odit vos mundus. Sed hæc obfcurius diximus, apertius eadem dica-
 mus. Si vitā pessimam ac turpissimam rationibus institueretis, vos qui
 dem mundus diligeret: quia verò candido pectore, estis, & innocen-
 tiam, pietatem, & iustitiam colitis, propterea odit vos mundus. Hos
 esse mūdī mores, hoc ingenium testatur Sapiētia Paris. Quæso vos
 fratres, qui alij mores, quod aliud est Dæmonis ingenium? An non il-
 le virtutis hostis, & vitiorum mator, & autor, & incētor est? Quo er-
 go ille ingenio & mētē est, eadem & mēbra eius, in quibus ipse ope-
 ratur, esse necesse est. Animaduertite ergo, quem Deum mūdani ho-
 mines colāt, quem vitæ ducent sequantur, cuius leges & placita, vni-
 uersis Dei legibus & cōsilijs anteponant. An non igitur hoc ad mun-
 di deformitatem agnoscendam, satis est, quod eadem mente, eodem
 ingenio

22 ingenio atque Dæmon ipse sit, eademque terra & nefaria facinora
 moliatur?

Quod si alios eius mores agnoscere vultis, obseruare quid diuinde
 Dominus addat, [Si me persequuti sunt, & vos persequantur: si sermonem
 meum seruaerunt, & vestrum seruaerunt;] hoc est, obseruaerunt, varias
 tendentes insidias, vt verba vestra calumniētur, & vos, sicut & me,
 capere in sermone possint. Porro autem de mundi huius principe
 hoc Dominus testimonium tulit, quod is homicida esset ab initio. Ioan. 8.
 Idem etiam elogium conuenit mundo, qui & Dominum occidit, &
 Martyres, & Prophetas, & Apostolos, quibus Dominus cum eos ad
 prædicandum destinasset, ait, Ite, ecce ego mitto. vos tanquam agnos
 inter lupos. Ad Ezechielē verò ait, Fili hominis, increduli & subuer-
 sores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Eni fratres, aliud mū-
 do

23 di, hoc est, mundanorum hominum præclarum facinus: quod auto-
 rem vitæ, & ministros eius varijs supplicijs interemerūt. Aequum ne
 igitur vobis esse videtur, talis Dei legibus obsequi, & secūdam eius
 præscriptiones & iudicia vitam institueretis? At respondebitis forsi-
 tā. Ille quidem mundus Sanctorum sanguine cruentus iam dudum
 à medio sublatus est: alius nūc pro illo nouus surrexit, longè ab illis
 sceleribus abhorrens. Confiteor planè, non est modò mundus iste
 sanguinarius; quia non ad priorum sanguinem fundendum mucro-
 nem, exacuit; sed quid si in omnibus alijs præcipienti mundo magis
 quàm Deo paretis? An nō ille magis Deus existimari debet, cuius le-
 gibus obtemperatis, quàm cuius leges contemnitis? Sed ne amplifi-
 eādī gratia hæc à me dicta esse existimetis, huius rei periculum faciā
 mus. Quam multos, quæso, in Christiano populo reperire licebit, qui
 vbi obstinato animo scelestū aliquod facinus suscipere decreuerūt,
 si illis omnia Dei præcepta & consilia, si terrores & minas ab eo pro-
 positas, si summum crucis & redemptionis beneficium, si mortem, si
 iudicium, si gehennam, si coelestem gloriam, cæteraque fidei Chri-
 stianæ mysteria proponas, vt ab eo facinore deterreas, nihilō ma-
 gis agas, quàm si surdo caneres fabulam. Obcurauit enim ad hæc om-
 nia velut aspis aures suas: quæ non audit vocem inuocantis sapienter.
 Qui tamē si diuinis rationibus omisissis, humanis apud illos agere ve-
 lis, & id facinus quod animo cōceperūt, existimationi eorū vel apud
 populares honores, vel apud principem officere probaueris, vincas
 post tergū manus dabit, & in tuā præuocantem sententiā pedibus effice-
 det. Quod omnia igitur fidei sacramenta, & Christi crucis memoria
 efficere nullo modo poterūt, quiuis popularis auræ merus plerissi-
 mē

Obiectio.

Dilutio.

Psal. 57.

mè præftitit. Apud hos igitur homines, cuius autoritas & imperiũ mã 25
gis valet, Dei, an mundi? An nõ hic apertiffimè pofthabito Deo mũ
dus antefertur, mũdus maiori in pretio habetur, mũdo magis quàm
Deo obtèperatur, mũdi leges, mundi q; metus diuinis legibus ac ri-
mori diuino antepositur? Quid mea refert, q; tu verbis & appellatio-
ne Deũ honores, fi quod Deo debetur, mũdo tribuis; hoc eft, fi obe-
dientia & honorẽ Deo debitũ, fpreto Deo, ad mundi defers? Rectè

Auguft.

D. Aug. Q. inquit, homo, viluit tibi Deus? Viluit planè, cui viliffima
mundi cõmoda & rumufculi antefertuntur. Hæcine funt obfequia,
hi honores, hic cultus eft, qui tibi, Dñe, creationis, redẽptionis, cate-
rorumq; beneficiorũ iure debetur? Hæcine eft incarnationis, paffio-
nis, & omniũ laborum tuorum fructus, quos vt nos à mundi feruitu-
te eriperes, pertulifti? Vbi eft illa promiffio: Nunc iudicium eft mun-
di, nunc princeps huius mundi eijcietur foràs: & ego fi exaltatus fue-
ro à terra, omnia trahã ad me ipfum? ¶ Et quidẽ q; homines ante latã

1. ad. 12.

legẽ mundi legibus parerent, & fe fe omni genere flagitiorum inqui-
narent, minus planè mirũ effer: peccatum enim eo tẽpore non ita im-
putabatur, cum lex nõ effer: & qui lata iã per Moyfem lege deliquẽ-
rũt, minus etiã accufandi funt, q; literam tantũ percepẽrunt occidẽ

26

2. Cor. 3.

tẽ, non fpiritũ viuificantẽ: at nos, qui nõ sub lege, fed sub gratia cõfi-
tuti fumus, quibus tot virtutum exẽpla exhibita, tot beneficia impẽ-
fa, tot facramẽta in humanã infirmitatis remediũ inftituta, tot diui-
ni amoris & timoris incitamenta, tot deniq; diuinã bonitatis myfte-
ria ante oculos pofita funt, totq; Ecclefiẽ voces aures quotidie nõ
ãtra feriũt, quo modo tot ad pietatẽ & iuftitiã ftimulis agitati, totq;
adiumẽtis inftituti, ad nõ nihil proficimus, vt dicere nos quoq; cum

3. Sai. 63.

Propheta poffimus, Facti fumus velut à principio, cum nõ domina- 27
reris noftri, nec inuocaretur nomẽ tuum fuper nos! Quid, quẽfo, infi-
nuare nobis Paule voluifti, cum diceres, Peccatum vobis non domi-
nabitur: non enim eftis fub lege, fed fub gratia? Ecce nunc fub gratia
conftituti, non minus modò delinquimus, quàm homines fub lege,
imo & ante legem delinquebant. §. III.

Roman. 6.

¶ Hoc eft igitur, fratres, quod vehemẽter caulam noftrã premit, ac
planè inexcufabilẽ facit. Subdit namq; Dñs; [Si non veniffem, & loquu-
tus eis non fuiffem, peccatum non haberent: nunc autem excufationem non ha-
bent de peccato fuo.] Hæc non Iudeis modò, fed nobis etiam dictã pu-
temus. Nec enim minora nobis ad pietatem adiumẽta, quàm illis ad
fidem argumenta data funt. Quocirca fi illorum perfidia excufatio-
nem non recipit, vehemẽter timendum eft, ne forẽ obftinata mul-
torum

28 torum prauitas non admittat. Quod quò apertius intelligatis, expen-
damus quid fibi Dominus velit, cum ait; [Si nõ veniffem &c. peccatum
non haberent.] Cur enim peccatũ non haberent? Hoc in loco D. Tho-
mas, peccati nomine, non omnia peccata, fed infidelitatis peccatum
intelligit: quod tamẽ inftar peccatorum omnium eft: quandoquidẽ
fublata fide, cætera omnia peccata manent, quæ nifi per mediatoris
Chrifti fidem remitti nequeunt. Ab hoc autem peccato Iudgos im-
munes futuros fuiffe ait, fi eos ipfe Dominus ad fidem & fignis, &
verbis erudiẽdos minime fufcepiffet. Sic etiã barbaræ nationes (qui-
bus nondum Euangelium annuntiatum eft) ab hoc infidelitatis pec-
cato immunes funt. Nihilominus tamen hi omnes æterno fupplicio
multabuntur: nõ quidem ob infidelitatis peccatum (à quo illos in-
uincibilis, vt vocant, ignorantia excufat) fed propter alia multa flagi-
tia, quæ ipfi non cõtra fidem lumen (quo caruerunt) fed contra natu-
rale lumen, quod mẽtibus noftris cum ipfa fimul natura impreffum
ad conditorẽ fuit, admiferunt. Sicut enim is cum Angelos creauit, fpe-
cies etiã & rerum fcientiam fimul in eorum mentibus creauit: ita
cum rationalem animam condidit, lumen quoq; illi, quo à bonis
mala difcerneret, indidit; & naturalem quandam auerfionem à ma-
lo, & ad bonũ propenfionem ingenerauit. Quia igitur aduerfus hoc
inditum rationis lumen deliquerunt, non dubium quin æterno fup-
plicio apud inferos cruciandi fint. Sicut enim extra arcã Noẽ, do-
mũq; Raab in Iericho nulli falus contingere potuit, ita nec extra
Chrifti fidem & Ecclefiã.

D. Thom.

simili

Genef. 7.

Iofue. 6.

30 Nunc quæfo fratres diligenter expendite, cuiusmodi nos pericu-
lum maneat. Si enim barbaræ iftæ nationes ob violatã naturã le-
gem, quæ animis noftris impreffa eft, fine fine cruciandæ funt, quo-
nos timore concuti par eft, qui tam multa alia ad pietatem & iuftitiã
adiumenta percepimus? Nos enim ipfã naturã lumen, nos cathõli-
ca fides, nos Euangelica doctrina, nos innumera Prophetarum, Apo-
ftolorum, & Ecclefiẽ doctõrũ volumina, nos quotidiana Ecclefiẽ
voces ad pietatem erudiunt, & hortantur. Adde his tot clariffima
non modò Sanctorum omnium, fed ipfius etiã conditoris noftri
exẽpla, tot in humanã infirmitatis remediũ inftituta facramẽta;
tot internos fpiritus fancti motus, qui femper ftat ad oftium & pul-
fat. Quid referam ipfius Domini Saluatoris aduentum, & acerbiffi-
mam mortem noftri gratia fufceptã; qua & fummu à nobis erga fa-
morem, & fummu peccati odiũ (propter quod delẽdũ tam multa
paffus eft) meritiffimo iure exigit? Multi folam de peccatis rationem
is diuino

Apoc. 3.

in diuino iudicio exigendam timent: ego verò non minus credito-
rum talentorum, hoc est, diuinorum beneficiorum, ac præcipue sum-
mi & maximi redemptionis & salutis nostræ beneficij rationem exi-
gendam pertimesco. Quam quidem rem nõ obscure Saluator decla-
rauit, cum ait: Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum,
& dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. quod perinde
est, ac si diceret; Dánationis & iudicij hæc præcipua causa futura est,
quod lux cœlestis, quod malorum omnium medicina, quod promissa salus
& vita, quod sapientia & iustitia, quod sanctificatio & redemptio ve-
nit in mundum, quam tamen gratis oblatam à se improbi repulerunt.
Quocirca nullo modo naturæ infirmitatem prætexere iam possunt,
cum ipsi oblatam medelam repudiauerint, nec se cœlesti medico san-
nandos præbere voluerint. Magnum ergo nobis, fratres, ob admissa
flagitia periculum impendit, nec minus tamen ob accepta benefi-
cia, & salutis adiumenta neglecta. Hinc idem Dominus (vt Matthæus
Euangelista refert) cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ fu-
erant plurimæ ipsius virtutes: quæ tamen ne his quidem diuinæ virtu-
tis argumentis ad poenitentiam excitatæ fuerint. Potuerat quidem
Dominus multa illarum ciuitatum scelera percensere, sed his tamen
silentio premissis, hoc vnus commemorat, quod eorum causam maxi-
mè premebat. Hoc est etiam in causa fratres, cur sanctissimi quoque
viri hoc iudicium reformident: quia quamuis nullus sibi lethalis cri-
minis conscij sint, huius tamen beneficij rationem sibi à Deo exigen-
dam pertimescunt. Quæ ratio Diuum Thomam impulit, vt dicat, le-
uiori apud inferos pœna propter scelera sua infideles, quam fideles
esse puniendos: quod videlicet vtrique pro qualitate percepti lumi-
nis, & beneficiorum diuini primum, atque adiutorum (quæ vtrisque
ad rectè viuendum donata fuerint) plectendi sint. Quocirca oro ob-
testor: quæ vos fratres, vt hæc ipsa quæ diximus, diu multumque cum
animo vestro cogitantes, aurescque vestras mundi vocibus obturba-
tes, easque diuinis oraculis referantes, secundum eorum præscripta
vitam & mores vestros instituat. Nemo nostrum sibi vilescat, nemò
parui salutem suam æstimare, velt. Pretium enim animarum nostrarum
sanguis Christi est. Quin & Martyrum etiam & Apostolorum
sanguine hæc tanta salus ad nos vsque perlata est. Vt enim nobis si-
dem, fideique doctrinam & sacramenta traderent, immensos labo-
res pertulerunt, omnes orbis regiones peragrarunt, acerbissima cum
ceterorum penè mortalium odia præceptoris sui exemplo sustinuerunt,
ac postremo, quod terribilium omnium extremum esse dicitur, acer-
bissimis

34 bisimis supplicijs vitam profuderunt. Sui enim & ceterorum Apo-
stolorum nomine Paulus admiranda illa certamina, & labores propa-
gandæ fidei gratia susceptos, describit his verbis: Puto enim quod
Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos:
quia spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus, hoc
est, tam multis ac magnis perfectionum procellis, nos mundus exa-
gitauit, vt quemadmodum in spectaculis publicis homines feris dila-
cerandi obijciuntur: ita nos laboribus nostris, nõ hominibus solis,
sed Angelis etiam admirandum spectaculum facti sumus. Enumerat
que deinde suos atque cõpõstolorum multiplices labores, his ver-
bis: Vsq; in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & co-
laphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes. mani-
bus nostris. Maledicimur, & benedicimur: persecutione patimur, &
35 sustineamus: blasphemamur, & obsecramur: tanquam purgamenta hu-
ius mundi facti sumus, omnium peripsecramusque adhuc. Hactenus
verba Pauli: quæ is nõ de se modo (vt antè diximus) sed de ceteris
quoque Apostolis prædicat. De quorum numero gloriosi Apostoli,
Simon & Iudas (quorum hodie festum diem celebramus) exitere: de
quibus illud certum est, quod simili cum ceteris Apostolis studio
fidè Christi propagarunt, similemque martyrij coronam adepti sunt.
Quo autem in loco, aut quomodo res gesta sit, quoniam Ecclesiasti-
ci Scriptores variant, nihil in præsentia dicimus. Nos autem, fratres,
eorum fidem, charitatem, patientiam, constantiam, diuinæ gloriæ stu-
dium, & vitæ puritatem imitari studeamus, vt eorum vestigijs insisten-
tes, ad eorum tandem societatem peruenire, mereamur: prælatè Do-
36 mino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuat &
regnat in secula seculorum, Amen.

IN EODEM FESTO BB. SIMONIS
& Iudæ Concio secunda: in qua, post breuem Euangelicæ le-
ctionis explanationem, de laborum patientia, & perfe-
cta in Deum charitate agitur.

*T H E. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem
vobis odio habuit. Ioan. 15.*



Odierna sancti Euangelij lectio, fratres charissimi, pars
quædam est excellentissimi illius sermonis, quem Domi-
nus in nouissima cœna ad discipulos habuisse memora-
tur: in quo illos partim ad mutuam dilectionem, adhorta-
tur;

rus partim de suo abscessu merentes consolatur; partim verò labores & certamina, quæ illos in Euangelij prædicationem manerēt, (ne ipsos imparatos, & falsa securitate torpentes inuenirent) prænuntiat. In præsentī verò sancti Euangelij lectione hæc eadem ferè attingit, & nouis ea rationibus confirmat; quæ nos modò breuiter perstringemus. Quam rem vt piè & vtiliter præstare possimus, cœlestem opem, sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

¶ [Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.] Exposuerat paulò antè Dominus ingentia præmia, quæ mandatorum & legum suarum cultori bus constituta erant. Dixerat enim primò; Si quis diligit me, sermone meum seruabit, & Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hoc autem præmio quid optari maius potuit atque præstantius? Ad eum, inquit, veniemus: nec veniemus modò, sed etiam mansionem apud eum faciemus: in eo videlicet tanquam in augustissimo templo nostro commorantes; quod non ex dolatis lapidibus, sed ex pretiosis virtutum margaritis cõstru- ctum est. Quid autem ibidem habitas Dominus faciat, non est difficile diuinare. Cùm enim effectrices causæ similes sibi effectus, quate nus licet, efficiere conentur; quid in mente hominis Deus habitans nisi sibi similem hominem facere contendet? Itaque cùm ipse sit lux (vt Ioannes Euangelista testatur) illuminabit oculos nostros, & splè didissimam pulchritudinis sue noticiam mentibus nostris infundet. Cùm idem etiam ignis consumens sit, excoquet vtique omnem impuritatē nostram, & quidquid dissimile sibi in nobis deprehenderit, exuret, nosque sui amore inflammbit. Cùm verò panis Angelorum sit, cibabit vtique nos pane vitæ; & intellectus. Cùm idem etiam fons sit, sitim animæ nostræ sedabit, & arenam cordis nostri terram, vt fructus vitæ proferat, irrigabit, & cupiditatum nostrarum ardorē salutarī gratiæ suæ vnda refrigerabit. Denique cùm idem immensa bonitas, summa puritas, & insuperabilis fortitudo sit, harum nos virtutum participes efficiet, si nos illi religiosè & humiliter tractandos atque regendos committamus, vt iam cù Propheta dicere possimus; Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter nostrum? Deus, qui præcinxit me virtute, & posuit vt arcum æreum brachia mea. Hæc igitur omnia mandatorum suorum cultoribus Dominus pollicetur, cùm ait; Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. ¶ Quid verò præmium illud, quàm magnificum

4 & admirandum? Si manseritis, inquit, in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunq; volueritis, petetis, & fiet vobis. Est ne aliquid in vita maius quod hominibus proponi possit? Quid opes, quid regna, quid imperia, huic felicitati comparata, nisi puluis & vmbra sunt? Quàm multa reges, quàm multa Imperatores sitièter appetunt, quæ vel propter inopiam, vel propter imbecillitatem & impotentiã con- sequi non possunt? Quid autem illi deesse potest, cui à sempiterna & ineluctabili veritate dictum est; Quodcunq; volueritis, petetis, & fiet vobis? Reliquam est igitur, vt quantum velis, ex optes; quantum optaueris, poscas; quantum poposceris, te impetraturus cõfidas: & cùm magnum aliquè iustitiæ gradum adeptus fueris, ad altiorē re- pentè contendas, neque vllis bonis contentus, ad maiora & altiora nitare, & semper immensa & infinita concupiscas. Ex plebit enim cu- piditatem tuam clementissimus ille Dominus, & quò ardentius sitie- ris, eò bibes affluētius. Dilata (inquit ille) os tuum, & implebo illud. *Psal. 80.*
 5 Vnde Dauid mentem suam excitat ad tantæ magnificentiæ atque li- beralitatis laudes egregiè concinendas; illumque optimum parètem perpetuò celebrandum, qui desiderium nostrum, quantumuis magnū & infinitum, replet. Quamuis igitur aliquid amplius & magnificum consequare, cùm semper aliquid in rebus diuinis amplius occurat (neque enim fieri potest, vt in rebus infinitis finem aliquando repe- rias) semper aliquid erit noui quod optes, quod obsecres, quod ad- piscare. Quòd si aliquàdo volueris vt Sol in cœlo sistat, aut quæ ve- *Iosue. 10.*
 6 necedat, mons etiam ille obtemperabit. Quam rem sanctissimū atq; *Esai. 38.*
 doctissimum Gregorium, Pontī Episcopum, Eucherius in Epistola *Lucæ. 17.*
 ad Valerianum fecisse memorat, vt locum ex ædificandæ Ecclesiæ ad *Eucleri.*
 fidelium commoditatem præberet, qui fauente persecutionis pro- *Hierony.*
 cella in motibus latitabant. De beato quoq; Hilariōne D. Hierony. *Hierony.*
 scribit, quòd cùm immanis quidam Draco regionē vastaret, vir san- *Idem.*
 ctus pyrā ingentē accēdi iussit, Draconiq; ad se vocato præceperit, vt pyrā ingrederetur: cui teterrima bellua obtemperas, flammis ab- *Idem.*
 sumpta est. Quid hac potestate mirabilis? Cùm verò (vt idem D. *Idem.*
 Hierony. refert) per idem tempus mare suos fines egressum, altissi- *Idem.*
 mos etiam montes operiret, & periculum esset ne finitima loca om- *Idem.*
 nia aquis obrueret, idem sanctus eius crucis signo in fabulo factò, furenti *Idem.*
 pelago præcepit, ne quos ipse illi fines eo ligno præfixerat, transgrede- *Idem.*
 setur: quòd præceptū mare fremens & intumescēs, & sese in maximā *Idem.*
 altitudi-

10th. 14.

10th. 1.

Hebræ. 12.

Eccle. 15.

10th. 17.

altitudinem, at tollens (quasi violentiam à sancto viro pateretur) tamē prætergredi non est ausum. Hoc autem, fratres, quid aliud est, quàm hominem quadam diuinitatis, participatione omnipotentem quodammodo fieri? Quæ res non in conditoris iniuriam, sed in summam gloriam cedit, quemadmodum D. Bernard. ait; Nihil est quod omnipotentiam Verbi clariorem reddat, quàm quòd omnipotentes efficit sperantes in se.

§. I.

¶ Cum hæc igitur tam præclara munera legis suæ cultoribus Dominus proniulisset, poterant discipuli querere; Quæ sunt ista mandata tua Domine, quibus tam ingétia præmia polliceris? Huic igitur tacitæ quaestioni in præsentī lectione Saluator respondet, dicens, [Hæc mando vobis, ut diligatis inuicem.] Hoc enim vno dilectionis præcepto omnia mandata mea continentur. Si enim Deum & homines fyncera dilectione prosequuti fueritis, legem meam impleuistis. Quid verò si homines ipsific à vobis dilecti, parùm huic amori respōdeant? imo verò (quæ est multorū prauitas) si pro amore odium, pro beneficijs, maleficia repēderint? Nec hoc vobis mirum videri debet, quādo me quoque rauidus priorē vobis odio habuit. [Si enim de mundo fuissetis, mundus quod suum erat deligeret: quia verò de mundo non estis &c.]

Rectè hoc in loco D. Cyrillus, Vt corporū, inquit, ita morum cognatio quædam est: quorum similitudo longè sanguinis vincit cognationem. Omne namque animal diligit sibi simile. Sæctus cum sancto, & peruersus cum peruerso iucundè conuersantur. Hinc illa Salomonis sententia; Abominantur iusti virum impiū: & abominantur impij eos qui in recta sunt via. His autē verbis Dominus discipulos suos ad fatura certamina atq; pericula (quæ illis in Euangelij prædicatione lubeunda erāt) opportunè admodum instruit ac præmunit, ne illos videlicet reptina & improuisa mala (vt paulò antè diximus) nihil tale suspicantes, aut expectantes adorirentur. Serò enim animus (vt ait Seneca) ad periculorum patientiam post pericula instruitur. Est autem commodissima ad hoc præmunitio, & mala omnia, prius quàm ea nos aggrediantur, animo præsumere, & saluti nostræ autorem ac vitæ ducem: Christum Dominum ante oculos ponere. Hoc enim sensu D. Greg. illum Davidis versiculum interpreta-

tur; In mādatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas; sic enim ait; Quicūque proficere in virtute cupit, Redemptoris vias oculis subiciat: atque vt mens ad aduerfa præparetur, merorem, gaudium patret, & præsentis vitæ gaudia, damna maioris esse credat. Hoc ipsum autem

10 autem Apostolus se fecisse ostendit, cum ait; Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratu sum propter Christum detrimenta, &c. & mox, Vt cognoscam, inquit, Christum, & societatem passionum eius, con-
figuratus morti eius, si quomodo perueniam ad resurrectionē, quæ est ex mortuis. Omnia igitur Apostolus sibi ante oculos proponebat, & futuras passiones, & Christi ducis sui exemplum, & magnificum resurrectionis præmiū: atque his armis præmunitus, lucra mundi, damna computabat; & mortem, lucrum. ¶ Sed quid est, quod Dominus ait, [Scitote quia me priore vobis odio habuit?] Hæc (vt ita dicam) prioritas, non temporis antecessioem, sed personæ dignitatem inlinuat. Sic enim hanc vocem D. August. interpretatur, enarrās locum illum Ioānis; Qui post me vēturus est, ante me factus est; quia prior me erat. Prior, inquit, me, id est, me dignior atq; præstantior. Eadem

11 igitur significatione, prioris nomen hoc in loco sumēdum est, vt sit sensus; Si mundus vos odit, scitote quia me vobis multò præstantiorem, vtpote vnigenitum Dei filium, odio habuit. Voluit enim Dominus huic argumēto ex personæ circumstantia pondus addere: què admodum cum post ablutionem pedum discipulorū dixit; Vos vocatis me, magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & magister; & vos debetis alter alterius lauare pedes. Sic igitur hoc in loco argumētatur. Ne vobis indignū videatur ea perpeti, quæ rerū omnium Dominus vestri causa perpeffus est: imo verò summæ laudis & gloriæ loco ducite, illum quauis in re, atque adeò in ipsa etiam laborum perpeffione imitari. Verissimè enim ab Ecclesiastico dictum est; Magna gloria est sequi Dominum. Hæc ratione legitimus Phocionem integritatis opinione

12 apud Athenienses celebrem; sed maleuolorum iniulitia ad mortem damnatum, quendam hominem in eodem carcere morti adiudicatum, & acerbè fortunam suam lamentantem, consolatu fuisse, quòd cum Phocione moreretur: sic enim ait; Non tibi satis est Thudippe (hoc enim illi nomen erat) cum Phocione mori? Si ergo vir ille Græciæ iustissimus gloriosum ducebat aliquem secum mori, quātò erit quæso gloriosius cum innocentissimo Dei filio persequutiones & labores perpeti, dolorumq; eius socium atque participem fieri? Summa enim imaginis alicuius perfectio est, si quàm maximè exemplari suo similis exsistat. Cum ergo Christus Dominus nobis in exemplū totius virtutis & sanctitatis propositus sit, nihil prius, aut honorificètius ducere debemus, quàm illi omnibus in rebus similes fieri. Vnde quidā ex Patribus ait, nullum pingendi artificem tāto studio conten-

dere, vt effigiem, in qua laborat, exēplari suo similē faciat, atque diuini ille Spiritus vt nos Christo Dño in cruce pendenti (in qua præclarissimū virtutū omnium specimen edidit) similes in hac vita efficiat. Hæc enim summa rationalis creaturæ perfectio est, auctori suo, quoad licet, similem fieri. Ad cuius nos imitationem Paulus inuitat, cum ait: Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Et Apostolus Petrus, Christus, inquit, passus est pro nobis, vobis relinquens exēplū, vt sequamini vestigia eius. Quæadmodū em̄ cæmētarij insignem aliquam siue domū, siue basilicam extructuri, prius vel in charta aliqua, vel in materia lignea totā futuri ædificij fabricam summo artificio depingunt, quā semper, dū opus molitiū, propositā ante oculos habent, vt iuxta illius descriptionem omnia faciānt: ita planē cælestis Pater spirituale in mūdo templū, nēpe Ecclesiā suā ex viuis lapidibus ædificare cupiens, absolutissimū totius virtutis & probitatis in Vnigenito suo nobis exhibuit exemplar, & ad eius imitationē vnūquemq; fidelitū hortatus est, cum Moyſi dixit: Omnia fac secundū exemplar quod tibi in monte monstratū est. Et Paulus, Aspicientes, inquit, in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē, consensione cōtempta. Porro autē si tota ducis nostri vita ab initio ad finem vsq; velut crux quædā externi hominis extitit, quid quæso aliud perfecti viri vita si ad hoc exēplar effigēda est, nisi crux esse debeat? Cur enim Dñs tot suppliciorū & opprobriorū genera perpeti voluit, cum vna pretiosi sanguinis eius gutta, propter infinitam illius diuini suppositi dignitatem, satis superque ad totius mundi redemptionem esset, nisi quia nō solum nos passionis suæ meritis à peccato redimere, sed etiā virtutum suarum exemplis ad laborum patientiam, & virtutum studium voluerit incitare? Hinc Leo Papa, Ab omnipotenti, inquit, me dico duplex nobis remediū præparatū est: cuius aliud est in sacramento, aliud in exemplo: vt per vnū cōferantur diuina, per aliud erigātur humana: quia sicut Deus iustificationis est auctor, ita homo deuotionis est debitor. Idēq; rursus, Filius Dei vniuersis in se credentibus & sacramētū cōdidit, & exēplū, vt vnū apprehēderēt renascēdo, alterū sequerentur imitando. Hæc ille. Si igitur hæc Saluatori nostro causa fuit tam multa patiendī, vt nos eius exemplo leuiora saltem patere mur, quicunque indulgentiorem vitam, & laborum atque molestiarum omnium expertem sibi sectandam proposuerunt, quantum in ipsis est, hoc Dñi propositū atq; cōsiliū euertere atq; frustrare conantur.

Hebræ. 12.

1. Petri. 2. Simil.

Exod. 25.

Hebræ. 12.

Leo Papa.

Idem.

nantur, vt ille (quod ad istos attinet) dicere meritō possit; O frustra suscepti mei labores, quando ne ijs quidē tā multorū hominum mētes ab amore deliciarū ad seuerioris vitæ propositum promoueri noluerunt. Quo nā modo isti de Christo capite gloriātur, cuius mēbra esse nolunt? Vt enim D. Aug. ait, Recusat esse in corpore, qui odium nō vult sustinere cū capite. ¶ Quod si nos Regis nostri exēplum & pudor minus mouent, moueat saltē præij magnitudo, quod illum sequentibus constitutū est. Vt enim Apostolus ait, Si cōpatimur, & cōregnabimus; si mortui fuerimus cū Christo, credimus quia simul etiā viuemus cū eo. Quod idē Dñs apertē testatur cū ait; Qui mihi ministrat, me sequatur. Quid deinde? Et vbi sum ego, illic & minister meus erit: hoc est, ad eandem cælestis patrimonij hereditatem perueniet, vt quæ ad me pertinēt iure nature, ad illum quoque deferantur adoptionis gratia. Quod cū ita sit, non absurdē Clemens Alex. ait, Ad hoc Dei filium in hunc mūdum descendisse, vt nos velut pennata quædā animalia efficieret, & pennis vndiq; amiceret, vt eō humilitatē nostrā prouheret, vnde sublimitas eius ad nos descēderat: & natura illa, cui dictū est; Terra es, & in terrā ibis; conformis Christo effecta, & spiritu eius informata, super omnes cælos ascenderet. Quisquis igitur ad hanc celsitudinis & gloriæ dignitatem peruenire cupit, viā, qua ad illam itur, delectare nō debet. Via autem, Christus est; quæ oportuit quidē pati, & ita intrare in gloriam suam. Duobus verō discipulis eandē gloriā ambientibus, hanc eandē viam ostēdit, cū ab eis requirit; Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? quasi diceret; Hoc primū cogitate, hoc ante omnia curate, si gloriā & dignitatē quæritis, hæc regia via est qua ad illā peruenitur. Nemo verō indignē secū agi putet, si ab eo pretium exigatur, quod cælestis Pater à Filio, Filius ab amicissimis Apostolis, atq; ad eō fratri suis requisit. Quis enim empturus à mercatore pallium, de pretij caritate queratur, si mercator iuret se nō alio pretio & fratribus suis & filijs etiā vēdidisse? Nemo igitur, fratres, de pretio queratur: verē enim nō sunt condignæ passionis huius seculi ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Momentaneum quippē & leuē tribulationis nostræ supra modū in sublimitate æternam gloriæ pondus operatur in nobis.

§. II.

¶ Verū hęc infirmioribus dicta sunt, qui his stimulis ad laborū pauciētā egēt: ceterū perfectos, & eximio Christi amore flagrātes nō necesse est his illecebris ad labores & pericula ppter dilectū gloriā inuitare.

Ec 2

citare.

August.

2. Timo. 2. Roman. 6. Ioan. 12.

Clem. Alex.

Genes. 3.

Lucæ. 24.

Matth. 20.

Simil.

Roman. 8.

1. Cor. 4.

Bernar.

Psal. 53.

Sim. 7.

Chrysof.

Iob. 1.

A. Cor. 5.

Chrysof.

Dionys.

citare. Ipsa enim Domini sui dignitas, immensa bonitas, & ardentissimi ma charitas (vt nulla essent præmia laboribus constituta) illos satis su perq; ad hoc acuerent. Vt enim D. Bernar. ait; Verus amor (hoc est, perfectus amor) de spe vires non sumit; & tamen diffidentia: damna non sentit. Hunc autem dilectionis gradum ostendit regius Prophe ta se habuisse, cum ait; Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor no mini tuo Domine: quoniã bonũ est, quod perinde est ac si diceret; Immen sa bonitatis tuæ consideratio Domine, quam in meis sæpe periculis expertus sum, me ad amorem & obsequium tuum mouet, & ita mouet, vt si nulla etiam ex hac pietate erga te mea sequeretur vtilitas, non minus voluntariè tibi sacrificarem. ¶ Et quidem inter magna sincera & perfectè charitatis signa, hoc in primis est, si nullũ laborum suorum præmium requirit. Sicut enim odium in Deum tunc summum esse ex præsentì lectione discimus, cum quis illũ gra tis odit, & sine vilo emolumento eius leges & mandata perfringit: ita contra tunc summus in illum amor exiit, cum quis gratuitò il lum diligit; hoc est, perpetuò dilecturus est, etiam si nullum dilectio nis suæ fructum præter ipsam dilectionem reportaret. In cuius rei ar gumentum D. Chry. ait, permisisse Dominũ vt innocētissimus Iob tot modis à Dæmone vexaretur, quòd perspicuum omnibus fieret, vi rum sanctũ nõ mercedis intuitu, sed pura ac sincera charitate Dñm dilexisse, quando rebus omnibus amissis, extinctis liberis, & corpore grauissimis vlcibus sauciato, semper innocētiam, fidem in Deũ, & charitatem retinuerit. Quod quidem (vt idem sanctus pater ait) non obscurè illa Domini verba indicant; Nunquid cõsideralli seruũ meũ Iob, quòd non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, & adhuc re tiens innocentiam? Itaque satis hac mira patientia declarauit, se nõ ob ea, quæ à me perceperat beneficia, sed syncerissima bonitatis meæ dilectione inductum, innocētiam coluisse. Quo quidem virtutis ge nere non video quid esse possit laudabilius. Hoc autem modo Apo stoli post Spiritus sancti aduentum Christum Dominum dilexerũt: Ideo quæ ibant gaudentes à conspectu concilij. Quòdbrẽ? Num, quia sciebãt, quæ verberib; illis esset merces in cælo reposita? Nõ ob hoc solum (quamuis hoc debita laude non careat) sed quòd digni habiti sunt pro dulcissimo Iesu nomine contumeliã pati. Hinc D. Chry. de vinculis Pauli differēs, Si quis, inquit, Christũ diligit, si quis p amore eius, vt ita dicã, insanit, is scit, quæ sit vinculorũ virt; is nouit hæc dig nitatẽ, is agnoscit quid sit pro dulcissimo Iesu nomine cõtumeliã pa ti. Agnoscebat autẽ magnus ille Dionysius hæc summã dignitatẽ & gloriam,

22 gloriã, qui ad Ioannẽ Enagelistã, exilio in Pathmos insulã relegatũ, scribens, inter cætera sic ait; Te quidẽ, nõ quã ita amēs sim, vt aliquid pati arbitrer: sed corporis mala, hoc tantũ quòd ea diiudices, sentire credo. hoc est, iudicio quidẽ intelligis ea esse corporis mala, affectũ autẽ ad eò illa nõ sentis, vt ea etiã tanquã re optatissimã amplectaris. Quo modo enim quicquã mali pateretur, cui nihil magis erat in vo tis, quàm propter dilectissimũ magistrũ mille etiam mortes perpeti? Sed quid mirũ si hoc animo Ioannes Euangelista, cæteri q; Apo sto li essent, qui primitias Spiritus acceperunt, cum cæteris quoq; fide li bus initio nascētis Ecclesiæ eadẽ mens, idẽ ardor, idemq; propositũ esset? Sic enĩ de illis Tertullianus ait: Christiani magis danati quàm absoluti gaudemus: cum omni sæuitia vestra cõcertamus, vltro erũ pentes. Crudelitas vestra, nostra est gloria. Sæcra nostra tunc magis 23 edificatur, cum ceditur. Quid his verbis animosius? quid mirabilius? Nec enim hoc tã verbis quam rebus ipsis testatũ est. Nascentis enim Ecclesiæ tempore tot fidelium turbæ passim trucidabantur, vt Pli nus Secundus, qui tunc prouinciam quandã administrabat, multo dine interemptorum permotus, referret ad Traianum Imperatorẽ, quòd innumera hominum millia quotidie obruncarentur, in qui bus nihil omnino sceleris deprehederetur admissum, aut aliquid cõ trarium Romanis legibus gestum, nisi hoc solum, quòd antelucanos hymnos Christo cuidã canerent Deo. Adulteria verò, vel cætera hu iusmodi crimina apud eos & illicita haberi, & penitus arceri; cætera verò secundũ leges eos agere communes. Hoc ipso autem Traiani Imperatoris tẽpore sanctus Simõ (cuius hodiẽ festum celebramus) vt Agelippus, Eusebio referente, memorat, immanissimè cruciatus 24 est. Non enim cita morte, sed multis diebus (vt idem refert) quòd eius animi constantiam Tyranni labefactarent, varijs tormentorum ge neribus affectus est. Itaque mentis eius mutatione desperata, ad ma gistrũ sui imitationem crucis patibulo affixus est, cum centum & viginti esset annorum; cunctis admirantibus in corpore senili tam alacrem & robustum animum ad ferenda supplicia.

Hæc est igitur, fratres, vera, perfecta, & Apostolica charitas, grauitò diligens, & dolorũ patiens, de qua meritò in Cant. dicitur; For tis est vt mors dilectio; imò verò morte fortior, quæ mortem, & om nia mortis arma & instrumenta superauit. Cui illud etiam verissimè cõuenit, quòd ibidem dicitur; Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatẽ, & flumina nõ operiet eã. Lápades enim eius, lápades ignis atq; flamarũ: quas tamẽ flãmas nec inũdationes fluminũ, nec flu

Tertul.

Plin. Secun dus.

Agelipp.

Cant. 8.

Ibidem.

Psal. 92.

Etus maris, hoc est, persecutionū procellæ extinguere poterūt. Verè enim eleuauerunt flumina Dñe, eleuauerunt flumina uocem suā. Eleuauerunt flumina fluctus suos à uocibus aquarū multarum. Mirabiles elationes maris, sed mirabilior in altis Dñs, qui Tyrannorum omnium, atq; totius huius magni maris procellā, aduersus Ecclesiā seuientem, inuicta Apostolorum & Martyrum charitate cōpescuit. Quorum exēplo, Christe sancte, quā ingens se nobis hoc in loco lamentandi materia offerebat! Totius mundi tempestas, & omnium tormētorum genera, fidelium charitatē labefactare olim minimè poterunt: at nostrorum temporum charitatē, quæ leuis aura, quæ uel exigua commoditas, aut cupiditas, aut uoluptas de gradu suo nō depellit? Illorum cōstantiam nulla suppliciorum genera, nulli terrores & minę deijcere poterant: nos uerò propter res penè pueriles & ludi cras pietatem & iustitiā passim prodimus. Quid tu ais in sacra huius diei Epistola Paule? Quis nos, inquit, separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an nuditas, an periculum, an gladius? Nihil cerè horum, nec sexcenta alia quę deinde commemorat. Hæc enim erat illius seculi & illorum fidelium firmitas atq; cōstātia. At nostro infelicissimo & nunquam satis deplorato seculo sic omnia inuersa sunt, ut lōgè alia ratione interrogare possimus; Quid nos non separabit à charitate Christi? Quæ res erit tā leuis & minuta, quę hoc apud multorū pectora efficere non ualeat? Quæ uel leuissima iactura, quis popularis auræ metus, quis inanis rumusculus exilimationi nostræ uel leuiter officiens, quę cupiditas, quis affectus paulò impotentior, quæ uoluptatis titillatio nos à Christi charitate penè milles in die non abducit? O miserandam temporum conditionem! ò infelix seculum! ò christianæ religionis dedecus, perpetuis lachrymis deplorandum! Verissimè cerè à Salomone dictum est; A uersio paruulorum interficiet eos: quandoquidem rerum inaniam atque penè pueriliū uel uana formido, uel puerilis & cæcus amor charitatis vitam nobis adimit, & à Christo separat. Hoc ego tantum malum quoniam uerbis explicare non ualeo, uobis, quicumque Dei sensum & mentem habetis, cogitandum & deplorandum relinquo.

§. III.

¶ Sed ut ad intermissam lectionis Euāgelicę seriē redeamus, causam deinde Dñs affert, cur discipulos suos, atq; ad eōm pios omnes oderit & intectetur mūdus. Subdit enim; [Si de mūdo fuissetis, mūdus quod sūt erat, diligeret: quia uerò de mūdo non estis, sed ego elegi uos de mūdo, propterea odit uos mūdus.] Quid hac ratione euidentiū? Cōstat enim si-

militu.

28 militudinē, amicitia & cōiunctionis, dissimilitudinem uerò, inimicitia atq; dissensionis causam existere. Sic uidemus inter elemēta, quę contrarijs qualitibus cōstant, (qualia sunt ignis & aqua) irreconciliabile bellū esse; cum tñ ignis & aer, ceteraq; elemēta, quę symbola nuncupantur, hoc est, quæ in altera qualitate consentiunt, uix ullum inter se dissidium patiantur. Cum ergo tanta inter pios & improbos dissensio sit; cum illi charitate, isti cupiditate; illi spiritu Dei, isti spiritu Dæmonis agantur; illi, Dei leges, isti, mundi leges attendant; illi corporibus suis pro mōcipijs utantur, isti uentrem suum sibi in Deū elegerint, illi carnem suam crucifigere cum uitijs & concupiscentijs semper fludeant, isti omnibus eam delicijs fouere & saginare cōtentā; quæ pax, quæ amicitia consensio inter tam diuersa studia & uita esse queat? Hinc Salomon, Ambulās, inquit, recto itinere, & timēs

29 Dñm, despicitur ab eo qui infami graditur uia & alibi idem; Qui de, relinquūt legem, laudant impium: qui custodiunt, succeduntur cōtra illum. Quæ quidē dissensionis & pugnæ causa, omnes alias, quæ inter homines reperiuntur, antiquitate superat; adeò, ut cum ipso penè mundi exordio nata sit. Quid enim fratricidam Cain in tam exitiale aduersus innocētissimum fratrem odium impulit, nisi quod (ut Ioannes ait) opera eius praua erant, fratris autem iusta? Quid uerò Iacob & Esau fratres geminos referam, quorum alter electorum, alter reproborum typum tenet; qui nondum in lucem editi, in matris etiā utero decertabant, hanc uidelicet rixam, atque uetustissimam dissidium inter probos & improbos adumbrantes? In hanc autem sententiam Apostolus duorum quoque filiorum Abraham exemplum adducit; Sicut enim, inquit, is qui secūdum carnem natus erat, persequebatur eum qui secundum spiritum: ita & nunc: hoc est, ita nunc carnales homines spiritualibus infensi & inimici sunt. Huius autem uetustissimi odij causa est, partim quidem (ut antè diximus) ueritas quę uitæ dissimilitudo; partim etiam tacita quædam improbatæ uitæ, ex piorum comparatione, damnatio. Scitum enim est illud Diui Augustini; Nihil ita condemnare uitam malorum, quàm uitam bonorum. Ut enim pulcherrima quædam imago iuxta deformem positā, eius deformitatem magis conspicuam reddat: ita uirtutis & honestatis splendor, qui in piorum moribus elucet, flagitiosorum hominum dedecus & turpitudinem apertius detegit & ostendit. ¶ Quæ ideo à me dicta sunt fratres, partim ut quicumque piè & reuerenter Deum colitis, patienter aliorum detractio-

Galat. 5.

Prou. 14.

Prou. 28.

1. Ioh. 3.

Genes. 25.

Galat. 4.

August.

Simil.

Ec 4 esse

Rom. 8.

Prou. 1.

Bernar. esse (vt Ber. ait) bona facere, & mala pati; & beatos à Dño prædicari, 31
 qui persecutione propter iustitiam patiuntur: partim vt quicunq;
 iustorum simplicitatem deridetis, ipsosq;ue diuersionibus, de
 tractionibus, confictisq; nominibus ignominiosis perstringitis, eccle
 siæ vindictam formidetis, illamq; Dñi vocẽ extimescatis; Nolite tan
 gere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari & illã itẽ;
 Zach. 4. 2. Qui vos tãgit, tãgit pupillã oculi mei. Vnde euenit, vt sæpe Dñs mul
 tõ feuerius suorũ iniurias, quã suã vltus sit. Quamobrẽ oportu
 nẽ Sapiens huius rei nos admonet, cum ait; Ne quaras impietate in
 Prover. 24. domo iusti, neq; vastes requie eius. Septies enim in die cadet iustus,
 & resurget: impij autem corruent in malum: hoc est, ita corruent, vt
 in eodẽ semper iusto infixi iaceant. Hoc autẽ in eos quadrat, qui si in
 hominibus, qui vel paulõ frequentius sacrã Eucharistiam sumunt, aut
 studio sanctę orationis incumbunt, leuem aliquem lapsũ viderint, 32
 miras ob hoc tragedias excitãt; quasi homines illi iam esse desierint,
 aut quasi iam omnes nature affectus & cupiditates exuerint, vbi pri
 mum se Dei obsequio tradiderunt. Illos ergo qui sic ab improbis ho
 minibus lacerantur, his verbis, quæ modõ audistis, Dñs consolatur;
 [Si de mundo fuissetis, mundus quod sum erat diligeret, &c.] hoc est, si
 mundano more vitam institueretis, nequaquam mundus damnare
 posset, quod ipse moribus suis probat: quia verõ longẽ alia ratione
 vitam agit, necesse est vt aduerteret mundus, quod ipse viuẽdo nõ
 probat. Vnde consequens esse videtur, vt à mũdo, hoc est, à flagitio
 sis hominibus reprobari, id verẽ probari sit. Certẽ Seneca hominem
 virtutis studiosum hoc sibi nãmine gratulari debere ait, quod à per
 ditis hominibus improbaretur; Mihi iam, inquit, quod argumentum
 est recti, contigit malis displicere. 33

Pergit deinde Dominus exemplo iterum suo discipulos ad futu
 ros labores & persecutiones præmunire, dicens; [Memento te sermo
 nis mei, quẽ ego dixi vobis. Si me persecuti sunt, & vos persequentur, &c.]
 quod perinde est, ac si diceret; Nemo putet maiori se dexterrate cla
 uũ vitæ moderari posse, quã ego moderatus sum. Quod si nec mi
 hi quidẽ mundus pepercit, qui sic vixi, qui tot mũdũ beneficijs affe
 ci, tot signis ad fidẽ inducere conatus sum, quæ vobis spes reliqua sa
 luti & incolumitatis esse poterit? Sic planẽ discipulis euenit, vt hoc
 in loco Dñs prænuñtãuit. Omnes enim illos mundus varijs tormẽto
 rũ generibus è medio sustulit, omnesq; (vno excepto Ioanne) præce
 ptoris sui exẽplum sequuti, morte sua Deum glorificauerunt, æternã
 q; martyrij palmã adepti sunt. Quod idẽ beatissimis Apostolis, Simo
 nis &

34 ni & Iudæ (quorum hodiẽ festum celebramus) contigit, qui similes
 martyrij coronas à Domino percipere meruerunt. De quorum glo
 rioso agone (quoniam scriptores Ecclesiastici variant) nihil aliud di
 cam, nisi quod Christi Domini Apostoli, & Ecclesiæ columnæ fue
 rint, fidemq;ue, qua nunc omnes meritõ gloriamur, ad nos ipsi capi
 tus sui dispendio, quasi hæditario iure transfuderunt. Ad quorum
 laudem accedit, quod confobrini Domini Saluatoris simul cũ Iaco
 bo minore fuerint. Hos enim tres habet felicissimos filios Mariæ
 Cleophe, beatissimã Virginis Mariæ soror, quæ etiam iuxta crucem
 eum eadem sacra Virgine, & Mariæ Magdalena, & Ioanne Euangelista
 Iohan. 19. stã altitit: vbi piam matrem, discipulis eam deserẽtib; non deseruit,
 sed calicis & mæroris sui & testis, & particeps, & consolatrix exiitit.
 Nos ergo, fratres, siue feliciũ filiorum agones, siue pias matris eorũ
 35 lachrymas imitari studeamus, aduersus cupiditates nostras perpetuõ
 decertemus, quod seminantes in lachrymis, in exultatione metamus: Pfd. 12.5.
 vt sic tãdem ad eorum, quorum festa recolimus, societatem, eodem
 Domino aspirante, peruenire mereamur.

IN FESTO OMNIUM SANCTO
 rum Concio prima; in qua de hominis beatitudine, deq; itineri
 bus quibus ad eam peruenimus, disseritur.

*T H E. Gaudete & exultate, quoniam merces ve
 stra copiosa est in cælis. Matth. 5.*



Nter festos dies, quos Ecclesia quotannis solenni reli
 gione celebrandos suscepit, hic dies vel summũ, vel
 maximum certẽ locura obtinere videtur. Cætera nam
 quæ festa, aut singulorum sanctorum, aut singularium
 mysteriorum sunt: hoc autem sub vnius diei solenni
 tate sanctorum omnium festa cõplectitur. Magno autẽ Spiritus san
 cti cõsilio Ecclesia hoc instituisse videtur. Primum quidem, vt quæ
 per socordia & iniuriã in cæteris Sãctorum festis deliquimus, aut mi
 nus plenẽ præstitimus, huius saltẽ diei ampliori deuotione pensare
 mus; & vnus dies ritẽ celebratus aliorum omnium negligentias resar
 ciret. Deinde, vt hoc vno die Sãctorum plurimis, quibus singulares
 dies festos decernere nõ vacat, debitã eorũ meritis laudẽ & honorẽ
 hac saltẽ ratione impenderemus; quando aliter non possumus; cum
 omnes anni dies intra angustã spatia contineantur, Sãctorum autem
 Ec 5 numerus

numeris vix comprehendi possit. Quam rem oculatissimus testis
 Apocal. 7. Ioannes Euangelista in Apocal. confirmat: qui vbi centum octogin-
 ta quatuor millia sanctorum enumerasset, quos ex singulis tribubus
 Israel. Dis ad eternam vitam cooptarat, subdit protinus; Post hæc vi-
 di turbam magnam, quã dinumerare nemo poterat, ex omnibus gen-
 tibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in cõ-
 spectu agni, amicti stolis albis, & palma in manibus eorum, & clama-
 bant voce magna, dicentes, Salus Deo nostro, qui sedet super thro-
 num, & agno. Ex quo planè loco illud colligere licet, quod quamvis
 incomparabiliter multo plures sint qui pereunt, comparatione eorũ
 Math. 7. qui saluantur: est enim (vt Saluator ait) arcta via quã ducit ad vitam;
 lata autem & spatiosa quã ducit ad perditionem; nihilominus, tamen
 electorum turbam aded esse magnam; vt à nemine numerari
 possit Ioannes hoc in loco asserat. Quin, ex solis tantum Martyribus
 Hierony. tam ingès multitudo in calis coronata triumphat, vt si Ecclesia om-
 nibus illis festos dies institueret decreuisset, supra quin; millia Mar-
 tyrum (vt D. Hieronymus testatur) ad vnum quemque diem assigna-
 re potuisset. Florum igitur laudibus, quibus dies singulos Ecclesia
 destinare non potuit, hunc vnum diem voluit esse dicatum. ¶ Est &
 alia non inferior huius solennitatis causa, nempe, quod hæc ratione
 multos nobis aduocatos in cœlo comparare voluit, cum ab illis pro
 impensis precibus & laudibus opem & patrocinium suppliciter im-
 plorat. Sunt quidem illi ad hoc officium præstandum propensi: qui
 August. (vt D. Aug. ait) de sua salute securi, de nostra solliciti sunt. Eos namq;
 & germana charitas, qua nos conciuēs suos futuros prosequitur, &
 huius vitę pericula, quã illi euaserunt, ad nos omni ratione iuuandos
 sollicitat: nostris tamẽ precibus & laudibus propensiores ad hoc offi-
 cium redduntur. Et quidem appropinquante hora mortis, quando
 post extremum illum halitum de tota eternitate nostra ferenda sen-
 tentia est, vltimum nobis Ecclesia præcipit adhiberi remedium, nem-
 pe, vnctionis sacramentum, quod iam migraturus exhibetur. Quo et-
 iam tempore Sanctorum omnium auxilium implorat, omnesq; il-
 los velut ante superni iudicis cõspectum aduocatos mittit, quod peri-
 clitanti filio, & in summum discrimen adducto opem ferat. Quod
 quidem illi patrocinium eò libentius suscipiunt, quod frequentius
 homines citra mortis etiam & extreme necessitatis periculum illos
 Publius hoc religionis officio venerati sunt. Nota enim illa Publij senten-
 tia est; Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat. Vn-
 de colligimus, obsequia illa esse gratissima, non quæ necessitas vio-
 lenter

7 lenter extorsit, sed quæ spontanea pietas libenter impendit. Hac ergo
 de causa non hoc die solum, sed in omni vita præcipua deuotione
 Sanctos colere & venerari debemus; vt eos, dum extrema illa ne-
 cessitas incubuerit, propitios ac fideles patronos habere mereamur.
 Ex multis Sanctorum historijs discimus, fuisse nonnullos, qui ad ex-
 tremam horam venientes, ac de salute sua, propter malè actã vitã
 conscientiam, desperantes, Sanctorum hominũ, qui præsentés ade-
 rant, pijs lachrymis & precibus vel spatiũ penitentia, vel erratorum
 veniam consequuti sunt. In vita quoque B. Catharig Senensis legi-
 mus, quod cum in sua ciuitate duo homines maleficijs insignes ad
 mortem ducerentur, & in ipso itinere ferreis forscipibus igne candẽ-
 tibus immanissimè laceraretur, illique doloris magnitudine victi ra-
 biosius aduersus Deum vocibus insanirent; sanctissima virgo tota cha-
 6 ritatis visceribus & misericordia affectu inflammata, ardentissimas
 pro illis ad Dominum preces & lachrymas fudit: quod factum est, vt
 misericordia parens pijs eius precibus ad misericordiam flexus, faci-
 norosis hominibus in cruce pendens appareret, eosque ad mirabi-
 lem penitentiam, & compunctionis gratiam hac imagine prouo-
 cans, æterna tandem salute donarit. Quod si hoc animo viri sancti
 in alios homines extiterunt, cum in hoc corpore degeret; multo ma-
 gis cum charitate viã in patrie charitatem commutata eundem erga
 nos benignitatis & misericordia affectum geret. Vt illos igitur dig-
 nis hodiẽ honoribus & sermone celebremus, cœlestem opem, sacra-
 tissimã Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

7 ¶ Præsens sancti Euangelij lectio octo insignes virtutes cœlestis ma-
 gistri voce singulari quadam ratione nobis commendat. Has verd
 communi nomine, beatitudines, appellamus: propterea quod ex in-
 ter ceteras virtutes viam nobis ad beatitudinem muniant; siue ad
 perfectam, quam in altera vita expectamus, siue ad inchoatã, quam
 in hac viri sancti consequuntur. Quocirca de ipsa beatitudine, deq;
 itineribus quibus ad illam peruenitur (de quibus præsens sancti Euã-
 geli lectio differit) hodiẽ mihi dicendum est.

Rẽ igitur à prima origine repetetes, scire oportet, duas esse in ho-
 mine naturales appetitiones, quæ non à deprauatis vel moribus, vel
 ingenijs sed ab iplo naturæ autore & cõditore nobis indita; atq; in-
 generate sunt. Altera est, immortalitatis appetitio, quã omnes homi-
 nes habent, qui mortẽ horrent, & vitam, naturæ impulsu, diligunt. Ex
 hac

hac autem appetitione quicunq; rectè philosophantur, euidèter animæ nostræ immortalitatem colligunt. Aliàs enim pessimè instituta esset natura, quæ homini impossibilis rei naturale desiderium indidisset: & frustra etiam contulisset, quod in nullum prorsus usum deseruiret. quod in perfectissimum illum opificem, & ipsius naturæ cõditorem cadere nullo modo potest.

Boetius.

Simil.

Altera verò appetitio est, qua omnes naturali propensione beatitudinè supra omnia quæ mēs humana adipisci potest, desideramus. Est autè beatitudo (vt Boëtius ait) status omnium bonorum aggregatione perfectus: eademq; summū hominis bonū. Ideoq; vltimū humane vitæ finis esse dicitur, quia cū huc peruenerit homo, nō habet vel quò ulterius ascendere, vel quò amplius desiderare queat. Itaq; sicut is qui magna siti laborabat, vbi ad satietatē vsq; ebibit, non amplius sitit, neq; iuxta fontē positus, aquæ desiderio mouebitur: ita qui ad hunc statum peruenit, nullius rei desiderio laborat. Hoc autem quid aliud quàm quædam diuinitatis participatio est? Dei enim hæc tanta felicitas est. Quo quidem nomine dignitatis suæ amplitudinem intelligere homines possunt, quando quidem ad hunc felicissimum ac planè diuinum statum ab autore naturæ conditi sunt.

Aristot. in lib. Ethic. Simil.

Deinde illud etiā intelligere oportet, inter omnia quæ ab humana ingenio sciri & cõprehēdi possunt, nihil esse ad vitā nostram rectè cõstitutendā magis necessariū, quàm hūc summū & vltimū vitæ finē cognitū & exploratū habere: quādoquidē nemo vitæ actiones, nisi vitæ sine prius cognito (ad quæ omnia referēda sunt) dirigere & instituire rectè potest. Vnde Aristoteles, benè viuēdi rationē in lib. Ethicorū traditurus, primo loco de vltimo humane vitæ sine disserit. Vt enim, inquit ille, sagittarij signum primò intueri debent, quòd rectā sagittas ad illud iaciant: atq; vt nauta, quæ portū perat, prius debet agnoscere, vt ad illum navigationis cursum dirigat (quod idē in omnibus quoq; alijs rebus, quæ arte, & consilio administrantur, necessum est) ita planè quisquis rectè omnes vitæ suæ actiones, non vages & temerarias, sed rectas esse cupit, vitæ finē ante oculos sibi proponere, & eò cursum dirigere debet. Ethicē autē, ad quam spectat de hoc sine, & gradibus quibus ad eum peruenitur, differere, inter præstantissimas disciplinas esse collocandam, idem autor definit: quoniam id quod est in hominum vita præstantissimum, cõsiderat.

§. I.

¶ Sed cū Philosophi omnes hoc naturale beatitudinis desiderium homini tribuant, quibus tamen in rebus ea beatitudo sita sit (quāuis se in

se in huius rei inquisitione vehementer torserit) ad eò non sunt assecuti, vt nulla in re magis cæcutierint, & in variis, ac penè repugnantes opiniones distracti iuerint. Quis enim credere potuisset, quod D. August. 19. de ciuitate Dei lib. refert, nempe ducentas supra octoginta fuisse inter Philosophos de summo hominis bono opiniones, nisi idem Augustinus Marcum Varronem, discretissimum inter Romanos scriptorem, huius rei testem citasset? Alij enim in diuitijs, alij in honoribus, alij in voluptatibus, alij in potentia, alij in indolentia, hoc est, in doloris vacuitate, alij in varia literatura, & maximarum rerum scientia, alij denique alijs in rebus pro suo quisque ingenio & cupiditate posuerūt. Nec Philosophi modò, sed ipsi etiam homines illiterati pro rerum suarum conditione beatitudinem metiuntur. Mendicus enim summum bonum putat esse diuitias: idemque cū æger est, sanitate: ambitiosus, honores: impudicus, carnis voluptates: aulicus, regis gratiam & amicitiam: imperator, militarem gloriam atq; victoriam. Omnes namque hi summum bonum in hisce rebus, quas sitienter appetunt, constitutum esse putāt, & se beatos futuros, si eas adepti fuerint, arbitrantur. ¶ Inter has autem tam varias hominum sententias, tres quidem ad veritatem aliquantò propius accessisse videntur. Prima Stoicorum, qui in vna virtute summum hominis bonum collocauerunt: neque enim maius aliud bonum, quod homini contingere posset, inuenerunt. Laudandi illi quidem sunt, qui tanti virtutem fecerūt: sed in hoc tamen decepti fuere, quòd beatitudinis instrumenta, beatitudinem esse putauerunt: quod non minus inceptè dicitur, quàm si quis agricola finem in excolendis agris constituerit: est enim hoc agricolæ officium, non finis: quo officio ad vberem & plenam segetem peruenitur, quæ agricolæ finis est. Sic igitur virtus, non felicitas, sed ad felicitatem certissima via est. Alia fuit Aristotelis sententia, qui in altissimarum rerum contemplatione, quæ per scientias humanas haberi potest, felicitatem posuit: accedente tamē & bona corporis valetudine, & honesto patrimonio. Neq; enim aut agrū, aut mendicum plenè beatum esse censet: cū beatus omni debeat molestia & angore carere. Quia in re, discretissimus alioquiuir, cū naturali rationis lumine aliud nihil haberet quod diceret, duplici tamē nomine deceptus est: altero, quòd felicitatem fortunæ dominatui subiecit: cū opes, & bonam valetudinem, quæ extra hominis facultatem posita sunt, ad beatitudinem requirit: altero, quòd eam felicitatem statuit, quæ in hac vita hominibus contingere minime potest. Cuius enim nisi Dei est in hac vita omni angore & molestia care

re, &

Solon. re, & bonis omnibus circumfluere? Tertia fuit Solonis opinio, quæ propius ad veritatem accessit: quamuis ab Aristotele reprehendatur. Qui à Cræso opulētissimo, qui se beatū existimabat, interrogatus, quem nam beatissimum inter homines existimaret: tres insignes homines vita sanctos, qui & honestè vixissent, & cum laude occubuis- sent, protulit: quos beatos esse celsiuit. Nemini verò qui in vita mane- ret, id cōcedi posse confirmauit. Longo enim tēpore, inquit ille, multa, quæ nolumus, aspiciere & perpeti, opus est: necq; dies sequēs idem omnino affert quod attulit antecessens. Omnis igitur homo, d̄ Cræse, est obnoxius calamitati. Tu mihi quidem opibus abundare, & multis nationibus imperare videris: illud tamē quod à me quesieras, nunquam tibi tribuēdum putabo, nisi prius audiero te cum dignitate extremū spiritum edidisse. Nec enim ille qui plurimas diuitias cōgestas habet, illo qui in diem viuuit, beator esse potest, nisi eadem fortuna rem benè gerētē ad mortem vsq; sequatur. Hactenus Solon. Cuius verba si diligenter perpendamus, intelligemus planè, ne illos quidem tres fuisse illius sententia beatos. Sed cum vir insigni sapien- tia clarus cōmunes hominum miseras inspexisset, cum ijs præclare actum esse existimauit, qui antequā grauiore clade aut ærumna premerētur, à vita discessissent. Nec temerè ista quidem Solon Regi dixit. Quæ enim humanarum rerum varietas & inconstantia est, idem Cræsus, qui se beatissimum existimabat, amisso regno ab illa sua felicitate deiectus in potestatem venit Regis Persarum. Qui etiam cum ad mortem damnatus esset, Solonis sententiā in mentem reuocās, magna voce clamauit, O Solon, d̄ Solon. Qua voce & coniectoris fui veritatem, & variatīs fortunæ incōstantiam parūm sibi ante cog- nitam professus est.

Ex his ergo satis liquere puto, felicitatem in hac vita desperādam esse, quando ea tota vel tētoio, vel militia esse dicatur: quod ea infinitis propè contentionibus, curis, & laboribus plena sit. Quis enim est, cui data sit immunitas eorū malorum, quibus hanc vitā oppres- sam & afflictā videmus? Ecquis, inquā, est adeò liber & immunis, qui grauissimis interdum malis non vrgeatur: vel saltem nō extime- scat eas clades, quibus vita beata, si modò illa beata: appellanda est, corrumpi, & amitti potest? Omnes enim mortales ista conditione na- scūtur, vt magnam vitæ partem exigant in lachrymis, & merore, in- finitis malis & calamitatibus implicati. Nec ex omni hominum me- moria aliquis vaquam inuentus est, cui nō multis partibus plura ma- la quam bona contigerint.

Liquet

17 Liquet igitur ex his, Philosophorum omnium conatus inanes irri- tosq; fuisse: quādoquidē nemo corū felicitatē hactenus, hoc est, hu- manæ vitæ finem inuenire potuerit. Errorum autem omnium causa extitit, quod altissimum finem in hac vita quærebant, qui in altera quærendus erat. Fine autem ignorato, aut perperam cōstituto, quid in vita sanctè & religiose geri potuit? In illos namq; cadere illud potest, quod Thomas Apostolus ad Dominū dixit; Domine, nesci- mus quò vadis: & quomodo possumus viam scire? Ignorato enim fine, necesse erat totam humanam philosophiam atque solertiam in Cimmerijs tenebris versari, & incertis motibus temerè fluctuare.

10an. 14.

Quæ res firmissimo argumento Theologis fuit, vt non fide solū, sed ratione etiam colligerent, necessarium hominibus cœlestē lumē, & reuelatam veritatis scientiam fuisse, vt naturæ conditor, qui nulla in re, quæ modò sit ad vitam necessaria, deest, nobilissimæ creaturæ iare omnium maximè necessaria nō deesset. Ad hoc igitur primū quidem Prophetas, à Spiritu sancto eruditos, quò nos erudirent, mi- sit. Nec his contentus, ipse Prophetarum Dominus ad nos venire, & arcānum hoc per se docere dignatus est. Is igitur beatitudinem non in hac ærūnosa vita (quæ mors potius est dicēda, quam vita) sed in fu- tura sperandam & quærendam esse, verbis & exemplis docuit: quod in sacræ huius lectionis fine ostendit, cum ait. [*Gaudete & exultate: ecce enim merces vestra copiosa est in cœlis.*] In cœlis ergo felicissima bea- titudinis nostræ merces, non in terra speranda est. Cuius rei causam sancti Doctores infinitum animæ nostræ finem esse dicunt: qui nisi infiniti boni adeptione, (quæ in aperta diuinæ pulchritudinis visio- ne consistit) repleti nōn potest.

19 Quæret autem aliquis, quò nam modo intellectus nostricius adeò hebes, vt nec animæ quidem suæ substantiam intelligere possit, ad illius altissimæ & incomprehensibilis naturæ cognitionem assur- get, quæ lucem habitat inaccessibilem, quæque posuit tenebras lati- bulum suum; de qua in libro Iob scriptū legimus; Ecce Deus mag- nus vincens scientiam nostram? Huic igitur quæstioni respondemus, mentis nostræ aciem singulari quodam gloriæ lumine acuedam si- mul & eleuandā, vt hanc splendidissimā lucem intueri valeat. Quod quidem lumen Theologi conspicijs simile esse dicunt, quibus imbecilles oculi à se longè distita, illisque inaccessa cernere pos- sent. Quod ergo oculis infirmis conspiciat, hoc lumen gloriæ men- ti nostræ dabit; vt recta facie immentem Dei pulchritudinem vi- deat: quā tamē adeò nō cōprehendet, vt infinita in ea subsint; quæ nulla

1. Tim. 6.

Psal. 17.

10b. 36.

Simil.

nulla creata mens assequi possit. Idemque gloriæ lumen efficiet, ut quamuis altissima illa natura summa simplicitate prædita sit, inter sanctos tamen alius alio pro varietate meritorum plura videat; quia maiore gloriæ lumine illustratur. Sic enim aquila, & homo eundem Solem vident; quem tamen aquila plenius videt; quia vidēdi sensum solent videri; quem tamen aquila plenius videt; quia vidēdi sensum solent videri; quem tamen aquila plenius videt; quia vidēdi sensum solent videri.

Simil.

S. I. L.

¶ Nunc, quoniam de fine, hoc est, de portu felicitatis nostræ diximus, consequens est; ut de itineribus etiā quibus ad eam peruenitur, pauca dicamus. Quam quidem quæstionem breviter & aperte satis ipse felicitatis autor absoluit, qui iuueni felicitatis huius cupido ait, Si vis ad vitam ingredi, serua madata. Exiguo sanē pretio æternam vitam nobis promittit, quam ipse sanguine suo cōparauit. Verē, Domine, pro nihilo saluos fecisti nos; quamuis nō de nihilo redemeris. Quid enim magnum est, Deum, proximumque diligere; in quibus mandatis vniuersa lex pendet & prophætæ?

Matth. 19.

Simil.

Cæterum quemadmodum ad munimentum ciuitatis, quæ in hostili terra sita est, non modō murorum præsidia, sed etiam antemuralia excogitata sunt: ita Dominus ad madata, quasi ad murorum custodiam, euangelica quoque addit cōsilia, quæ velut antemuralia sunt, quibus mandatorum muri tuti & incolumes conferuantur: de quibus præcipuē in hodierna sancti Euangelij lectione agitur. Quæ quidem cōsilia, vltique adeō viam nobis ad beatitudinem muniant, ut ea de causa beatitudines sint appellatæ. Hoc enim esse dicuntur, quod efficiunt, quodque officio suo nobis cōferunt. Has autem cœlestis magister cum aliis, tum præcipuē in præsentī lectione explicat: in quibus ex omnīū virtutū choro octo potissimum elegit, quæ quam maxime nobis ad beatitudinem viam sternūt, per quam omnes San-
cti cō-

cti cō peruenerunt. Omnes enim pauperes spiritu, omnes mites, misericordes, mūdi corde, & pacifici fuerunt. Omnes, dum hic agerēt, esurierunt, & sitierunt iustitiam: omnes pijs lachrymis & sua & aliorum delicta luxerunt: omnes varias mundi infestationes, propter tuendam pietatem & iustitiam, perpessi sunt: ideoque plenissimam modō laborum suorum mercedem in cœlo percipiunt.

Quamuis autem omnes in omni virtutum genere flourerint, in alijs tamē alijs (Deo ita propter Ecclesiæ suæ decorem disponente) magis enituerunt: atque in hunc modum singularem sibi quisque viam ad beatitudinem elegit: quod propositis exemplis facillē cōmonstrabo. Prima enim beatitudo, paupertas spiritus est: quam D. Franciscus sic arripuit, ut dies noctesque vix aliud cogitaret, quā ut nullus inter homines se pauperior inueniretur. Nemo enim inter auaros tanto studio opes, quanto ille inopiam, & rerum omnium egestatē concupiuit: nullus inuidorum tantum splendide aliorum fortunæ inuidit, quantum is si quem fortē ex mendicis magis aut egentem aut nudum vidisset. Quot modis ille hanc virtutem commendauit? quot titulis insigniuit, illam nunc dominam suam, nunc sponsam, nunc reginam, & regis æterni sponsam appellans? Denique rogatus semel à fratribus, quæ res maximē homines Deo cōiungeret, Paupertas, inquit, ac terrenarum opum contemptio. Harū enim amore superato, mens nostra terrenis vinculis soluta, spōte sua in cœlestia tāquam sibi cognata & naturæ suæ finitima perducitur. Ut enim magnes ferrū, propter occultam quandam vtriusque naturæ cognationē, ad se in aëra eleuat, & immobile atque suspensum tenet: ita mentem à terrenarū rerum amore purgatam, Deoque iam similem effectam, facillē Deus ipse ad se rapit, & arētissimo charitatis nexu sibi deuincit.

Simil.

Num. 12.

Post hanc verō paupertatem sequitur germana illi & vicina mansuetudo, de qua Saluator ait, [Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terrā.] Hæc quoque communis Sanctōrum omnium virtus fuit. Vnde frequenter in sacris literis mansuetorum nomine appellantur. Hanc tamen virtutem sacræ literæ Moysi præcipuē tribuunt: sic enim legimus; Erat autem Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Summus namque ille mundi moderator, quem populo suo magistrum & rectorem præfecerat, furore & ira carere, & mitissimum super omnes homines esse voluit. Cuius rei (ut alia prætereamus) illud argumentum est; quod cum toties ab ingrato & rebellī populo lapidibus impetitus fuisset; tamen ubi Dominum aduersus illum iratum, propter vituli scelestissimum faci-

Tom. ij.

Ff nus,

Exod. 34. nus, vidit, quadraginta diebus ieiunus ante illum perficit, terribi 26
 illius criminis veniā deprecans, & se anathema pro illis fieri cupiens.
1. Reg. 24. Nec in hac laude inferior Dauid extitisse videtur; qui Saulum atrocis-
 simum hostem cum opprimere sepe potuisset, nulla in re violauit:
2. Reg. 1. rit: quin & eius interfectorem morte multauit, eiusque mortem
 acerbissimo planctu scisis vestibus prosequutus est; eosque qui
2. Reg. 2. eius corpus sepulture tradiderant, magnis se honoribus affecturum
Psal. 131. pollicitus est. Denique hanc vnam ex virtutibus suis ante Deum
 proponit, cum ait; Memento Domine Dauid, & omnis mansuetu-
 dinis eius.

Sequitur deinde tertia, luctus & lachrymarum beatitudo: quæ
 virtus in Prophetis potissimum eluxit: qui non modò peccata homi-
 num zelo diuini honoris corripiebant, sed pio etiam compassio-
 nis affectu lamentabantur. Inter quos enituit præcipuè Hieremias, 27
 ab utero matris sanctus, qui vitam omnem ab ipsa etiam pueritia in
 luctu & lachrymis consumpsit. Neque tanto lachrymarum imbre
 contentus, vberiores etiam fletus se exoptasse ostendit, cum ait:
Hier. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum,
 & plorabo die ac nocte? Sunt autè duplices lachrymæ; vt duplex est
 etiam tristitia; altera, quæ secundum seculum; altera, quæ secundum
 Deum est. Illa est, cum aut temporalium rerū iacturas, aut nostrorū
 funera immoderato luctu prosequimur: quam in sancta Paula, filix
 mortem acerbo dolore plangente, D. Hierony. reprehendens ait;
Micro. Mens ista quæ plangit, sericarum vestium est. Altera verò est, cum
 malè actæ vitæ scelera deslemus: quomodo sanctus ille Rex desle-
 bat, cum diceret; Lauabo per singulas noctes lectulum meū: lachry-
Psal. 6. mis meis fratrum meum rigabo. Has porrò lachrymas D. Chryso-
Chryso. peccatorum tantum, non etiam aliarum rerum medicinam esse ait:
 quod non vulgari ratione confirmat. Si enim vel filium, vel virum,
 vel vxorem, vel opes amiseris, teque lachrymis conficias, nullum his
 calamitatibus remedium inuenies: at verò si peccata lachrymis pro-
 sequare, eadem protinus iustitiam: vnde patet eas veram esse ac pro-
 priam peccatorum medicinam. Quæ res meritò inter has beatitudi-
1. Cor. 7. nes numeratur: quando (vt Apostolus ait) tristitia quæ secundum
 Deum est, penitentiam in salutem stabilem operatur.

Sequitur deinde quarta via eorum, qui eluriant & sitiunt iustitia:
 inter quos sanctus Daniel ita emicuit, vt ab Angelo, vir desiderio-
 riorum, nuncuparetur. Sed cur Dominus, esuriendi & sitiendi, pro
 desiderandi verbo vsus est? Certè, quia cum cibo aut potu vehemen-
 ter indigemus, sic harum rerum desiderio afficiuntur, vt cætera om-
 nia, quamlibet sint pretiosa, pro his adipiscendis facile vel deseramus,
 vel commutemus. Si enim homini fame aut siti pereunt totius mundi
 aurum, aut etiam imperium, citra panis tamen aut aquæ copiam,
 obruleris, pro nihilo ducet. Vt enim Philosophus quidam (Aristotele
 referente) de iumētis dixit, ea videlicet malle fœnum, quam aurum:
 ita homines etiam, urgente fame, cunctis mundi opibus panem præ-
 ferent. Hac de causa Esau lassus, & fame oppressus, vt cibum à fratre
 redimeret, primogeniti dignitatē vēdidit, dicens, En morior, quid mi-
 hi cōferēt primogenita mea? Sic etiā Lyfimachus Thraciæ Rex ab
 hostibus obsessus, propterea aquæ penuriā se & regnum hosti tradi-
 dit. Vbi verò allatā sibi aquā sitibidus bibisset, O, inquit, quam exi-
 gua res me ex rege captiuum fecit. Cum ergo Dñs his verbis, sitiendi
 & esuriendi, pro desiderandi vsus fuerit, non quævis iustitiæ desi-
 deria, sed ea intelligi voluit, quæ præ magnitudine sua (quemadmodum
 vera fames & sitis) cætera omnia mundi bona parui pendere-
 rent: hoc est, quibus ita homines cœlestium rerum cupiditate flagrant, vt
 propter ea consequenda pro nihilo cuncta ducant. Huiusmodi verò
 desideria sola mēs pura, & ab omni immoderato terrenarum rerum
 amore libera habere potest. Quid enim causæ esse putatis, cur egro-
 tantium multi, cum edendi fastidio laborāt, morte peius cibum ode-
 rint, quem sani deperibāt? Nō alia certè est, quam quòd stomachus,
 cum noxijs humoribus plenus sit, dum satis intra se habet hostiū cū
 quibus pugnet, alios admittere recusat. Quo tēpore si adhibita phar-
 maca noxios illos humores expulerint, protinus idē qui antea fuerat
 edendi appetitus redit. Eadem igitur causa est fratres, cur res om-
 nium maximas atque pulcherrimas, nempe virtutes, atque cœle-
 stia & diuina munera fastidiamus, quòd noxijs vitiorum, variartūque
 cupiditatum humoribus mens nostra referta sit: quæ si à nobis pœ-
 nitentiæ, & melioris vitæ medicamentis non excutimus, nunquam
 aut iustitiæ, aut cœlestium rerum famem & sitim patiemur: atque
 ita nunquā salutarē illam mentis satietatē percipiemus, quæ ingrediē-
 tibus & egredientibus inæstimabilis suauitatis pascha præbet.

Proxima est huic, misericordiæ via; quæ cum omnes sancti (qui vi-
 ri misericordiæ in literis sanctis appellantur) ingressi, misericor-
 diam consequuti sunt; tum illi potissimum, qui actiuam vitam (quæ
 tota in aliorum miserijs subleuandis posita est) coluerunt. Misericordiæ
 autem nomine hoc in loco non tam effectum, quam affectum misericordiæ
 significari credo. Illud enim solis tantum diu-
 tibus

ter indigemus, sic harum rerum desiderio afficiuntur, vt cætera om-
 nia, quamlibet sint pretiosa, pro his adipiscendis facile vel deseramus,
 vel commutemus. Si enim homini fame aut siti pereunt totius mundi
 aurum, aut etiam imperium, citra panis tamen aut aquæ copiam,
 obruleris, pro nihilo ducet. Vt enim Philosophus quidam (Aristotele
 referente) de iumētis dixit, ea videlicet malle fœnum, quam aurum:
 ita homines etiam, urgente fame, cunctis mundi opibus panem præ-
 ferent. Hac de causa Esau lassus, & fame oppressus, vt cibum à fratre
 redimeret, primogeniti dignitatē vēdidit, dicens, En morior, quid mi-
 hi cōferēt primogenita mea? Sic etiā Lyfimachus Thraciæ Rex ab
 hostibus obsessus, propterea aquæ penuriā se & regnum hosti tradi-
 dit. Vbi verò allatā sibi aquā sitibidus bibisset, O, inquit, quam exi-
 gua res me ex rege captiuum fecit. Cum ergo Dñs his verbis, sitiendi
 & esuriendi, pro desiderandi vsus fuerit, non quævis iustitiæ desi-
 deria, sed ea intelligi voluit, quæ præ magnitudine sua (quemadmodum
 vera fames & sitis) cætera omnia mundi bona parui pendere-
 rent: hoc est, quibus ita homines cœlestium rerum cupiditate flagrant, vt
 propter ea consequenda pro nihilo cuncta ducant. Huiusmodi verò
 desideria sola mēs pura, & ab omni immoderato terrenarum rerum
 amore libera habere potest. Quid enim causæ esse putatis, cur egro-
 tantium multi, cum edendi fastidio laborāt, morte peius cibum ode-
 rint, quem sani deperibāt? Nō alia certè est, quam quòd stomachus,
 cum noxijs humoribus plenus sit, dum satis intra se habet hostiū cū
 quibus pugnet, alios admittere recusat. Quo tēpore si adhibita phar-
 maca noxios illos humores expulerint, protinus idē qui antea fuerat
 edendi appetitus redit. Eadem igitur causa est fratres, cur res om-
 nium maximas atque pulcherrimas, nempe virtutes, atque cœle-
 stia & diuina munera fastidiamus, quòd noxijs vitiorum, variartūque
 cupiditatum humoribus mens nostra referta sit: quæ si à nobis pœ-
 nitentiæ, & melioris vitæ medicamentis non excutimus, nunquam
 aut iustitiæ, aut cœlestium rerum famem & sitim patiemur: atque
 ita nunquā salutarē illam mentis satietatē percipiemus, quæ ingrediē-
 tibus & egredientibus inæstimabilis suauitatis pascha præbet.

Proxima est huic, misericordiæ via; quæ cum omnes sancti (qui vi-
 ri misericordiæ in literis sanctis appellantur) ingressi, misericor-
 diam consequuti sunt; tum illi potissimum, qui actiuam vitam (quæ
 tota in aliorum miserijs subleuandis posita est) coluerunt. Misericordiæ
 autem nomine hoc in loco non tam effectum, quam affectum misericordiæ
 significari credo. Illud enim solis tantum diu-
 tibus

tibus, hoc & diuitibus & pauperibus commune est. Effectus enim misericordiae in opere; affectus autem in voluntate est. In qua diues est, quisquis cum sanctissimo Iob dicere potest; Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiabatur anima mea pauperi. De his autem qui hoc affectu praediti sunt, Dominus in praesenti lectione ait; *[Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam cosequuntur.]* Ex cuius verbis apparet, quam sit haec virtus illis omnibus necessaria, qui misericordia Domini egent. Quis est autem inter mortales qui ea non indigeat? Recte enim D. August. Vt etiam laudabili vita, si remota pietate iudicetur. Cum ergo omnes hac misericordia tantopere indigeamus, regia plane via ad eam consequendam, misericordia est: vt videlicet talem te ceteris hominibus praebas, qualem tibi Dominum exhiberi velis. Quid autem in extremo illo iudicio virtus misericordiae aduersus vindicantem iustitiam valeat, Iacobus Apostolus satis declarauit, cum ait; Superexaltat autem misericordia iudicium: hoc est, superior est in hoc certamine misericordia contra iudicium: vel (vt apertius loquar) triumphat misericordia de iudicio: quia videlicet quos iudicij seueritas premere potuisset, misericordia liberat, & absoluit: dum apud misericordiarum parentem al legat, dignum esse misericordia qui in alios benignus & misericors extiterit. Non igitur immerito Oecumenius misericordiam oleo similem esse ait, quo athleta in palaestra luctaturi nuda corpora vnge re solebat, ne agonothesis villam corripiedi aniam in lubricis oleo carnibus praerberent. Hoc ipsum autem misericordiae oleum iudicandis praestant, ne videlicet vindex peccatorum iustitia habeat vnde illos accusare, aut damnare queat, quos ab accusatione misericordia defendit.

Sequitur deinde sexta ad beatitudinem via, eorum, qui mundo sunt corde, de quibus Dominus; *[Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.]* Sicut autem antecedentem misericordiae viam, qui actiuam vitam exercuerunt; ita praesentem illi praecipue sectati sunt, qui se totos contemplatiuae vitae studio dederunt. Horum enim praecipua cura fuit, mentis aciem ab omni lae, atque terrena faece purgare, quod spiritibus Solis iustitiae radios in ea velut in purissimo speculo recipientes, ampliori diuinae bonitatis cognitione irradiarentur. Ideo appositae fatis huic puritatis, diuinae lucis visio proponitur; quae vt luciosius & egris oculis odiosa, ita mundis & puris est amabilis. Vnde recte D. Aug. Deum purgatae mentis sapientiam significantissimo nomine appellauit. Illis namque solum Deus vere sapit, qui purgata mente

Iob. 30.

August.

Iacob. 2.

Oecumen.
Simil.

August.

mente sunt: cuius inestimabilis suauitas atque dulcedo est.

Septima ad beatitudinem via, pacificorum est; de quibus Saluator ait; *[Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.]* Hi sunt, qui non modo ipsi intra se & cum alijs pacati sunt, sed pacem quoque inter alios conciliare student. Vt enim filiorum diaboli munus est, clancularijs delationibus seminare discordias inter fratres: ita contra filiorum Dei est, cunctos homines mutua beneuolentia deuincire. Amator enim & conditor hominum Deus, pacis & dilectionis est conciliator. Quo nomine Apostolus ipsum pacis & dilectionis Deum appellat. & alio in loco, Non est, inquit, Deus dissensionis, sed pacis. Esaias vero Christum Dominum principem pacis appellauit. Si igitur hoc Dei nomen, hoc munus & officium est, merito eius filij nuncupantur, qui eius in hac parte imaginem referunt, qui totus in iuandis & seruandis hominibus intentus est, qui que adeo humanae pacis studiosus fuit, vt filium suum in mundum miserit, qui reconciliaret imasummis, pacemque denuntiaret his, qui prope, & his, qui longe erant: Tales igitur iure beati censentur, qui in hac vita filij Dei sunt, in futura vero haeredes regni eius erunt. Qua beatitudine quid maius excogitari potest?

Sequitur postrema & perfectissima beatitudo, quam magister caelestis in extrema sacrae huius lectionis parte collocauit, cum ait; *[Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum.]* Haec enim vt extrema, ita summa huius vitae felicitas est, ad quam caetera ordinantur. Neque enim altius aut charitas, aut vlla praecedentium beatitudinum ire potest, quam vt homo non modo iustus sit, sed etiam persecutionem propter iustitiam patiatur. Vnde in hac se potissimum Paulus gloriatur, cum se in tribulationibus gloriari dicit. Hanc autem viam Dei filius tota vita sua non verbis solum, sed clarissimis etiam exemplis docuit; quem virum dolorum, & scientem in firmitatem Esaias appellauit. Ideoque Sponsa in Cant. illum fasciculum myrrhae vocat; quod tota eius vita atque doctrina vix aliud quam cogeries quaedam & fasciculus amaritudinum, dolorum, lachrymarum, atque laborum fuerit. Quod fit, vt ille sit felicior atque beator, qui perfectissimo huic probitatis & sanctitatis speculo fuerit similior. Huic autem beatitudini Dominus non vt in praecedentibus, futurura, sed praesens promittit praemium, cum ait; *[Ipsorum enim est regnum caelorum.]* Iam enim gustarunt bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi: qui non modo secundis fortunae rebus, sed aduersis etiam superiores facti sunt; quas pro nihilo ducunt, dummodo in

Disimil.

2. Cor. 13.
1. Cor. 14.
Esai. 9.

Rom. 5.

Esai. 53.
Cant. 1.

Heb. 6.

torna quidem in presenti, & æterna in futura vita felicitate potiatur. 38

§. III.

¶ Hæc sunt, fratres, certissima viæ quibus ad hanc duplicem beatitudinem peruenitur. Sed quoniam altera solum inchoata, altera verò plena & perfecta esse dicitur, quid hæc posterior sit (quò vos alacrior ad has vias ingrediendas efficiam) paucis iudicabo. Ige igitur hæc beatitudo, siue diuinà merces (vt quàm breuissimè definiam) infinitum, summum, plenissimum, & (vt ita dicam) vniuersale bonum est. In eo namq; omnes omnium rerù perfectiones, & laudes, omnis dignitas, omnis honestas, omnis iucunditas, omnis decor: pulchritudo, ac deniq; bonorum omnium summa continetur. Deus enim qui rebus omnibus suam cuiq; perfectionem & decorè dedit, expertus eius perfectionis & laudis esse nullo modo potest, quam alijs dedit. Hinc D. Bernardus, Miraris, ait, in Sole splendorem, in flore pulchritudinè, 39 in pane saporem, in terra fecunditatem; à Deo hæc vniuersa donata sunt. Nec dubium quin multò amplius referauerit sibi quæ dederit creaturis. Quæ admodum enim stellarum omnium lumen à Solis lumine deriuatur (quarù tamen omnium splendorem vnus Sol non modò continet, sed etiam multò auctiorem & amphorem continet) ita creaturarum omnium siue terrestrium siue celestiu, siue corporearum siue incorporearù decor & pulchritudo à summo illò conditore profecta est: quarum tamè ipse pulchritudinè & perfectionem infinitis partibus ampliorè sibi referauit. Quid ergo miramur creaturas à creatore longè superari, cum videamus creaturas à creatura, hoc est, sydera à Sole splendoris magnitudine vinci? Qui quis igitur hoc summo & vniuersali bono in cælis fruitur, omnium simul bonorù amplificata suauitate, omni decore & pulchritudine, omni gloria & 40 dignitate, omniq; iucunditate & delicijs planissimè fruit. Quod quidem ad eò verù est, vt si vel perfidù modò Iudæ omnipotès Dñs ab inferis euocaret, & vel vnus horæ spatio huius tãtæ felicitatis cõpotè faceret, nullo modo possit hoc tẽporis spatio nõ summa iucunditate perfrui, summoq; amore presentè Dñm diligere. Sicut enim aperti oculi presentè lucè, aut attètæ aures sonù vocis nõ possunt nõ sentire: ita volùtas oblata summi boni specie nõ potest. toto nisu in illud nõ ferri. Quæ cum ita sint, vbi, quæso, stulta mortalium auaritia est, quæ hui⁹ tãti boni desiderio nõ ilagrat? Si em̄ videm⁹ frequèter homines alicuius egregiæ pulchritudinis amore ita capi, vt insanire quodã modo videatur; quid isti facerè, si infinità illà pulchritudinè oculis vsurparèt, eaq; nõ ad horã, sed sempiternis seculorù gratibus se fru-

41 turos esse crederent? Si enim vel vna corporeæ pulchritudinis guttula sic eos inebriat, quid facerent si immensum illud diuinæ pulchritudinis pelagus ingrederentur?

His etiã addendum est, huius boni fruitionem non ad vnũ aliquem sensum, sed ad omnes corporis sensus, & animæ vires permanere. Quod huius vitæ bonis nullo modo conuenire potest. Horum enim quædam aures melodia, quædam gustandi sensum saporis suauitate, quædam verò mentem dignitatis suæ specie demulcent: at hoc summum bonum, vt omnigenam in se pulchritudinem & decorem continet, ita quàmuis intellectu potissimum apprehendatur, sic tamè in omnes animi vires & sensus corporis exundat, vt nihil in tota hominis regione sit, quod non aliqua felicitatis huius communionē potiat. Ita fit, vt in homine ad huc modũ glorificato absorbeat id quod mortale est à vita: & ipse homo hausta tot sensibus diuinitatis gloria, in diuinam quodammodo naturam transeat.

Est ne aliquid quod huic tantæ felicitati ad se possit? Est planè. Diximus enim paulò antè, his tãtis bonis omnes sensus ac vires nostras eodè tẽporis momento frui. Quod in hac vita, vel ipso Aristotele te- 42 ste, minimè cõtingit: qui vehementè alicuius sensus voluptatem aliorum sensuum voluptates, cù illa valdè percipit, impedire ait. Vt si quis, inquit, citharæ modulationi vehemèter intentus, ea maximè delectetur, dicètè oratorè, quæuis faciendũ, aut nõ intelliget, aut minimã ex eius oratione capiet voluptatem. At summa illa & æterna felicitas sic omnes hominis vires afficit atque permulcet, vt nullius suauitas alterius suauitate impediatur, aut interceptatur, sed omnes simul suo quæ 43 que modo omnigena illa & multiplici iucunditate fruatur.

Nũc iã, fratres, quæsi è cælo descendentes ad nos ipsos redeamus. Num igitur hæc omnia, quæ diximus, vera esse creditis? Nihil certè verius quàm quod veritas ipsa testata est. Num dignum esse arbitramini, vt omni studio ad hanc tantam felicitatem properemus, & hæc omnium curarum nostrarù primam esse ducamus, & aliquid etiam (cùm ita opus fuerit) propter hoc tam ingens bonam patiamur? Nõ dubium quin illud etiam concessuri sitis. Cõcessisset certè D. August. 44 August. si quis, cuius hæc verba sunt; Tanta est pulchritudo iustitiæ; tanta incunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis veritatis atque sapientiæ, vt etiam si non liceret in ea amplius viuere quàm vnus dies mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ, pleni delicijs, & circumfluentiã temporalium bonorù, rectè meritoq; cõtè-

Pfal. 83. *nerentur. Quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Ha* 44
stenus August. Ex cuius verbis ita licebit argumentari. Si innumera
 biles anni opibus atque delicijs huius mundi referti, propter vnus
 diei gloriam merito contemnendi essent; quid, quaeso, propter fem-
 piternam gloriam, nullo vnquam die terminandam, nos facere par-
 est? Si hęc igitur ita se habet fratres, an non æquum erit vt cum Pro-
 pheta quæramus; Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut

Pfal. 14. *quis requiescet in mote sancto tuo? aut illud, Quis ascendet in mon-*
Pfal. 23. *tem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Quis, inquam, ad e-*
dem felix & fortunatus erit, qui ex hac grumosa lachrymarum valle in
superas illas oras euadat, & beatarum mentium choris adiunctus, cõ-
ditoris sui faciem lætus aspiciat?

Ex hymno
 Petri Da-
 mi.

*Felix caeli que presentem regem cernit anima,
 Et sub se despectat altam orbis volui machinam,
 Solem, Lunam, & globosa cum planetis sidera.*

¶ Si quis igitur huc peruenire desiderat, habet in sacra præsentis Eu-
 gelij lectione stratas ad caelum vias, quibus eò peruenire queat. Qua-
 rum prima quidem est paupertas, qua immoderatam terrenorum
 bonorum cupiditatem à nobis abdicamus. Alia est lenitatis & man-
 suetudinis, qua illatas siue iniurias siue contumelias patienter & le-
 nijter propter Deum ferimus. Alia est lachrymarum & luctus, quo &
 scelera nostra, & aliorum etiam pio affectu plangimus, & pro vtrif-
 que misericordiam Domini deprecamur. Alia est sanctorum deside-
 riorum, quibus ad virtutis & pietatis studium incitatur; suppliciter
 à Domino petentes, vt nos desideriorum nostrorum compotes effi-
 ciat. Alia est misericordiae, qua (si nihil aliud præstare possumus) af-
 fectu tamen commiserationis, miserorum vicem doleamus. Alia est
 cordis puritas atque mundicie, qua omnem impuram cogitatio-
 nem à corde nostro summo studio & celeritate excutimus, ne cele-
 stis Sponsi lectulum labe vlla inficiamus. Alia est charitatis, & pacis:
 quam, si fieri potest (quod in nobis saltem est) cum omnibus homini-
 bus retinere debemus. Postrema verò est, vt si propter hæc iustitiæ
 & pietatis officia præstanda, aut rerum nostrarum iacturam, aut de
 decus subire necesse sit, tunc serio gaudeamus & exultemus, q̄ mer-
 ces nostra copiosa sit in caelis. Quò nos perducere dignetur, qui viâ
 nobis ad gloriam salutaribus his monitis patefacere dignatus
 est. Cui est gloria & imperium per infinita secula
 seculorum, Amen.

45

IN

IN EODEM FESTO OMNIUM SAN-
 ctorum Concio secunda: in qua lectio Euangeli-
 ca explanatur.

T H E. Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est
 regnum colorum. Matth. 5.



Quod medici facere solent, cum eger magnò ciborū
 fastidio laborat, hoc Ecclesia in hac sacratissima Sal-
 ctorum omnium solemnitate agere videtur. Illi namq̄
 varia ciborū genera offerri languenti præcipiunt, fo-
 re videlicet sperates, vt in tanta ciborum varietate ali-
 quid tandem inueniat, quod iacentem atque prostratum edendi ap-
 petitum excitare valeat. Ad huc ergo modum Ecclesia ægris multo-
 rum mentibus, & spiritualium rerum fastidio laborantibus, plerididissi-
 mum hodiè conuiuium instruit, omnigena dapium celestium varie-
 aate apparatus; vt inter tam multa diuini spiritus fercula ali-
 quid tandem inueniri queat, cuius auaritate & desiderio mēs nostra capiatur.
 Proponuntur enim nobis hodiè sanctorum Patriarcharum, Prophe-
 tarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum exem-
 pla: qui varijs virtutum generibus ornati, ad eundem sempiternæ feli-
 citatis portum peruenerūt. Si igitur tota nobis hodiè ante oculos ce-
 lestis curia ponitur, cequis nostrum tãto diuinarum rerum fastidio la-
 borabit, vt non in hoc solenni epulo aliquid inueniat, cuius aspectu
 delectetur? cuius pulchritudine capiatur? cuius gustu & suauitate pascatur?
 Neq̄ verò à præsentis solennitate Euangelica lectio dissentit; quæ
 tam varijs virtutum præceptis referta est, vt vix alia in tota Euangeli-
 cæ doctrinæ serie inueniatur, quæ tam breui verborum compendio
 tã multa ac varia Christianæ vitæ documenta contineat. Ea verò est
 exordium sermonis eius, què Saluator noster cum primùm celestis
 doctrinam in mudo disseminare cepit, ad discipulos habuit. Cuius
 doctrinæ dignitatem sanctus Euangelista initio statim sacra huius le-
 ctionis nō obscuris indicijs designauit. Ait enim primò Dominum
 turbis quæ illum sequebantur, in valle relictis, cum discipulis in mō-
 tem ascendisse. Quo argumento facile ostēdit, se nihil in præsentis ser-
 mone populare, nihil humile, & radis vulgi auribus accommodatū, vel
 Pharisæorū & Scribarū doctrinæ simile voluisse docere. Locum enim
 editus, mōs à terra elatus, & caelo proplor, declarat, nō terrena &
 Eff 5 humilia,

humilia, sed cœlestia dogmata esse quæ in eo loco tradenda erant. Iam verò quod sermonem nunc ad solos discipulos, quos in salem & lucem mudi elegerat, habuerit, eius dignitatem, & doctrinæ altitudinem facillè demonstrat. Quid verò illud, quod sanctus Euangelista subdit, [Et aperiens os suum docebat eos, dicens, Beati pauperes. &c.] Quorsum ait, [Aperiens os suum?] An quisquã nisi à perfido ore loqueretur? An verò diuinæ historiæ scriptor verbis nõ necessarijs luxuriari voluit? Nullo modo. Sed his tamè verbis docuit, alium esse qui videbatur, alium qui loquebatur: videbatur quidem homo, loquebatur latens in humanitate Deus. Homo quidem aperiebat os; sed illud tamen implebat Deus: homo linguam in verba formabat; sed plenitudo diuinitatis, & increata sapientia Patris arcana cœlestia humanis auribus inspirabat. Hoc est autem quod Apostolus initio statim eius Epistolæ, quã ad Hebræos scripsit, magnificis verbis amplificat, cum ait, Multifariè multisq; modis olim Deus loquês patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in Filio, què constituit hæredè vniuersorum, per quem fecit & secula. ¶ Opportunè autem hæc sacræ lectio nobis hodiè ab Ecclesiâ proponitur, vt varias virtutû formas, variasq; in cœlum eundi vias, quibus Sancti omnes, quorû hodiè memoriã colimus, ingressi sunt, agnosceremus: quò per eas nobis aditû in cœlum pararemus. Alioqui vellementer absurdû esset, eos nos nolle sequi, quorum gloriam & felicitatem consequi desideramus. Vt igitur hæc sacram lectionem pio studio interpretari & audire valeamus, cœlestem opem, beatissimæ Virginis interuētû, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

¶ Quia nõ sufficit vni concioni destinatum tēpus vt has omnes beatitudines lōga oratione explanare possimus, ideo breuiter pro ratione temporis earum vim & naturam explicare curabimus. Ad hoc tamè illud primo loco obseruandû est, oēs has beatitudines, atq; ad eòs omnes diuinas leges huc præcipue tēdere, huc spectare, vt nõ modò externarum virtutû opera; sed multò magis internæ animi puritatè & charitatè cõstituat: quòd in ea præcipue omnis mētis nostræ ornatus positus sit: quæ ad modû regi? Prophetæ de Ecclesiâ sub fili? regis nomine testatur, cum ait, Omnis gloria eius filia regis ab intus, in simbrijs aureis, circumamicta varietatibus: hoc est, omnis hæc filia cœlestis regis gloria & ornatus quem prædicamus, non in bonis externalis, quæ carnis oculos oblectât, sed intus in animo, qui diuinis oculis obspiciuus est, consistit: in quo pij hominû mēs splēdētī charitatis au-

7. ro, varijsq; virtutum gemmis, atq; diuinis opibus mirificè fulgeat. ¶ Hanc autem internam animæ pulchritudinè magno affectu Apostolus ad Ephes. scribēs postulabat, cum diceret, Flecto genua meæ Ephe. 3. ad Patrem Dñi nostri Iesu Christi, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur (hoc est, ex quo & beatæ mentes quæ in cœlo sunt, & homines qui in terra degunt, originem trahunt) vt det vobis secundùm diuitias gloriæ suæ (id est, gratiæ suæ; quæ eius maximè gloriã declarat) virtutè corroborari per spiritum eius in interiori hominè, Christum habitare per sedè in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati. Videtis hîc omniã Pauli verba ad internî hominis puritatem & charitatè potissimùm dirigi? Quòd sit, vt omnes sacræ cõremoniæ, cæteraq; externa virtutum opera (quæ non minima pars Christianæ perfectionis sunt) hoc præcipue nomine commendentur, quòd nos ad hunc internû animæ decorem & elegantiam, hoc est, ad pleniorè diuinitatis cognitionem, ad spem, ad amorè ad timorem, & venerationem diuinæ maiestatis plurimùm adiuuent. ¶ Sic olim Dñs cum Paschalis agni sacrificium instituit, non hoc ea mēte fecit, quòd animalium cruore delectaretur; sed vt eo sacrificij generè populum suum ad veterum beneficiorum memoriã excitaret: quæ in eorum mentibus & diuinæ legis studium, & diuinî amoris ignem accenderet. Quod apertè idem Dominus significauit, cum post huius sacrificij institutionem subdit, Et erit quasi signum in manu tuâ, & quasi monumentum ante oculos tuos, vt lex Domini sit semper in ore tuo. In manu enim serti eduxit te Dñs ab Ægypto. ¶ Iam verò quid sibi vult, quòd tanta cura cauit, nè altare tibi ex lapidibus perpolitatis atque dolatis, sed vel ex terra, vel rudibus lapidibus ædificaretur? Si enim, inquit, leuaueris cultrum super eò, polluetur. Quid hoc ad cultum Dei, & religionis sanctitatem? Quid enim pollutio nis, aut indignitatis in lapidibus quadratis & perpolitatis est? Sæpe, fateor, hanc Domini legem demiratus sum: cum ea verò nequaquam temerè lata sit, quid aliud in ea philosophari possumus, nisi quòd hac ratione Dominus animi simplicitatem ab omni calliditate & artificio alienam, & internum animi cultum voluerit commendare? Perinde enim est, ac si diceret, Nollent vos, qui rudi & hebeti ingenio estis, existimare, me solo externarum rerum cultu & nitore oblectari: ideoque nullum à vobis apparatus & splendorem in altari meo requiro: non quòd templi mei ornatum nõn probem; sed quòd facilius intelligatis, vestræ mentis puritatem, pietatem, nitorem, simplicitatem, & cultum me à vobis potissimùm exigere: vt cum

Exod. 12.

Exod. 13.

Exod. 20.

vt cum nihil in altari meo magnificentum, & maiestate mea dignū per-
 10 spiciaris, interiori cultui & religione suppleatis, quod minus foris
 splendet, ac fulget. ¶ Liqueat igitur ex his, præcipuum Christiani ho-
 minis studium in hoc interioris hominis cultu ponendum esse. Vnde
 consequens est, vt omnes curas & cogitationes nostras huc præcipuè
 dirigere debeamus, vt omnes noxios animæ affectus & cupiditates
 ab anima nostra euellamus, quæ nos ad terrena deprimunt, quæ in-
 tellectus aciem ad cœlestia contuenda obtundunt, quæ tantò nos
 magis à diuino amore auocant, quanto terrenorum honorū amore
 incendunt. His enim, quantum fieri poterit, velur sentibus & tribu-
 lis à terra cordis nostri repurgatis, protinus vera charitas, humilitas,
 timor Domini, cæteraque virtutum semina (in quibus vera animæ
 puritas & sanctitas constituta est) germinabunt. Hic igitur Christia-
 næ vitæ scopus est; hoc illa præcipuè intuetur, hoc omnes scriptura-
 rum paginae semper inculcant, huc denique ipsa Domini lex tendit,
 quæ vnico dilectionis præcepto continetur. Ex hoc autem fonte
 externa opera nostra manare debent: quæ tantò erunt diuinæ menti
 gratiora, quantò magis & ad hunc charitatis finem tendunt, & ab eo-
 dem proficiuntur; vt idem videlicet earum & finis & initium sit.
 Hoc ipsum autem hodierna sancti Evangelij lectio maximè confir-
 11 mat: cuius omnis ferè doctrina ad hunc internam animi cultum &
 ornatum præcipuè refertur.

Habet autem & aliam non vulgarem commoditatem hæc sacra-
 lectio: quòd metum ac trepidationem illis adimit, qui virtutis viam,
 vt asperam atque difficilem, ingredi detrectant. Hanc enim trepida-
 tionem, propositum vniūque virtutis præmium, suaque beatitudo
 magna ex parte adimit, Hac enim ratione fit, vt quod est difficulta-
 12 tis ac laboris in virtute propositum, adiuncti præmij solatio lenia-
 tur. Diuina enim sapientia, quæ quibusdam voluptatis illecebris ani-
 mantia cuncta, ad ea quæ naturæ suæ conueniunt; trahit & inuitat,
 suas quoque virtutibus cunctis delicias & iucunditates apposuit, vt
 earum dulcedine homines insecuti, ad eandem amorem accen-
 dantur. Hoc autem facile erit in præsentis lectione perspicere, si ha-
 rum beatitudinum naturam, & adiuncta singulis præmia excutiā-
 mus. Tunc enim intelligemus, nequaquam illas temerè beatitudi-
 nes esse appellatas, sed præter perfectam & plenissimam illam beati-
 tudinem, quæ illis in futura vita confirmata est, aliam quoque, licet
 imperfectam, & inchoatam, in hac esse propositam; quod iam nunc
 explicare incipimus.

¶

¶

¶ I.

¶ Earum igitur prima est, paupertas spiritus; hoc est, voluntaria ter-
 renarum rerum contemptio, quæ in summa etiam rerum copia esse
 potest; vt in Abraham, Dauide, & beato Gregorio Pontifice, qui in
 maxima terrenarum opum abundantia constitutus, minus eas dili-
 gebat, quàm sanctus quidam eremita catellam quam apud se nutrie-
 rat. Quòd si roges, quæ nam sit huius paupertatis beatitudo? Pri-
 mum illa est, quòd ab immoderato diuitiarum amore & cupiditate li-
 berat. Ab hac autè cupiditate liberari, id vult est omnium ferè pec-
 catorum, quæ ab ea deriuatur, radicem abscindere, Apostolo testan-
 1. Tim. 6.
 te, qui ait, Radix omnium malorum cupiditas: quam quidam appet-
 tēs, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Hinc Eccl. 10.
 cœlestiasti. Nihil est, inquit, iniquius quàm amare pecuniam: idemque
 14 alibi; Avaro nihil est scelestius. An parua igitur vobis hæc beatitudo
 esse videtur, vno icu peccatorum omnium radicem (in quibus vera
 animæ miseria est) amputasse? ¶ Sed non modò peccatorum, sed eu-
 rarum etiam innumerabiliū & molestiarum radicem abscindit; cum
 immodicū diuitiarum amorem ab anima pellit. Vbi enim vehemens
 alicuius rei amor est, ibi & amittendi metus, & parta tuendi cura,
 & plus habendi sitis, & ira atque tristitia; cum id quòd ita diligimus, vel
 ab alijs impeditur, vel è manibus extorquetur; vel casu aliquo interci-
 dit, & periclitatur. ¶ Sed vt nihil horum esset, omnis immoderata cu-
 iusque rei cupiditas tantum in se pœnarum & cruciatuum habet, vt
 multi, quòd ea consequi non potuerint quæ ardentissimè desidera-
 bant, sibi ipsi necem intulerint. Hoc autem quotidianis ferè exem-
 15 plis animaduertimus. Pontanus adolescentem quandam memorat, Pontanus
 quòd speciosa quadam virgine, quam perditè amabat, potiri despe-
 li. de Forti-
 rasset, in fenestra, quæ contra virginis domum posita erat, laqueo
 tua.
 sibi vitam eripuisse. Idemque refert, adolescentulam quandam se in
 Idem.
 puteum conicisse, quòd ab adulescente, cuius amiebat coniugium,
 despecta fuisset. Quæ ideo retuli, vt his exemplis intelligatis, quātus
 sit eorum hominum cruciatus, qui multa sitienter appetunt, quibus
 potiri nequeunt. Quo etiam argumento intelligere licebit, eam esse
 felicitatem illius, qui sua sorte contentus nihil extra se querit, vt Se-
 Seneca.
 neca dicere nō dubitauerit, Qui desiderium claudit, cum ipso. Ioue in Epist.
 de felicitate cōtendat. Itaque huius tanti Philosophi iudicio ille fe-
 lix habendus est, qui nihil cupit; hoc est, qui sua sorte contentus ni-
 hil aliud desiderat, quàm quòd habet. Cum enim vir sapiens intelli-
 geret, beatitudinem esse desiderij quietem, nihil mirum si eum felici-
 cem

cem appellauerit, qui eò peruenit, vt desiderijs suis finem imposue-
rit. Hinc idem argutissimè veras diuitias desideriorum paupertatem
esse definiuit: illum què verè diuitem & beatum pronunciauit, non
qui plurimum haberet, sed qui minimum cuperet. Quod hoc argu-
mèto perspicere facile potest. Si quis eger inexplibili fame laboraret,
& multis dapibus absumptis, eadè adhuc fame vrgeretur: alius verò
qui sano esset corpore, vno tantùm ferulo contentus famem sedaf-
set, an non hic meliori còditiõne esset, minimo cibo còtentus, quàm
ille qui tot absumptis ferulis eadem fame cruciatur? Nò ergo ingès
opum multitudo, sed cupiditatis abdicatio quietè animis affert. Vn-
de idem Philosophus sapienter & eleganter ait, nihil interesse an ha-
beas, an nò concupiscas. Cùm enim (vt antè diximus) beatitudo sit
quies desiderij, multò sanè felicior est, qui cùm nihil habeat, nihil cu-
pit, quàm qui cùm plura habeat, plurima cupiat. Meritò ergo inter
has beatitudines paupertas voluntaria numeratur, quæ nos à tot cor-
poris & animæ malis eripit, & in felicissimæ quietis & tranquillitatis
portu còstituit. Hoc autem mihi Dominus inuuisse videtur, cùm pri-
mè huius beatitudinis præmiũ præsentis temporis verbo significa-
uit; cùm in ceteris (postrema tantùm excepta) futuri temporis verba
subijciat: quod videlicet in hac vita incipiat esse beatus, qui ad huc ter-
renarum rerum còtemptum potuit peruenire. Verè enim felicitatis
æternæ, cælestisq; status velut prælibatio quædam est, hæc mentis
tranquillitas, & desideriorum quies. Ad hæc autem beatitudinè vos
ego hodiè inuito fratres, imò regius Propheta inuitat, cùm ait; *Diui-
tiæ si affluat, nolite cor apponere. Non putauit se facile à nobis impe-
trare posse, vt cum diuitiarũ cupiditate diuitias simul abijceremus:*
ideoque quod facilius infirmis esse videbatur suadet, ne diuitijs amo-
re immo dico iungeremur: hac enim ratione fieri posse, vt hanc spiri-
tus paupertatè còsequi possim⁹, quæ nò rerũ abdicatiõne, sed cupidi-
tatis amputatione còstat. Hoc ait quod ego à vobis, fratres, Christiani-
anus à Christianis exigo, gètilis Seneca se præstitisse fatei, qui ad Lu-
cillum scribès, Romanorum alacritatem cõmemorat, qua ad naues
ab Alexandria veniètes properabāt, quò rerum suarum statum & ra-
tionem agnoscerèt. In qua tanta omnium festinatione de negligèn-
tia sua sibi Seneca gratulatur, quamuis ad ipsum quoque ea res pluri-
mum pertineret; quoniam perinde atque Prophetæ nostri vocem au-
diuisset, in magna diuitiarum affluètia cor ipse diuitijs nò amoue-
bat. Itaq; ait, magnam se ex hac negligentia sua lætitiã percepisse:
quod ea res animum suum à diuitiarum seruitute & cupiditate libe-

rum esse declarabat. Quod ergo gentili homini ratio & philosophia
præstitit, cur nobis Euangelicã, fides, & futurorũ bonorũ expectatio,
& Seruatoris nostri imitatio, doctrina, & promissa non præstabant?

Secunda verò beatitudo, mansuetudinis est; de qua Dominus.
[Beati, inquit, mites: quoniam ipsi possidebunt terram.] Sic autem pau-
peritas spiritus nos primùm ab ingenti cupiditatis tyranno eripit; ita
lenitas & mansuetudo ab alio quoque truculètiori, nempe furore &
iracundia liberat. Quæ enim inter omnes animi perturbatiõnes effe-
racior, truculètior, & immanior quàm iracundia est, quæ tot in mun-
do contentiones, tot rixas, tot dissidia, tot homicidia, tot sanguinolè-
ta bella, tot denique strages passim edit? Quæ perturbatio vehemen-
tius excæcat animum, & à rectitudinis suæ statu deturbat atque de-
ducit? Quid verò eius deformitatè referat? Ea namque irati hominis

20 perturbatio & furor est, vt in ipso etiam corpore non obscura eius
signa pateant. Micant enim oculi, pallet vultus, cõcurrunt labra, tre-
munt genua, dentes quantiuntur, terra pedibus calcatur, & anhelus &
cõcõitatus spiritus internam animi tempestatem declarat. Ab hoc igi-
tur immani tyranno mansuetudo hominem liberat. ¶ Quid tum po-
tèta? Primùm quidem hominem Deo mira charitate cõglutinat. Sci-
tis enim similitudinem inter præcipuas amoris causas numerari: vir
autem mitis Deo quàm simillimus est. Hanc enim illi virtutè potissi-
mùm tribuit Propheta, cùm ait; Quoniam tu Domine suavis, & mitis,

Psal. 85.

& multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Iam verò quid
aliud illa Dñi Saluatoris verba prædicat; Discite à me, quia mitis sum
& humilis corde? Quæ de causa idè Dñs frequētissimè in literis san-
ctis agn⁹ appellat. Vn cõsequens est, vt agnus agnos, mitis mites, & mā-
fuetus māfuetos, tāquã sui similes, per amorè sibi applicet, atq; cõiũ-
gat. ¶ Nec solũ Deo, sed hominib⁹ etiã miro modo grata & amabilis
mansuetudo est. Quod quidè Ecclesi. testatur his verbis; Fili, in māfue-
tudine opera tua perface; & super gloriã hominũ diligere. Cõtrã ve-
rò de iracundo homine ait; Spiritũ verò ad irascèdũ faciliè quis pote-
rit sustinere? Cuius rei vel illud argumèto esse pot, quod Plutarchus
ait, nepè, seruos vèditiõni expositos, de dominis, quorũ seruitio mā-
cipãdi sunt, querere solitos, nò quidè an superstitiosi, superbi, vino-
lèti, sed an iracundi, morosi, & intractabiles sint. Hoc est em̄ quod om-
nes homines, ac præcipuè serui maximè horrèt atq; formidat. Sũt igi-
tur māfueti Deo atq; hominib⁹ amabiles atq; iucundi: sed multò ma-
gis erga se ipsos benefici, grati, atq; iucundi sunt. Vt em̄ idè Plutarch⁹
rectissime ait; Quãuis ceteris hominib⁹ suavis & grata māfuetudinis

Matth. 23.

Esal. 53.

Ioan. 1.

Apoc. 57.

Eccle. 3.

Prou. 18.

Plutar.

Idem.

virtus

virtus sit, nulli tamen quam eam possidenti gratior atque iucundior 22
est. ¶ Sed quid sibi vult, quod beatitudinis huius præmiū Dominus
esse statuit, possidere terram? Certè constat Dominum nequaquam
de hac terra, quam pedibus calcamus (quam mites non possidēt) sed
de terra viuentium fuisse loquutum; quam antea cōmuni & proprio
nomine regnum cœlorum appellauerat. Cur ergo modò noua hac
voce vitur? Hoc planè mihi innuisse videtur, quòd cum nemo leni-
tatis & mansuetudinis virtutem diu retinere possit, nisi qui omnibus
in rebus, quæ in controuersiam contentionemque vertuntur, iuri
suo cedat; magis que vel honoris, vel rerum suarum, quam virtus hu-
ius iacturam facere paratus sit; iustum profectò est vt ab æquissimo
iudice rerum omnium dominium ac possessionem accipiat, qui pro-
pter eius gloriam extorquenti tunicam dimittit & pallium, & percu-
tienti vnā maxillam, præbet alteram, ne lenitatis & mansuetudinis
virtutem amittat. Sicut ergo Dominus relinquenti propter se om-
nia centuplum simul cum vitæ æterna promissit: ita amittenti propter
illum sua, rerum omnium possessionem tribuit: vt multò videlicet
maiora recipiat, qui propter illum parua contempserit.

6. II.

¶ Sequitur deinde; [Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.] Hic di-
cer aliquis; Qui fieri potest, vt qui lugent, beati sint? Duplex est lu-
gus; sicut duplex etiā tristitia est; quemadmodū in superiori cōcio-
ne diximus. Hoc autè in loco non de luctu siue tristitia seculi, sed de
pio luctu lachrymisque sermo est. Est autè multiplex huiusmodi lu-
gus, qui nunquam lætitiæ & beatitudinis cuiusdam prorsus expers
est. Sūt enim lachrymæ, quas peccati dolor; sunt quas exprimit Chri-
sti amor; & vtræque sanè dulces sunt. Lugent enim verè penitentes, 24
dum recogitant omnes annos suos in amaritudine animæ suæ. Hi au-
tem lugent, & dolent: sed tamè, vt D. Aug. ait, de ipso suo dolore gau-
dent. Sicut enim sanitatis signum est vulnerum dolor: ita spiritalis
salutis & gratiæ vehemēs peccatorum dolor existit. Lugent etiā qui
Dei amore ardent, ad patriam suam peruenire cupientes, & videndi
cœlestis Sponsi desiderio flagrantes. quo modo lugebat ille qui dice-
bat; Fuerūt mihi lachrymæ meæ: panes die ac nocte, dum dicitur mi-
hi per singulos dies, Vbi est Deus tuus? Et in his quoque; lachrymis mi-
ra suauitas est: ideoque panes suos appellat eas Propheta: quòd quæ-
admodum corpus panibus, ita pia mens huiusmodi lachrymis refici-
tur, pascitur, & misericordè delectatur. Vtræque autem has lachrymas
D. Aug. à Domino postulabat, cum ab eo irriguum superius, & irri-
guum.

25 gium inferius peteret. Vtrisque enim mens eius reficiebatur, siue
cum peccata desereret, siue cum patriæ cœlestis desiderio astuaret.
¶ Sunt etiā suauissima illæ lachrymæ, quæ ex diuinarum rerum con-
templatione oriuntur: quales eiusdem beati viri erant, de quibus Ec-
clesia canit; Flebat autem vberimè in hymnis & canticis, siuæ fo-
natus Ecclesiæ vocibus vehemèter affectus. Voces enim illæ influē-
bant auribus eius, & eliquebatur veritas in corde eius, & fluebant la-
chrymæ, & benè illi erat cum eis. ¶ Postremò sunt & aliæ compas-
sionis lachrymæ, quibus secundas ad Corinth. literas Apostolus la-
chrymis interditas se mittere ait; subdit enim; Vt luceam multos, ex
his qui peccauerunt, & non egerunt penitentiam super iniquitate
& immunditia quam gesserunt. Quæ sit autem huiusmodi lachry-
marum beatitudo, qui scire volet, octauum & nonum Ezechielis
26 caput legat: in quo Dominus sex armatis viris Ierosolymorum vasta-
tionem committit: & ne senibus quidem, aut infantibus, aut mu-
lieribus, aut vlli sexui, & ætati parcant, edicit. Inter hos autem arma-
tos homines aderat vnus, non armis, sed lineis vestibus indutus; cui
Dominus præcepit, vt transiens per mediam ciuitatem signaret Tau
super caput virorum gementium & dolentium super cunctis abomi-
nationibus quæ fiebant in medio eorum. Hæc igitur à cōmuni gla-
de & vastatione liberatio, an non pars quadam beatitudinis & felici-
tatis est; vt alijs pereuntibus tu incolumis maneas? alijs turbidam
pestilente iactatis, tu in portu nauis abscondatque te Dominus in
tabernaculo suo in die malorum? Hoc est enim quod regius Prophe-
ta designauit, cum ait; Dedisti mementibus te significationem, vt
fugiant à facie arcus, vt liberentur electi tui. Videtis ergo fratres,
27 quam multiplex sit eorum, qui lugent, beatitudo & consolatio. Se-
quitur deinde.
[Beati qui esurunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.]
Iustitiæ proprium munus est, vnicuique quod debitum est, fideliter
reddere. Quid autè (vt D. Aug. ait) magis debitum & iustum est,
quam vt benignissimo cōditori nostro pareamus? clementissimum
redemptorem diligamus? rectissimæque voluntati eius voluntatem
nostram subijciamus? Ex quo satis liquet, totius iustitiæ summam
obediencia & charitate in Deum contineri. Vnde D. August. de cha-
ritate agens, Charitas, inquit, inchoata, inchoata iustitia est; cha-
ritas prouecta, prouecta iustitia est: charitas magna, magna iusti-
tia est: charitas perfecta, perfecta iustitia. De obedientia verò Sal-
uator ipse ad Patrem ait; Sacrificium & oblationem noluisti, aures
autem

Math. 5.

Math. 19.

2. Cor. 12.

Ezech. 9.

Psal. 59.

Esai. 38.

August.

simil.

Psal. 41.

August. in

psal. 41.

Aug. 19.

de Ciuit.

Aug. de na-

tura & gra-

tia.

Psal. 39.

autem perfecisti mihi: hoc est, eas promptas atque perfectas ad obediendum tibi reddidisti. Quem etiam sensum illa Apostoli interpretatio facit; Corpus autem aptasti mihi; hoc est, aptum ad tibi in rebus omnibus obtemperandum effecisti. Itaque ceteris veteris legis sacrificijs & ceremonijs antiquatis, hanc unam obedientiam, quæ diuinorum præceptorum obseruatione continetur à nobis tanquam perfectam iustitiam requirit. ¶ Huius autem spiritualis famis & sitis, qua hanc iustitiam desideramus, præmium Dominus subijcit, cum ait; Quoniam ipsi saturabuntur. Huiusmodi enim desideria implere solet ille, de quo scriptum est; Non affliget Dominus famam animam iusti. &; Desiderium pauperum exaudiuit Dominus. Nec enim pius Dominus sancta desideria in suorum cordibus accendit, ut eos miserè desiderado torqueat, sed ut ea misericorditer impleat. **Qua** in re ingens inter spiritualia & carnalia desideria discrimen annotare licet. Spiritualia namque desideria suauitatem; carnalia vero sitim atque cruciatum afferunt. Illis enim omnipotens Deus animi quietem promittit; hæc vero (cum vacua & inania bona appetant) præbere nequeunt quod non habent. Quomodo enim quod breue & momentaneum, quod egenum, fallax, & lubricum est, mentem hominis, Dei capacem, implere poterit? Vnde eleganter Gregorius Nissenus cor carnalibus desiderijs æstuans pertuso vaseulo comparat: quod ubi primum liquorem percipit, eoque paululum superficies eius madescit, à se protinus effundit. Si enim non effunderet; impleretur: si vero impleretur, nihil amplius cuperet; cupit autem: unde consequens est, nequaquam eo impletum fuisse quod perceperit. Quia ex re liquet, è terrenis bonis nihil improbus amplius quam spem inanem, ac desiderium habere: desiderium, quo cruciatur; & spem inanem, qua frustrentur. Quo argumento Henricus Susonius colligit, carnales homines hæc desiderijs æstantes, damnatis in gehenna hominibus esse perfimiles. Improbi namque homines nec spiritualibus delicijs, ob viria sua, fruuntur, neque item carnalibus; quoniam protinus velut è vase pertuso elabuntur & effluunt. Qui quamuis modò tenebris obcæcati demetiam suam non agnoscant, ubi tamen reddendæ rationis tempus aduenierit, aperte cernent, quanta dementia fuerit, oblata à Deo bona repudiare, ut ijs bonis potirentur, quæ illis mundus concedere noluit. Utroque enim nomine se miseros esse intelligent; & quod vera & solida bona contempserint; & quod falsa & inania assequuti non fuerint. Cæterum spiritualia bona, cum vera & perfecta bona sint, & au-

torem

31 torem Deum secum afferant, miris modis mentes hominum replent, sanant, atque reficiunt.

Sitietibus iustitiâ additur quinta beatitudo, præstatiû misericordiâ. [Beati, inquit, misericordes: quoniâ ipsi misericordiâ consequentur.] Hos Greg. Niss. ait verè beatos appellari, quod Dei munus & officiu inter homines exerceat; cuius est miseri semper & parere. Quo nomine non tã beati, quàm Dij quodammodo, vel filij Dei appellandi sunt: quando sic ad viuû eius imaginem miserando referunt. Qui (ut D. Basili. Basili. eius frater ait) hoc nomine misericordiâ suam vel maximè declarat, quod eâ præcipuè misericordibus impendit, Iacobo Apostolo testante, qui ait; Iudiciû sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam. Contrâ verò Dominus, [Beati, inquit, misericordes; quoniâ ipsi misericordiam consequentur.] Tale enim erga se Deû inuenient, quales ipsi se hominibus exhibuerunt. Vnde elegatè idè Greg. Deû purissimo cuidâ speculo cõparat, quod perfectè eâ imaginem refert; quam ante illud proponis, siue lætâ, siue tristem, siue formosam, siue deformem. Quæ quidè varietas nõ ab ipso speculo, sed ab imaginû varietate, quæ illi obijciuntur, emanat. Pro cõperto igitur habeatis fratres, hoc eodè modo, cum extremus ille dies aderit, iudicis faciè aut placabile aut implacabile, aut hilarem, aut tristè vos esse visuros, qualè vos fratribus in hac vita exhibuistis. Quâ re Propheta significauit; cum Deû cum sancto sanctû, cum electo electum, cum innocète innocètem, & cum peruerso peruersum, hoc est, seuerissimû vindicem fore prædixit. ¶ Quàm sit verò rara & præpostera multorum hominum misericordia, vel hoc argumento perspicitur; quod cum misericordiâ, iuxta D. Bernardi sententiâ, duas præcipuè partes complectatur; quarum altera in sceleribus hominum prohibendis; altera in eorum miserijs subleuandis versatur; aded præpostè se multi in hac parte gerunt, ut proximorû flagitia nõ solû nõ prohibeant, verû se etiam socios ad ea perpetrâda adiungat; laborantiû verò miserias ne obolo quidè impenso subleuare velint: ut pote qui animarû suarû prodigi, pecuniarû verò auidissimi dispensatores sint. Hos autè idè D. Bernardus legitimos Adæ filios, eius mores ad vitû exprimites, esse ait; qui facile se vxori peccanti socium præbuit, peccati verò penam sustinere noluit, sed in sceleris consortem retulit. Ad hunc ergo modum isti facile peccatis aliorum patrocinium præstant, nullum tamen suè laudis, siue rerum suarum damnû propter illos perpeti volunt. Tales igitur futuræ vindictæ confortes habebunt, quibus se crudelissimè misericordiâ criminum socios exhibuerunt.

Gg 2

§. III.

¶ Sequitur deinde, [*Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.*] Magna certe beatitudo, cui tam ingens præmium proponitur. Quid enim maius quam diuinam speciem & pulchritudinem puris oculis intueri? Qui igitur ad hanc felicitatem peruenire desiderat, puritatis cordis studeat, eamque (vt Ioannes Casianus docet) vitæ suæ scopum statuatur. Cæterum quia puritas hæc non solum à peccatis, sed ab ipsis etiam terrenarum rerum desiderijs, earundemque imaginibus mentem puram, illibatamque conseruat; rerum autem imaginibus aditum sibi in animam nostram per corporis sensus patefaciunt; ideo qui huic puritati studet, sensus etiam suos, quantum fieri potest, studet ne per res, varias diffluentes, varijs tum cupiditatibus, tum imaginibus puritatem mentis inficiant. Qua in re venatorum solertiam imitari videntur, qui accipitrum, quos in manu gestant, oculos iniecto tegumento operiunt, ne faciliè circumuolantium auium, aut aliarum rerum specie exagitentur. Hac enim arte omnes eorum inanes volatus, impetasque coercent, & quietis illis, mansuetisque vtuntur. Quod quò commodius multi sanctissimorum virorum facerent, turbis urbium derelictis in uia solitudinis peritauerunt; ne quid esset quod oculis & auribus vrsu persequerentur, quo eorum mentes à iugi diuinarum rerum commentatione auocarent. Sed quis hac in re eorum curam & prouidentiam pro dignitate explicare queat? Rem dicturus sum incredibilem, sed non minus certè veram. Sanctus Antonius, Athanasio referente, viginti continuis annis in quadam domuncula siue specu reclusus, sic ab omni rerum humanarum commercio semotus vixit, vt cum semel in anno familiaris quidam ei panes afferret, quibus solis vesceretur, ne vnum quidem verbum cum commentus illius delatore loqueretur. Quid hoc silentio mirabilis? Theodoretus verò in historia religiosa aliud, non minus mirabile refert, nempe sanctum quendam, ex priscis illis Anachoritis, in cuiusdam montis lateribus habitantem, quoniam incautè aliquando, oculos in subiectam vallem demississet, vt arantes agricolas cerneret, catena ferrea collum ita ligauisse, atque deperisisset, vt nunquam postea quicquam aliud nisi subiectam pedibus terram videre posset. Abbas verò Sylluanus cum hortulum foderet, sic cuculla oculos tegebat, vt nihil aliud nisi terram, quam subiebat, cerneret. Quàm multa eorum in hoc loco dicenda, quam multa miranda, quantoque plura vobiscum exposulanda! Sed hæc tamen omnia fratres, quoniam ad finem

37 finem properat oratio, vobis expendenda, & cum ætatis nostræ moribus conferenda relinquo.

Sequitur deinde septima beatitudo; [*Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.*] Triplicem quidem pacem sancti Patres esse statuunt: aliam, qua pacem cum Deo; aliam, qua cum hominibus; tertiam, quam nos ipsi intra nos habemus, quando videlicet affectus nostri, & inferiores animæ vires aduersus rationis imperium minimè reluctanter, sed eius præceptis & moderationi obtemperant. Quia verò triplicis huius pacis beatitudinem atque delicias, quibus in hac etiam vita pijs fruuntur, breuis oratio complecti non potest, postremam beatitudinem subijciamus.

[*Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum forum est regnum celorum.*] Hic forsitan dicit aliquis; Fateor, beati isti erunt, quibus cœlestis regni præmium constitutum est: quomodo autem in præsentis vitæ beati appellandi sunt, qui persecutionibus, & maledictis hominum conscinduntur? Ostendam qua ratione hi quoque modo beati sint. An vlla maior beatitudo, quam Dei amicum esse, & gratiam apud illum inuenisse? Certè nulla. At constat planè ex communi sanctorum Patrum sententia nullum esse diuinæ gratiæ signum, certius, quam libenter, & æquo animo varias propter Deum persecutiones perpeti: vel ipso Apostolo testante, qui hoc nomine se in tribulationibus gloriari ait, quòd tribulatio patientiam operetur, patientia verò probationem: hoc est, quòd tanquam aurum igne exploratum, ita hominem Deo tribulationis igne excoctum & probatum reddat. Quis autem hoc tantæ salutis signo non etiam in medijs persecutionibus gaudeat? Si enim auarus ille diues apud Poëtam populi conuicia irridebat, dicens,

Populus me sibilat: at mihi plaudo

Ipse domi simulac nummos contemplor in arca:

quomodo non persecutiones, & maledicta hominum contemnet, qui intra conscientiam suam hoc tam magnificum gestat testimonium, quòd omnipotentem Deum amicum, & parentem habet, quòd illi gratus, & dilectus filius, regnique eius hæres instituturus sit? Quis enim hac tam magna veræ felicitatis coniectura non in hac etiam vitæ incipiat esse beatus? Gloria enim (inquit Apostolus 2. Corin. 1.) nostra est testimonium conscientiæ nostræ.

Hæc sunt, fratres, itinera quibus ad sempiternæ salutis portum.

peruenitur: hæc virtutes, quibus ingens ea merces propofita est, 40
de qua Saluator in præfenti lectione ait; [*Gaudete, & exultate,*
quia merces ueftra copiofa est in caelis.] Sed quis tamen pro dignita-
te mercedis huius magnitudinem explicare queat? Vt enim D. Au-
gustia, ait, Quod Deus præparauit diligentibus fe, fide non ca-
pitur, fpe non attingitur, charitate non comprehenditur, defi-
deria & vota transgreditur; acquiri potest, æstimari non potest.
Hæc autem tanta mercede propofita quid arduum ac difficile ho-
mini Christiano offerri potest, quod non libenter & alacriter
amplectatur? Cùm D. Catharina Martyr Maxentij tyranni iuſſu in
carcere custodiretur, & Porphyrius militiae princeps clam noctu
ad eam venias, quæ sibi à Christo merces effet propofita, si in
illum crederet, interrogasset; illaque cælestis ei præmij magnitu-
dinem exposuisset; sic illum in fide & pietate confirmauit, vt mar-
tyrium pro ea libenter subierit. Ego verò vos fratres non ad mar-
tyrium hodiè, sed diuinorum mandatorum leuiffimam sarcinam
ferendam eodem propofito præmio hortor & inuito. Quod si mer-
cedis dignitatem scire cupitis, merces ipsa, Deus est: quemadmodum
ipse olim Abraham significauit, dicens, Noli timere Abraham, ego
Genes. 15. protector tuus, & merces tua magna nimis. In Euangelio quoque
Matth. 25. idem Dominus fidei seruo ait; Euge serue bone & fidelis, &c. intra
idem gaudium Domini tui. Videus ergo idem gaudium & Domino, &
seruo commune esse.

Sed ipsius Domini gaudium & felicitatem expendamus. Felici-
tas eius est, immensam atque infinitam pulchritudinem suam pleni-
tissimè videre, illamque infinito amore complexi, eademque sine
intermissione frui, qua quidem is in se ipso perpetuò fruatur. 42
Quæ felicitas tanta est, vt nec huius mundi pulcherrimo opere,
nec si innumerabiles ab eo rursum conderentur (quod is planè
vnico momento faceret) vlla ei accessio fieri posset; non magis
quàm si Oceano mari vnus gutta aquam adieceris. Hæc igitur
plena & summa Dei felicitas est, seipsum videre, & immensa ima-
ginis suæ, hoc est, verbi sui pulchritudine, frui, in qua nihil est quod
non videat, nihil quod non intelligat, nullumque bonum est quo
non fruatur. Quæ quidem felicitas tanta est, vt ea sola vastissimus
ille atque immensus diuine mentis sinus perfecte impleatur, nullaq;
ei prorsus accessio fieri possit.

Cùm igitur à me quærebatis, quæ nam esset futura hominis
merces & beatitudo? Hanc eandem esse denuntio, quam vnus

Dei

43 Dei propriam esse dixi. Sicut enim is reuelata facie infinitam pul-
chritudine & decorem suum videt; & infinito amore diligit: ita nos
quoque illum videbimus, amabimus, eoque fruemur; quamuis il-
lius infinitæ pulchritudinis immensitatem comprehendere mini-
mè valeamus. Hinc Ioan. ait; Filiioli, nunc filij Dei sumus: sed
non dum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cùm ap-
paruerit, similes ei erimus. Quo nam modo? Nimirum, quia vide-
bimus etiam sicuti est. Hæc enim est eius gloria & felicitas. Quid
ergo majus omnia mortalium vota in vnum collata optare potuis-
sent? Quis enim in nubibus æquabitur Domino? similis erit Deo in
Psal. 88. filijs Dei; Si ergo neminem Propheta inter filios Dei, hoc est, inter
Angelos (si eorum tantum naturam spectes) similem Deo esse ait:
quæso, quæso, erit, homuncionem ex limo terræ concretum, non
44 ad Angelorum modò, sed ad Dei similitudinem eleuari, & eius glo-
riæ confortem fieri? Non igitur ita se Dominus maiestatis cùm ele-
ctis suis, atque reges terræ cum famulis gerunt. Alio enim serui cul-
tus, alia mensa, alij dapibus, & apparatus vsi solent. At summus
ille coelitem imperator & Dominus eadem nos tunica immortali-
tatis vestiet, eadem nos mensa, eodemque cibo alet; quando eius-
dem nos felicitatis participes efficiet. Sic enim volentibus eius Fi-
lius ait; Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus reg-
num, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Idem
autem ipse qui hoc promittit, sanguinis sui pretio nobis hoc tan-
tum munus mercatus est. Per illum enim cælestis Pater (vt Petrus
Apostolus ait) maxima & pretiosa nobis promissa donauit; vt vi-
45 delicta diuinæ efficiamur consortes naturæ. Quamuis autem hæc
tanta felicitas omnem humanæ intelligentiæ vim longè superet;
idem tamen qui eam nobis promeruit, credibilem etiam fecit. Ve-
rè enim maius est, Deum humanitatis nostre assumptione hominè
fieri, quàm hominem diuinitatis participatione diuinam imaginem
induere. Si ergo immensa diuinæ bonitatis largitas, quod maius est;
cõtulit, quod minus est vtq; donabit. Hæc ergo tā felici spe atq; mer-
cede propofita fratres, omnem torporem & somnum ab oculis excu-
tere studeamus, per has beatitudinis semitas, quas vobis hodiè Salua-
tor exposuit, gradiamur, vigilemus, oremus, Sanctõrum omnium, quo-
rum solennia celebramus, opem imploremus, illos nobis patronos;
illos vitæ duces, illos virtutum nobis exempla proponamus: vt ipsorum
precibus, & clarissimis exemplis adiuti, ad eorum tandem socie-
tatem peruenire mereamur.

G G 4

IN.

IN EODEM FESTO OMNIUM SAN-
ctorum Concio tertia; in qua de vera beatitudine, de que itin-
eribus quibus ad eam peruenitur, ac de multiplici Sanctorum
varietate (quæ miram diuinæ gratiæ & sapientiæ vim
declarat) paulò fufius differitur.

*T H E. Beati, qui persecutionem patiuntur pro-
pter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum*
Matth. 5.

Hebr. 13.

DU sunt in primis, fratres charissimi, scitu necessaria
ijs, qui aliquid proficisci parant: alterum, locus ipse quò
tendunt: alterum, via qua ad illum tendere debeant.
Nos autem, fratres, quamdiu in hoc mortali corpore
degimus, in itinere constituti sumus. Non enim habemus hîc manè-
tem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Aduenæ siquidem in hac re-
gione & peregrini sumus; sicut omnes patres nostri, qui ex ea tan-
quam peregrini aliò commigrarunt; velut & nos quoque suo tem-
pore commigrabimus. Quocirca necesse est, vt quò tendimus, &
qua via tendendum nobis sit, ante omnia cognoscamus. Vtrumque
autem sine vllò errore nos præsens sancti Euangelij lectio docet.
Cum enim in fine Dominus ait; [*Gaudete & exultate; quia merces ve-
stra copiosa est in cælis;*] apertè quò tendamus, declarat: nempe, ad cœ-
lestè regnum, in quo hæc merces copiosa percipienda est. Cum verò
oçto clarissimarù virtutum genera (quas beatitudines appellat) enu-
merat, itinera ostendit quibus ad hoc beatitudinis regnum perueni-
tur. His namque itineribus Sancti omnes (quorum hodie festum so-
lenni deuotione recolimus) ingressi sunt. Omnes enim per varios la-
bores atque certamina has virtutes coluerunt, & per eas tam per
gradus quosdam aditum sibi ad hoc regnum parauerunt: vt in præ-
senti concione latius demonstrabimus. Hac enim ratione, his exem-
plis vos ad eorum imitationem incitare tentabimus; vt qui deside-
ratis patriam, viam qua ad illam itur minimè refugiat. Vt autem ad
hoc nos pia mater Ecclesia (quæ in nostras semper vtilitates intenta
est) acrius incitaret, omnium hodiè Sanctorum festum solenni deu-
otione celebrandum instituit: non solum vt infirmitatem nostrâ mul-
tiplicatis eorum suffragijs adiuuaret, sed etiam vt torporem atque de-
fidiam

4 fidiam nostram tot propositis exemplis ad eorum imitationem accè-
deret. Vt enim rerum conditor Deus post vniuersam huius mundi fa-
bricam hominem condidit; qui rerum omnium instar est (ideoque *simil.*
minor mundus appellatur) ita nunc Ecclesia, quæ sigillatim cæteris
voluentis anni diebus Sanctorum festa celebrat, hoc vnò die, in sine
propè labentis anni, vnum hunc diem sacravit, in quo omnia simul
eorum festa meritis laudibus celebraret: vt hoc argumento intelli-
tis fratres, qualis esse debeat nostra deuotio, si huic tantæ solemnitati
respondere debeat. Vt hoc autem præstare commodè valeamus, cœ-
lestè opem, sacratissimæ Virginis interuètu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

5 ¶ Quoniam beatitudinis nomen toties in lectiõne sancti Euangelij
hodiè inculcatur, quid ea sit primo loco explicandù nobis est. Ea ve-
rò est (vt quàm breuissimè dicâ) status optimus atque perfectissimus,
vltimaque perfectio, ad quam humana natura partim diuina gratia,
partim industria & labore suo adiuta peruenire potest. Vt autè hoc
apertius intelligatis, statuèdum est, quòd quamuis omnia quæ Deus
in hac tanta rerum vniuersitate condidit, in suo quæque genere per-
fecta sint (Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona) *Genes. 1.*
nihil tamè in prima illa sua cõditione (cœlos & sydera omitto) ad eò
numeris omnibus absolutù & perfectum fuit, vt non vel arte, vel na-
tura, vel gratia perfectius reddi posset, atque ita ad perfectissimum na-
turæ suæ statum peruenire. Vtque ab infimo rerum omnium incipiâ;
metalla, gemmæ, atque lapilli, quæ rudia & ineulta è terræ visceribus
eruantur, arte purgântur, & expoliuntur, & nouum quendam nitorem
capiunt. Arborea cultu nutriuntur, & à paruis initijs ad iustam magni-
tudinem excrescunt. Quod etiam cunctis animantibus contingit. Su-
perna verò illa mentes, quæ perfectissimè à Deo cõditæ sunt; in qui-
bus nobilissima natura varijs gratiarù muneribus exulta & ornata
fuit; posteaquam se in Deum erexerunt, & præclaris donorum gratia-
rum quæ muneribus in laudem conditoris retulerunt, non solum in
gratia confirmatæ, sed æterna etiam felicitate donatæ sunt. Quid ve-
rò inter hæc naturâ humanam commemoremus? quæ inter corporeas
& incorporeas creaturas, veluti quidam mundi nodus, media consti-
tuta est. Quæ enim inter creaturas omnes aut altius ascendere, aut in
serius deprimi potest? Cùm enim homo inter Angelos & animantia
cætera medium quèdam locum obtineat, consequens est, vt intellè-

tu, & mentis acumine quandoque Angelicæ naturæ sit propior, quandoque verò tarditate ingenij vix vno gradu distet à brutis. Vnde videre est: quosdam homines pecudibus similes, quosdam verò paulò Angelis inferiores. Quid enim Æthiopum quorundam stupiditate radiis? Quid verò Aristotelis & Platonis mentis acumine sublimius? Et vtrique tamen eiusdem humanæ naturæ confortes existunt. Quòd si ad supernaturalia dona transeas, videbis homines diuinæ gratiæ muneribus sic ornatos, & excultos, vt (quemadmodum Dionysius Carthusius ait) non solum inter infimos, sed inter supremos etiam Angelorum ordines merito collocandi sint. Quid ni? Si enim Angeli nullo suo labore, sed simplici quadam in Deum conuersione ad tantum gloriæ culmen euecti sunt, cur homines, qui quamuis fragili natura & carne circumdati sint, celestem tamen vitam in terris tot annos meditati sunt, non eiusdem gloriæ dignitatem adipiscantur? Quam enim coronam beatus Hilarius Abbas post incredibilem carnis macerationem non promeratur, qui mortis iam proximus, auctore Hieronymo, qui eius vitam conscripsit, animo iam illam vocem protulit: Egredere anima, quid times? septuaginta annis Christo seruisti, & adhuc mortem times? Quid Paulù memorem? de quo idem autor ait, quòd cū post solitaria vitam tot annos in eremo actam cū beato Antonio ad refectionem confedisset, & coiuuus integrum panem in medium projecisset, Septuaginta, inquit, anni sunt, quibus à Christo dimidiatum panem accipio, nunc ad aduentum tuum militibus suis Christus duplicauit annonam. Tam verò quid hic Ignatium, Laurentium, atque Vincentium commemorem, qui tam multa & immania propter Christi gloriam pertulerunt tormenta? An non hi inter supremos etiam Angelorum ordines sedem accipient, quantam horrendis cruciatibus meruerunt? Nec viri modo, sed insignes etiam sceminae sedes easdem promeritæ sunt. Vt enim aliarum feminarum agones & stupenda certamina prætereamus, tres matres legimus, vnam quidem in veteri, duas verò in nouo testamento, quarum quæque septem filios vnus diei spatio ante oculos suos propter Dei gloriam excarnificari, & atrocissimis tormentis mactari passa est. Hoc enim in veteri testamento septem fratrum Machabæorum mater; hoc in nouo Symphorosa, & Felicitas cum septem quæque filijs pertulerunt: quarum Felicitatem D. Greg. meritò octies martyrem appellat. Passa est enim septies in corporibus filiorum, ac demum in corpore proprio. An nõ igitur hæ dignæ sunt vt à Dño in ser Principes Angelorum numerentur? Quid verò beatissima Virgo?

An

10 An non ipsa cum & scemina, & naturæ nostræ consors esset, super omnes Angelorum choros exaltata est? Videtis ergo quòd humana natura, quæ in rationalium creaturarum ordine infima, ac veluti materia prima esse dicitur, ascendere possit? Constat igitur ex his, creaturas omnes, quamuis à perfectissimo creatore perfectæ in suo quodque genere conditæ sint, superesse tamè adhuc perfectissimum quandam naturæ suæ statum, quo cultu & labore peruenire possint. Inter has tamè homo præcipuè numeratur: qui ea conditione est, vt vel imis, si se ipsum deiciat, vel summis, si diligentius se gesserit, annumerari possit.

Hunc autem perfectissimum naturæ statum, beatitudinem, & felicitatem appellamus: qua adepti, appetitui & cupiditati nostræ requies datur, & inexplēbilis illa cupiditatis nostræ sitis extinguitur; ac perennis illa desideriorum nostrorum rota conuiescit, cum eò tandem peruenit, vbi nihil amplius desiderare queat, quam quòd habet. Quæretis autem, quid fieri possit, vt ad eò fragilis natura hominis, totque tum corporis, tum animæ morbis obnoxia, ad eum statum peruenire valeat, in quo bonorum omnium compos effecta, nihil habeat quòd in præsens tempus cupiat, nihil quòd in futurum pertimescat? Certè in hac vita, quæ tot vndique curis & angoribus assidue vexatur, ad hunc felicissimum statum prouehi, nemini concessum est: Quòd quidem firmissima ratione comprobatur. Felicitatem enim hæc hominis, non pecudis quarimus. Hominis autem intellectus, & voluntas, propria & peculiare vires sunt, quibus à cæteris animantibus distat. Quocirca tunc is verè felix & beatus erit, cum hæc due rationalis animæ vires ad perfectionem suam

12 apicè peruenierint. Intellectus quidè perfectio in sapientia cõstituta est; voluntatis autè in summi boni fruitione cõsistit. Quo modo autè intellectus eò in hac vita peruenit, vt oia sciat, nihilq; amplius scire desideret? quo modo verò voluntas tot bonis fruet, vt nihil amplius cupiat? Si enim aut scieda, aut frueda supererint, illa vtrique & intellectus cognoscere, & voluntas naturali cupiditate eisdè frui cõcupiscet. Non igitur quis seipsum hoc nouo scieda & frueda desiderio extimulabit. Quo modo ergo hæc extraque vis animæ nostræ plenè conuiescet? Res ipsa se pedit. Miraris cum ad illud sumam & infinitum bonum peruenit, in quo vno omnia caritas, & bonitas, omniq; perfectio reperitur; quo vno sitis animæ nostræ plenissimè sedabitur; extra quòd semper anxia & turbulenta est. Quis etiã addere, quòd scire sit erit vni causis cognoscere, prima autè & summa omnium causa, & aliarum origo, Deus sit; i. Metaph. hanc

Dionys. Carth.

Hieronym.

Idem.

1. Mach. 7. Gregor.

Aristot. 1. Metaph. hanc

hanc semper intellectus noster naturali auiditate cognoscere desiderabit, & quod magis illum cognouerit, eod magis ad pleniorē & clariorem eius cognitionem, mira ipsius pulchritudine incitatus, aspirabit. Naturalis enim motus eod velocior est, quod fini suo propinquior exilit. Tunc ergo naturalis hæc cupiditas perfectè sedabitur, cum rectè facie immensam illam diuinæ pulchritudinis speciem contemplantur, nec aliud vitæ scire concupiscet, cum in vno illo pulcherrimo diuinitatis speculo omnia videat, omnia sciat, & bonis omnibus pro suæ felicitatis modo perfruatur. Hoc autem elegantissima meta phora breuiter D. August. expressit: qui cum Deo loquens, vbi varijs illum, nominibus collaudasset, hoc etiã addidit; Virtus maritans mentem meam, & replens sinum cogitationum eius. Sic enim mens humana Deum desiderat, quod is planè tantquam vir animæ nostræ fit, qui eam perficit, implet, summis delicijs afficit, & sinus eius omnes, qui ad vnum Deum fruendum conditi sunt, bonorum omnia abundantia oblectat, & replet. Vt enim vxor, viro, & vir vxori, ita Deus animæ, & anima nostra Deo definita est. Quocirca merito D. August. Deum appellat virtutem, quæ hominis mentem maritet, & omnes sinus eius repleat: quoniam solo eo plenissimè satiatur. Ex qua quidem suppuratione apertè colligitur, neminem in hac vita esse posse beatum; cum in ea nemo hanc desideriorum quietem assequi possit.

Ad stipulatur autem huic rationi ipsa rerum humanarum conditio. Si enim res gestas omnium temporum & seculorum euoluamus, nullum (neque inter Reges, qui rerum omnium potiebantur) inuenimus, qui non plura cuperet, plura etiã scire desideraret. Vastissimus quippè humanæ mentis sinus hac in re Dei imaginem (ad quam conditus est) refert, quando quidem nisi immenso & summo bono satiari non potest. Cuius rei locupletissimum extat vel vnius Salomonis exemplum, qui inter omnes Reges opulentissimus, inter sapientes excellentissimus extitit: qui vbi tam multis ac varijs opibus & delicijs abundasset, tam multaque ingenio & sapientia diuinitus infusa cognouisset, illam tamen post omnem hanc felicitatem, veritatis indicens vocem pronouit; Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quid enim amplius habet homo de labore suo, quo laborat sub Sole? Ad dam etiã hoc in loco Xerxis potentissimi Persarum Regis exemplum, de quo ita scribit Herodotus. Xerxi incensit cupido omnem exercitum oculis subiiciendi. Nam prominens quadam crebra in hominibus ex candido

August.

Ecclesi. 7.

Herodot.

16 candido lapide in loco edito extructa erat. Et cum inde intueretur omnem Hellepontum manibus obductum, omnia littora & abydenorum plana hominibus referta, ibi se beatum iactauit: & post hæc lachrymas fudit. Quod Artabanus, eius patruus, animaduertens, qui liberè distulserat bellum Græciæ inferendum; ira ex eo percontari cepit: Quam diuersa, Rex, inter se nunc facis; ac dudum dixisti; qui enim antè beatum te esse dixeras, nunc lachrymas fundis! Et ille, Reputantem me, inquit, quàm brevis est omnis humana vita, subiit horum miseratio, quorum cum tot sint, nemo ad centesimum annum fupererit. Excipiens Artabanus, Atqui, inquit, est & aliud non minus defendendum, quod viuendo miserabiliora patimur. In tam breui enim vita nullus hominum adeo felix extitit, neque horum, neque aliorum, cui non crebro, ne dum semel, subeat animo moriendi voluntas potius quam viuendi. Nam incidentes calamitates & morbi vitam perturbant, efficiuntque, vt cum breuis sit, tamen perlonga videatur. Quid igitur superest? Nempe quod tunc solum homo felix, & omnium bonorum compos erit, cum ad summum illud & infinitum bonum peruenerit, in quo vno omnia reperiet. Hęc igitur vera & plena felicitas est, quam Ioannes in Apocalypsi describit, cum de beatis martyribus loquens, ait; Non esurient, neque sitient amplius, neque cadent super illos Sol, aut vllus æstus: quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget omnem lachrymam ab oculis eorum. In quibus verbis, quod maxime proprii felicitatis huius est, describit, cum ait; Non esuriēt, neque sitient amplius; quia videlicet naturalis hæc cordis nostri sitis, & esuries plenissimè satiabitur: haustoque poculo ex illo fonte vitæ & pabulo felicitatis æternæ, non vitæ esuriēt, aut sitiet, sed ingrediens & egrediens pascua vbi que latissima inueniet.

Quod si deinde queratis fratres, quibus gradibus ad hanc tantam beatitudinem perueniatur; hoc Dominus breuiter in hodierna sancti Euãgelij lectione declarat, cum ait; [Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati mitis, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et cetera quæ sequuntur.] Videtis fratres, quàm diuersa sit hæc via ab ea, qua seculi homines gradiuntur, vt felicitatem inueniant. Hi namque opes exquirunt, honores ambiunt, delicias concupiscunt, magistratibus & dignitatibus inbiant, labores, lachrymas, persequutiones, & omnes corporis molestias velis remissaque fugiunt, nihilque aliud quam terrena sapiunt. At nos contra Dominus

Apoc. 7.

minus ad volūtariam spiritus paupertatem, ad labores, ad lachrymas, ad sui denique imitationem inuitat. Ipse enim ante alios hausit calicem passionis, cuius reliquias discipulis, nobisque omnibus tradidit exhauriendas, dicens; Accipite, & diuidite inter vos. Inter quos Paulus partem, quæ illi obtigerat, se ebibisse testatur, cum ait; Adimpleo quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. Sed additis tamen patiendi solatium, dicens; Si compati mur, & cōregnabimus; si commortui fuerimus, & cōuiuemus; si fuerimus socij passionum, erimus & consolationum.

Hæc ergo de causa hodierna nobis sancti huius Euangelij lectio proponitur, vt Sanctorum varias virtutes, & varia item eorum certamina agnoscamus; per quæ in cœlestem patriam contenderunt. Hæc enim via regia est, hac itur ad cœlum. Quis (inquit ad Eustochium Hieronymus) si ne certamine coronatus est? Abel iustus occiditur; Abraham vxorem periclitatur amittere; & ne in immensum volumen extendam, quare, & inuenies singulos aduersa esse peressos. Solus Salomon in delicijs fuit, & ideo fortasse corruit. Hactenus ille.

SECUNDA PARS.

Quæret autem fortasse aliquis; Cur amator omnium Deus tot laboribus beatitudinem parari voluerit? Si enim omnia propter semetipsum, hoc est, ad declarandam gloriam suam operatus est Dominus, maior bonitatis gloria in gratuitis, quàm in labore partis beneficijs esse videbatur. Aliud enim liberalissimi Principis, aliud mercimoniam exercētis proprium esse videtur. Quod si dixeris, laboris huius causam nõ Dei voluntatem, sed voluntariam hominis culpam extitisse, qui se peccato non modò maculauit, sed gratuitis etiam Dei donis spoliavit, quibus ad beatitudinẽ peruenire sine labore potuisset: Contra hoc rursus instare aliquis poterit; Cur ipse Dominus, qui ruinam hominis impedire potuisset, hoc facere distulit? Si id enim fecisset, quàm multorum malorum, quàm multarum lachrymarum & calamitatum materiam sustulisset! Quis igitur cognoscere sensum Domini, & iudicia illius atque cõsilia penetrare valeat? Si Apostolus Paulus post secreta cœlestia & arcana illa verba, quæ non licet homini loqui, elinguis factus est, nec aliud dicere potuit, quàm; O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei; &c. quid, quæso, nos facere par est, qui humi repimus, & vix ante oculos & in prospectu posita cognoscimus? Sed, quoniam communis Sanctorum sententia est, nunquam à summo illo mundi moderatore permitti mala, nisi vt

ex ijs

22 ex ijs elicita bona (quod non ex natura mali, sed ex diuinæ bonitatis abundantia prouenit) inquirere eodẽ Domino iuante studeamus; quæ nam bona ex hoc tanto malo consequuta sint. Ac primùm quidem statuendum est, electorum numerum, qui ab æterno fuerat à Deo præfinitus, & prædestinatus, integrum illibatamque permansisse. Siue enim cadente homine, siue stante, non minor fortasse prædestinatorum numerus fuisset: quem solus ille nouit, qui humeris multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.

psal. 146.

Hoc ita constituto, expendere incipiamus, nõ quidem bona omnia (hoc enim esset operis infiniti, & ab hodiernæ solenitatis infstituto alienum) sed aliqua tamen, quibus hæc humani generis ruina occasionem præbuit. Primùm igitur (vt à præstantissimo diuinæ bonitatis opere initium capiamus) hinc Dominicę incarnationis, & passionis mysterium occasionem sumpsit. Si enim homo nõ peccasset, filius Dei (vt perique sanctorum Patrum tenet) minimè humanam naturam inexplicabili ratione sibi copulasset; certè nullo modo crucis supplicium pertulisset. Tolle, inquit August. morbos, tolle vulnera, nulla erit medico veniendi causa. Hoc autem opus, siue Dominicæ passionis, siue incarnationis, tale ac tantum extitit, vt nec per diuinam quidem potentiam maius aliquid effici potuerit. Denique si mille mundos, imo si infinitos mundos ad hanc sacratissimam Christi humanitatem conferas, nihil erit: nec omnes isti (quamuis multi ac mirabiles essent) tantum immensam Dei bonitatem, misericordiam, iustitiam, & prouidentiam declararent, quantum hoc opere perfectum est. Quin etiã mundus ipse per incarnationem Christi tantę dignitatem obtinuit, vt conditor ipse, adiuncta sibi natura humana, hac ex parte mundi pars esse voluerit. Præterea, si homo nõ peccasset, sicut neque humanitas Christi, ita neq; beata Virgo (quamuis fortasse extitisset) Christi mater futura fuisset: atq; ita desuisset mundus hac summa dignitas, & margarita pretiosa, quæ cunctas illustrat Ecclesias, quæ supernorum citium gaudia cumulat, quæque diuinę bonitatis, & omnipotentis gratiæ virtutem, puritatis & innocentię suæ nitore maximè declarat. Quid em̄ mirabilius ea puritate, ac sanctitate, quam in sexu adeo fragili diuina gratia operata est? Hæc igitur duo clarissima mundi luminaria, luminare videlicet maius, ac minus; hoc est, Christi humanitas, & eius mater sanctissima in cœlo desuissent, si humanum genus minimè corruisset. Qua de causâ Ecclesia & felicem culpam, & necessarium prædicat Adæ peccatum; quod tantis mysterijs occasionem dederit.

August.

Genes. 3.

Adde

Adde etiam mirabilem Sanctorum varietatem, quae non modo praesentem, sed futuram etiam Ecclesiam maxima donorum gratiarumque varietate honestat & ornat. Perfectum enim corpus ex diversis membris constituitur: perfecta quoque Resp. ex dissimilibus partibus constat: melodia vero ex dissimili vocum varietate resultat. Quae cum in corpore species esset, si membrorum varietate careret? Quae Reip. facies, si vnus ciuium ordo in ea existeret? Qualis vero esset vocum concentus, si eundem voces omnes tenorem retineret, nullaque varietate gratia aures mulceret? Si igitur homo lapsus non fuisset, vnus tantum coniugatorum religiosè Deum colerum, filiosque sine libidinis furore generantium in mudo ordo esset. At lapsus ille, quamuis & dolendus & miserandus, diuinæ tamen providentiæ beneficio varijs in Ecclesia Sanctorum ordinibus occasio dedit. Si nullum enim peccatum exstitisset, vbi tunc Prophetæ? vbi Patriarchæ? vbi Apostoli & Euangeliistæ? vbi triumphalis innumerabilium Martyrum victor exercitus? vbi gloriosus Confessorum numerus? vbi sancti Potestates? vbi diuinæ legis Doctores? vbi monachi & eremita? vbi virginum & continentium chorus exstitisset? Desuisset igitur hæc tam miranda Ecclesiæ varietas, quæ eius maximè pulchritudinem illustrat, diuinæque gratiæ virtutem iustificè declarat. Hinc Vates regius, Altirit, inquit, reginæ a dextris tuis in vestitu decorato, et in mandata varietate. Qua, in qua, varietate? Certè ex multiplici Sanctorum ordine, & omnis generis gratiarum atque virtutum abundantia. Quam quidem varietatem vestis illa Ioseph (qui figurè pro omni Saluatoris gessit) expressisse videtur, quæ polymita, hoc est, diuersorum colorum fuisse dicitur: quibus mirabile hæc Ecclesiæ varietatem representabat. Hæc autem Sanctorum diuersitas dictu mirum est quanto opere diuinam sapientiam, providentiam, bonitatem, atque celestis gratiæ potètiã declarat. Ex qua quidem gratia, tam stupenda Sanctorum opera, labores, certamina, virtutesque promanarunt, vt ipsos etiam beatarum mentium ordines in admirationem inducere potuerint: sicut Apostolus de laborum magnitudine, quos in Euangelij prædicatione sustinebat, ait, Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus. Quæ quidè res & diuinæ gratiæ virtutem maximè cõspiciam facit, & pijs ad virtutis studium rot præclarissimis exemplis ante oculos positus, stimulos addit, & improbis omnem negligentiam excusationem adimit. Quis enim carnis fragilitatem, & naturæ imbecillitatem in excusationis suæ velamen obtendere poterit, qui videat tam multa Sanctorum millia, qui eadem carnis fragilitate presis, eadem communis peccati labe infecti, in eodemque

Psal. 44.

Genes. 37.

1. Cor. 4.

demque mundo degentes, & ab eisdem hostibus impugnati, tamen diuinæ gratiæ ope (quæ omnibus in promptu posita est) adiuti, tam mira opera designarunt, tam immanes labores & cruciatus pertulerunt, tam acerbum & durum bellum corpori suo & cupiditatibus eius intulerunt? Quæ fronte ego diuinæ legis onus & obedientiæ laborem causabor? Quæ tot videam naturæ meæ confortes præter diuinorum præceptorum obedientiam tam ingentes labores sponte subiisse?

Quæ vis autem orationis singulorum ordinum virtutes, labores, contentiones, & singularem celestium donorum pulchritudinem, cum summa varietate coniunctam, explicare valeat? Quid hic Prophetas memorem Apostolorum patres, qui terrenum nihil in hoc mundo quærentes, tanto diuinæ gloriæ studio incensi fuerunt, vt nuda corpora gladijs & lapidibus furentis populi obijcetes pro gloria Domini contra eius peccata dimicaret? Omnium enim illa vox erat; Zelozelatus sum pro Domino exercituum: quia deliquerunt patrum tuum filij Israël. Denique hi sunt, de quibus Apostolus ait; Alij ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circueiunt in melotis, & in pellibus caprinis, egent, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.

Apostolorum vero sanctitatem, charitatem, diuinæ gloriæ studium, abundantiam gratiæ, ingentem illam ad patrandam miracula facultatem quis pro dignitate queat explicare? quorum non modò sudarijs & semicinctijs, sed etiam vmbris inuisibiles naturæ leges ce-

debant. Horum vero propter fidei dilatandæ, & Ecclesiæ cõstitutandæ amorem, quales fuerunt labores! De ipsis namque omnibus Paulus ait; Vsq; ad hanc horam esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & instabiles sumus (siue, vt alij verterunt, incertis vagamur sedibus) & laboramus operantes manibus nostris; maledicimur, & benedicimur; persecutionem patimur, & sustinemus; blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsa vique adhuc. Sed hæc summam in priori ad Corin. Epistola. At in posteriori, dum seos numerat labores, cooperatorum etiam suorum agones cõmemorat, qui simili studio in simili causa aduersus mundum decertantes, similes labores pertulerunt, quos statim enumerat his verbis; In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, &c. quæ sequuntur. Videte, quæ so, quàm multis in cõmodis Apostolica

Tom. ij.

H. h.

profectio.

1. Reg. 19.

Hebræ. 11.

Acto. 19.

Acto. 5.

1. Cor. 4.

2. Cor. 11.

Cyprian.

professio exercita fuerit atque probata

32 Quibus verò vos prædicæ laudibus (vt verbis vtar Cypriani martyris) fortissimi milites Christi robur pectoris vestri & perseverantiâ fidei quo præconio vocis exornem? Tolerastis vsque ad consummationem gloriæ durissimam quæstionem, nec cessistis supplicijs, sed vobis potius supplicia cesserunt. Insuperabilem fidem superare non potuit frequens plaga diu repetita; quamuis rupta compage viscerum torquerentur in seruis Dei non iam membra, sed vulnera. Denique ait; Finem doloribus quem tormenta non dabant, coronæ dederunt. Et quidem in hoc exercitu gloriosæ multa sunt admiratione dignissima. Primum enim tam est exercitus hic numerosus, vt astra cæli superare videatur: cum aliquando sex mille martyres interfecti, aliquando decem mille patibulis affixi: aliquando vndecim mille simul virgines trucidatæ; quâdoq; verò integræ ciuitates ferro & flâmis absumptæ fuerint. Cum enim Romanorum Imperatores, qui nascentem Christi Ecclesiam funditus euertere nitebantur, totius penè orbis ditionem tenerent, atque eorum iussu persecutionis procella crudeliter ubique sæuiret, nulla erat mundi regio, nulla ciuitas, nulla insula, nullus penè angulus qui non martyrum sanguine tingeretur. Itaque totus Oriens & Occidēs, Asia, Africa, & Europa (quæ tres orbis præcipuæ partes numerantur) glorioso Martyrû cruore cõsecratæ sunt; nullaque mundi regio est, quæ suos non extollat Martyres, eorûq; triumphis gloriatur. Nec minor personarum quàm locorû varietas extitit. Non solum viri, sed etiam scemina; nõ modò senes sed & iuniores ac teneræ virgines; nec solum ignobiles & infimæ conditionis homines, sed nobiles etiâ; qualis Catharina fuit, Costi Principis filia, quæ rotarum tormenta superauit. Nec tantum illiterati & rudes homines, sed viri sapietes, & in omni genere doctrinarum excellentes. Denique omnis ætas, omnis sexus, & omnis ordo ad necem & supplicia quærebatur. Nec minus mirabilis tormentorum numerus, & varietas. Quot enim martyres, tot ferè tormetorum genera excogitabantur: & (vt D. Cyprianus ait) ad hominis corpus vnum supplicia plura quàm membra erant. Quæ cum ita sint, qualis, quæso, cœlestis illa curia erit, tot Sanctorum meritis, totque innumerabilium Martyrum illustrata triumphis? Verè non tam cælum sideribus, quàm superna illa ciuitas tot martyrum coronis redimita splendescit.

33 Quid verò sanctissima Confessorum agmina commemorè? quorum alij Ecclesiæ doctores & magistri fuerunt, qui sanctarum scripturarum studijs addicti, atque in lege Domini meditates die ac nocte,

faucor

34 fauos nobis diuinorû eloquiorû propinarunt. Alij verò Ecclesiæ duces, defensores fidei, morû doctores, fideiq; aduersus hæreticos acerri mi propugnatores extiterè. Quos verò labores nõ pertulerunt, dū inuiolatâ Ecclesiæ fidē, castumq; ipsius pudorē cõseruare niterentur? Quod odium? quâ inuidiam? quas infestationes Bassilius, Chrysostramus, Ambrosius, Hilarius, cæteri q; Patres propter fidei atq; iustitiæ defensionē nõ sustinuerunt? Quas nõ mundi oras peragravit Athanasius, cū ab Imperatore Arriano ad necē quæreretur? Deniq; sex annos cõtinuos in cisterna sicca sine Solis aspectu latuit, amico quodâ clâ ei necessaria ministrâte. Quod, quæso, martyrij genus cū his tenebris & hoc carcere valeat cõparari? Alia verò exorta tēpestate cõpulsus est quatuor mēses in paterno sepulchro inter mortuorû cadauera latitare. Quis tale vaquam martyrij genus aut vidit, aut legit?

35 Iam verò Anachoritas illos in vasta solitudine cõmorâtes, solisq; herbarû radicibus victitâtes, diuinarûq; rerû cõtēplationi perpetuò vacantes, quantû puritatis & innocentie suę candore supernam illâ ciuitatē exornât! Quis Paulû eremitâ, Arseniû, Hilarionē, Machariû, Simeonē Stilitem pro meritis commendare queat? E quibus sanctus Hilarion (autore Hieronymo) quindecim annos natus eremû petijt, Hierony. cellaq; paulò plus quàm pro magnitudine corpusculi extracta, super nudâ humû iucis duntaxat stratâ tota vita decubuit; quindecim tantum caricis post Solis occasum victitans, tēpus omne in rerû diuinarû cõtēplatione insumebat. Quid hic ad vitam Angelicâ desideres amplius? Tolle hinc corporis cõmercium, tolle quindecim caricarû alimonîâ, & penè Angelû in homine videbis, qui diuina semper atq; cœlestia in corpore versans, Angelorum officiu exercebat in terris.

36 Quibus ergo virtutum gemmis illam cœlestem aulam tot sanctorû Anachoritarum & Monachorum turmæ illustrabunt, qui cœtus hominum deserentes, Angelorum in tenis vitam meditati sunt?

Quis autem Virginum gloriam silentio præterire possit, quæ in carne, non secundum carnem viuentes, virgineam puritatem ad extremum vsque vitæ diem intemerato pudore conseruarunt? Iactent quâtum volent Gentiles Lucretiâ suâ, quæ honoris magis quàm pudoris rationē habuit: quæ adulterij atq; pollutionis suæ vindicæ esse cœta, duorû se criminû reâ fecit. Nos pro vna Lucretia innumerabiles virginû choros; quæ potius ferrû, & ignē, atq; omnia pœnarû genera perpeti, quàm integritatis suæ iacturam facere maluerunt. Quarum multa oblata Principum & Regum cõnubia respuentes, mundi q; gloriam & opes eius omnes aspernantes, candidissimum agnum in cœlesti

Hic 2 sequuntur

Cyprian.

psal.

sequantur quocumq; erit, dicentes: Regnum mundi, & omnem ornatum seculi contempsi propter amorem Domini mei Iesu Christi &c. Hoc igitur tam multiplici ornatu (vt ad propositam quaestionem redeamus) hac tam mirabili & consona varietate caeleste regnum caruisset, si primum illud peccatum desuisset.

Adde etiã mirabilem aliam Dei atq; hominum iustorum laudem, cui antiquus ille generis humani lapsus occasione praebuit. Quis em̄ nō videt, quantum sit mirabilior hominũ sanctitas atq; iustitia in hoc naturæ lapsu statu, quã in illo fuisse? In illo enim, cùm natura hominis originalis iustitia dono incorrupta & integra esset, & sponte sua sine vilo impedimento ferretur in bonum, nihil erat negotij virtutem amplecti, & in ea persistere, non magis quã aut piscibus natate, aut auib; volare: ceterum vbi per peccatũ originalis iustitiẽdõnum amissimus, & humana natura peccati veneno infecta ad peccatum procliuus effecta est, ad virtutem pristinam conari, & sanctitatem illam (natura lapsa relucante) retinere, & lasciuientes atq; effrenatos animi impetus & motus, rationis imperio cohibere, adeo mirabile est, vt (quanuis audacter hoc dictũ esse videatur) mirabilior mihi in hoc statu vnus Martyris, aut Confessoris sanctitas appareat, quã omnium simul electorum in illo extitisset. Quomodo enim mirabilius est, vnus fluminis aquã, natura obsistere, in fontẽ recurrere (quẽ admodum de Iordane legimus) quã si omnia flumina pronò alueo deorsum ferãtur: ita mirabilior hoc tempore vnus viri sancti, quã tunc omnium hominum sanctitas apparet: cùm illud perinde esset, ac si aqua naturæ suæ impetu deorsum flueret, hoc verò perinde sit, ac si rursum versus natura refragantẽ resisteretur. Vt enim quis ad finẽ vsq; vitę virtutem & pietatẽ inter tot tam varios huius mudi turbines ac procellas retineat, quot labores, quot pericula, quot certamina subire necesse est? Quot precib;, quot vigilijs, quot ieiunijs, quot lachrymis à Domino saepe auxilium aduersus imminentiã periculã efflagitandum est? Quã verò speciosa est, (vt Ecclesiastici verbis vtar) misericordia & prouidentia Dei in tẽpore calamitoso! Tota autem hæc tam multiplex & varia humanarum mentium pulchritudo in admirationem & commendationem cedit diuinæ virtutis & gratiæ: quæ ex lapidibus efficit Abrahæ filios, & eos qui de immundo semine concepti sunt, Angelorum facit in terris vitam meditari. Quæ enim maior diuinæ virtutis & bonitatis gloria, quã quod per eius gratiam ex morte vitæ, ex carne spiritus, ex terra cælum, ac demum ex homine quodãmodo surgat Angelus? Quod enim operis materia vilior,

Simil.

Iosue. 3.

Eccl. 35.

I. nuc. 3.

vilior, eò artificis gloria præstantior; dum id facit ex foido luro, quod nisi ex auro fieri non potuisset.

PERORATIO.

¶ Sed iam tẽpus appetit fratres, vt receptui canamus, & quid ex tam longa disputatione ad vitæ nostræ institutionem elicere possimus, vobis ante oculos ponamus. Primum igitur vidistis, quã multa & præclara bona diuina sapientia & prouidentia, communis illius peccati occasione, in mundum importauerit; quibus & militantem, & triumphantem Ecclesiam mira varietatis & pulchritudinis specie decorauit. Vidistis, quæ nam sit pijs hominibus beatitudo & felicitas in cælis proposita: quæ non alia est, quã sempiterna summi & infiniti boni fruitio atq; possessio: qua nihil, nec per diuinam quidẽ potentiam, maius aut esse, aut cogitari potest: cum eadem sit hominibus, & ipsius summi Dei obiectiua (vt appellatur) beatitudo. Vidistis, quibus itineribus ad hanc tantam felicitatem peruenitur: quæ Dominus in hodierna sancti Euangelij lectione percenset. Vidistis etiã, quibus stimulis ac veluti calcariis corda nostra ad hæc itinera percurrenda excitentur. Excitat enim primum nos propositæ mercedis amplitudo, quã audistis: quæ quidẽ status felicissimus est, omnium bonorũ aggregatione perfectus. Excitat nos innumera Sanctorum omnis generis exempla, virorũ, mulierũ, virginum, senũ, & iuniorum; quibus nec sexus in infirmior, nec tenera ætas, nec carnis fragilitas, nec mundi vanitas, nec Dæmonum fraudes, nec communis peccati labes impedimento fuit, quò minus gloriosum de peccato, mundo, & principe mundi triumphum duxerint. Postremò excitat nos etiã diuinæ gratiæ admiranda vis: quæ facit in præclarissimis Sanctorum gestis atque virtutibus elucet, & quæ nulli mortalium, p̄dẽ atque suppliciter illam quærenti, interclusa est. His igitur stimulis vos ego fratres non ad carceres & vincula, non ad vngulas & equuleos, non ad verbera & craticulas (quæ sancti Martyres propter eandem quã nos patimur coronã perpessi sunt) excito, sed ad charitatẽ, ad pacem, ad iustitiam, ad pietatem & religionem, ad castũ Domini timorem, ad vitiorum fugam, ad sollicitam cordis orisq; custodiã, ad cupiditatum vestrarum intemperantiam rationis imperio comprimendam. Ad quæ omnia vos pium legendi orandi quẽ studium, & frequentior sacramentorum vsus miro modo iuuabunt. His igitur planissimis itineribus gradientes, ad sempiternam tandem Sanctorum (quorum hodiẽ solennia celebramus) societatem & gloriam, aspirante diuina gratia, peruenire licebit.

Tom. ij.

H h 3

I N.

¶ IN FESTO ALICVIUS SANCTI Martyris Concio prima; in qua per varios labores ad cœlesti regnum, sanctorum Martyrum exemplo, perueniendum esse docetur: deinde laborum causæ explicantur: tertio verò loco, quibus rebus ad hos labores superandos instrui & armari possimus, declaratur.

T H E. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. **Matt. 16.**



Nter omnia quæ humani ingenij vis studiose & laudabiliter quarere & indagare potest, nihil est quod vel honestius, vel vtilius quæramus, quàm quæ nã via sit, per quam ad æternæ felicitatis gloriã peruenire valeamus. Si enim creaturæ omnes nihil aliud agunt, nihil moluntur, quàm vt ad fines sibi à cõditore cõstitutos perueniãt, in eoq; maximè omnem laborè & operam ponunt; quid, quæso, nobis aliud quærendũ, quid faciendum est, qui ad hunc finem à Deo ficti & informati sumus? Si hoc vnũ præstamus, plenissimè officio nostro functi sumus: si verò sine hac vna re cætera omnia adipiscamur, etiã si totius orbis imperiũ nacti erimus, frustra nos cõditos, frustra in lucè editos, frustra deniq; vixisse sciamus. Frustra enim est (vt Philosophi dicunt) quod ad finem sibi præstitutum nõ peruenit. Si quis igitur ab hoc tanto malo immunis esse, si quis ad finem suũ peruenire cupit (hoc est, vnũ illud & summũ bonũ, ad quod fruendum à Deo conditus est, adipisci) habet in paucis his Domini verbis regiã viam, ab eo ipso, qui via, veritas, & vita est, plenissimè simul & breuissimè descriptam: [Si quis, ait, vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me.] In quibus verbis primo loco particula annotãda est; *Si quis*; Hac em̃ voce nemini quidẽ vim infert, sed quàm sint pauci, qui hoc salutari desiderio flagrent, innuit. Verè em̃ (vt idẽ Dñs ait) arcta est via quæ ducit ad vitã, & pauci ambulãt per eã: ideoque nõ omnes in commune vocat; sed, [Si quis, inquit, vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã.] quod perinde est, ac si diceret: Neminè cogo, nulli vim infero, appono vobis aquã & ignem, ad quod quisque voluerit, porrigat manũ suã. Hinc idẽ Dñs in Apocal. Qui nocet, noceat adhuc; & qui iustus est, iustificetur adhuc; & qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Cæterum, [Si quis vult venire post me:] hoc

Apoc. vlti.

¶ hoc est, si quis quod ego venturus sum venire cupit; si felicitatis meæ particeps esse desiderat; si mecum in cœlesti gloria regnare cupit; [Abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me. Si quis, inquit, vult.] Primo quidẽ loco ardẽs à nobis proficendi desideriuũ requirit. Aliter enim fideles serui, aliter inertes & languidi Christũ sequi volunt. Illi em̃ quo ardore ad finem suũ peruenire cupiũt, eo quoq; ista amplectũtur, quæ ipsos eò ducant: isti verò eo modo volũt, quæ Salomon describit his verbis; Desideria occidũt pigrũ: noluerũt em̃ quidquã manus eius operari. Et alio in loco; Vult & non vult piger: hoc est, vult quidẽ ille, cum sibi ante oculos proponit præmiũ; nõ vult autẽ, cum cõsiderat operis laborẽ: promissis quidẽ inuitatur vt velit; præceptis tamè deterretur vt nolit. Huiusmodi autẽ desiderijs plenus est mundus: imò verò pleni sunt inferi. Cæterum quãdam pauci sint qui verè & ex animo Christum sequi cupiãt, idem Dominus hac loquendi figura designare voluit: [Si quis vult venire post me, abneget semetipsum &c.] Hęc est igit, fratres, regia in cœlũ via, quã & omnis Sãcti, & Sãctorũ omnium Dñs ingressus est. Omnium enim ista vox; Trãsiuim⁹ per ignem & equã, & eduxisti nos in refrigeriũ. Ecclesie quoq; vox est; Nigra sum, sed formosa filie Hierusalẽ, sicut tabernacula Cedar, & sicut pelles Salomonis. Hæc nãq; pelles extrã quidẽ viles apparebãt (vt potè Solis æstu ac puluere fuscata) quæ tñ intus miro decore & ornatu nitebãt. Hoc autẽ sanctissimis viris maximè cõuenit, qui frequẽter in oculis hominũ despecti & viles apparèt, quorũ tñ decor & pulchritudo intus latet, vbi mira virtutũ atq; donorũ cœlestiũ varietate & ornatumicãt. Causam verò hui⁹ externi coloris atq; habitus, Solẽ esse dicit, quia Sol, inquit, me decolorauit: hoc est, Spõsi mei, qui est verus sanctitatis & iustitiæ Sol, charitas (qui me ad mortẽ vsq; dilexit) me quoque impulit vt ob eius amorem nullum laborẽ, nullas ærumnas, nullas prauorum hominum persecutiones, nullũ deniq; supplicium recusarẽ, vt sic tandem, quatenus fieri posset, amoris eius amorẽ, & passionibus vicem redderem. Vehementer enim indignum putauim, cum ille tam multa pro salute mea, ego nihil pro illius gloria perferrẽ: cũ præsertim ob hoc ille passus sit, vt clarissimũ nobis patientiæ exemplum relinqueret. Quisquis igitur Christo nomẽ dedit, quisquis sub hoc capite & imperatore militat, hoc sibi laborum & patientiæ singulare exẽplum propositum esse ad imitandum sciat. Hinc Apostolus, Nemo, inquit in tribulatione moueatur: ipsi enim scimus, quod in hoc positi sumus, quod perinde est, ac si diceret: Hęc p̃fessio nostrã, hoc mun⁹ nostrũ est, hæc officij nostri ratio, vt quẽadmodũ scopuli

Prou. 21.
Ibid. 13.

Psal. 65.
Canti. 10.

Ibidem.

1. Thess. 2.

in medio mari prominentes; ita nos procellis & fluctibus, hoc est, va-
 Cant. 3. rijs tum Dæmonum, tum prauorum hominum tentationibus quatiamur. Hinc in Canti. Sponsa, cum lectulum Salomonis auro & argen-
 to ornatū esse dixisset, ascēsum in illum tradit esse purpureum. Quo
 genere coloris Martyrum sanguinem, ceterosque Sanctorum labo-
 res designasse videtur, per quos illis ad sempiternę felicitatis requiē
 Apoc. 6. ascensus patuit. Quo exemplo monemur fratres, eadem via nobis esse
 ingrediendum, vt eos videlicet sequamur, quorum gloriam conse-
 qui desideramus. Hoc enim in Apocal. responsum sanctis Martyri-
 bus, vinctam hostium suorum flagitantibus, datum est, vt expecta-
 rent modicum, donec impleretur numerus conseruorum suorum, qui
 Galat. 5. similiter occidendi erant, sicut & illi. Quod quidem supplicij genus
 Apostolus exposuit, cum ait: Qui Christi sunt, carnem suam cruci-
 fixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Hoc enim spiritualis cuiusdā
 martyrij genus est.

§. I.

¶ Cæterum quoniam (vt Philosophi tradunt) scire, est rem ex causis
 cognoscere; si præter sanctarum scripturarū testimonia (quę plenissi-
 mam huius veritatis fidem faciunt) causam scire cupitis, cur varijs la-
 boribus æterna felicitas paranda sit; Causa est, virtutis ratio atque na-
 tura, quę vnica ad beatitudinem via est. sic enim D. Augustinus illū
 Auguſt. Davidis versiculū; Beati immaculati in via; enarrat: O homo, scio quid
 Psal. 118. quæris. Quæris beatitudinem. Si ergo vis esse beatus, esto immacula-
 tus. Vita ergo immaculata, quę virtutū officijs constat, vnica ad bea-
 titudinem via est. Virtutem autem circa difficilia & ardua opera ver-
 sari, nemo est qui ambigat. Vbi enim labor nullus, nullaq; operis dif-
 ficultas intercedit, nullus etiam virtuti locus est. Hinc Philosophi ad
 ea quę sola per se natura præstare potest, nō ita multum virtutes esse
 9. necessarias crediderūt. Vt enim homines ad vsum vitę necessaria
 quærant, vt parētes liberos suos diligant, vt se ipsos, vitam, corpusq;
 tueantur, nulla virtus necessaria est, cum ad hoc natura sufficiat. Hinc
 Seneca. Seneca, Nulla, inquit, lex amare parentes, indulgere liberis iubet: su-
 peruacuum est enim in quod natura imus, impelli. Nemo in amorē
 sui cohortandus est, quem cum nascitur, trahit. Vbi verò natura desi-
 cit, hoc est, vbi ad aliquid bonū opus natura, cōmunis peccati mora-
 bo iusectā, imbecillis & infirma est, atq; interdum etiam virtuti obli-
 scit atque repugnat, ibi cura, & arte aduersantis naturę vis superan-
 da est. Quę quidem virtus tum diuinę gratię auxilio, tum labore,
 studio, atq; assiduitate nostra paratur. Strenuus igitur operarios vir-

1115

10. eius quærat; segnes autē & dormitantes proclūs a se abijcit. Non enim
 sine causa Ecclesiasticus ait; Vigilia honestatis tabefacit carnes, & co-
 gitatus illius aufert somnum. Hoc enim perpeti solēt, qui se toros ad-
 virtutis studium omni mente atque animo contulerunt. Hinc illa à
 Philosophis laudata sententiā; Virtus odit inertes, & Nunquam vir-
 11. tute molle documentum est. Quo circa meritò D. Bernardus Spon-
 sam ridet in lectulo suo, hoc est, in delicijs & otio Sponsum quærere
 tem; ideoq; de illa subditur: Quasi inueni illum, & nō inueni. Neq; enim
 Cant. 3. is (vt in lib. Iob scriptum est) inuenitur in terra suauiter viuētū. At
 Iob. 28. vbi Sponsa multo illum labore per plateas quæsit, & multa in hęc
 pia inquisitione perpeffa fuisse, illum tandem inuenit. Non igitur
 segnes & inertes, sed strenuē laborantes Christum Dominum inue-
 niunt. Hinc Salomon, Manus, inquit, fortium dominabitur: quæ au-
 tem remissa est, tributis seruiet. Seruiet enim affectibus, varijsque eu-
 11. piditatibus, quę nisi in manu forti non superantur: seruiet impure
 carni suę, quam nemo nisi virili & constanti animo subiecit: seruiet
 postremò seculo, cuius vim & impetum multorum viribus incitatū
 infirma mens superare non poterit. Nō seruiet autem virtuti; quam
 nemo nisi per laborum toerantiam atque patientiam adeptus est.
 Sed instabit aliquis; Cū virtus sit animi habitus, rationi consen-
 taneus, qui fieri potest, vt ea homini, rationis compoti, grata & iucū-
 da non sit, cū cognatio & similitudo verum non pugnam, & Item;
 sed suauissimā coniunctionem & amorem pariat? Ad hoc autem re-
 28. spōdemus, hanc pugnam & contentionem non ex rationalis animę
 natura, sed ex carnis conditione; cui mens heret, proficisci. Cū enim
 (vt Philosophi tradūt) vnumquodque recipiatur ad modum recipiē-
 tis, consequens est, vt res ipsę, quę alicubi recipiuntur, naturam quō
 dammodo suam exuant, & illi in quā recipiuntur. Sic igitur
 rur, quanuis rationalis anima spiritualis substantia sit, infirmę tamen
 carni adiuncta, hanc ab ea infirmitatem trahit. Quò fit, vt suę quodā
 modo nobilitatis oblita, & carnis suę amore incensa, illa sitienter ap-
 petat, quę eius amica caro concupiscit. Qualis autem carnis natura
 peccati labe infecta sit, Apostolus expressit cum ait: Scio quòd non
 11. habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Cui affine est & illud ex
 Genesi: Sensus enim & cogitatio humani cordis in malū prona sunt
 ab adolescentia sua. Quāta ergo vi aduersus hos lapsę naturę motus
 atq; impetus pugnadū est? Aliud enim est cymbam prono flumine,
 vctisq; secundis ferri; aliud verò cōtra impetum fluminis, & vctorū
 aduersantiū status remorū impulsu conari: hęc enim validis incubere

Hh 5 remis,

Roman. 7.

Gene. 3.

remis, magnoque nisu aduersus hæc impedimenta pugnare oportet. **19**
 Si enim vel ad momentum cesses, aut segniter agas, protinus te vis
 ventorum, & aquarum impetum ad inferiora tendentium secum tra-
 het & impellet. O si nunc, fratres, spirituales oculos haberemus, quam
 liquidò deprehenderemus, simile nobis certamen, simileque naviga-
 tionis discrimen esse propositum. Si enim adedò difficile est contra
 vim ventorum & fluctus maris navigationis cursum dirigere, quãdò
 quædò difficilius erit aduersus torrentem mundi, & immundorum
 status spirituum, & aduersus carnem, peccati labe infectam, imò aduer-
 sus naturam ipsam pertinacis contentione dimicare? O quanto nobis
 studio, quanto labore, qua industria, quibus vigilijs & precibus opus
 est, ut tricripitem hunc Cerberum expugnare valeamus! Nam & om-
 nibus his, armis aduersus illum D. Hiero. decertauit, qui tamen in de-
 sero agens, scorpionum focus & ferarum, saepe, ut ipse ait, choris in-
 tererat puellarum. Quis hostium cõsiliis adeò pertinax & conten-
 tiosus fuit, ut non saltem occidente Sole diremptus fuerit? At hic idẽ
 vir sanctus ait; Memini me clamantem diem crebrò iunxisse cum no-
 ste, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quàm rediret, Domino
 imperante, tranquillitas.

Adde his etiam, quod Spiritus noster, qui à cœlis originem ducit,
 in hoc mundo velut aduena & peregrinus est; caro verò in ipso tan-
 quam in patria & genitili solo instar ciuis est. Quod fit, ut eius cupiditas
 à cognata patria, in qua vitam ducit, non parũ acuat. Quod sapientissimi
 viri olim significare volentes, Anthæum quandam terræ
 filium esse sinxerunt, qui aduersus Herculem congressus, vbi victus
 in terram corruisset, ab amica & parente terra adiutus, fortior surge-
 bat quàm cecidisset. Quæ res carni nostræ maximè conuenit, quæ ab
 hoc mundo, in quo degit, nouas ad expugnandum spiritum (qui aliũ
 de ad nos venit) vires capit. Terrena quippè bona eius oculis obie-
 cta; quorũ quædã voluptati, quædã vtilitati, quædã necessitati, quæ-
 dam indulgentiæ seruiunt; eius ad se cupiditatem partim præsentia
 sua, partim vtilitatis ratione vehemèter incédunt; cum, tamen animi
 bona; quanuis sint longè præstantiora; nec oculis vsurpari, nec mani-
 bus contrectari valeant. Quod fit, ut quod minus videtur, minus etiã
 diligatur. Huc accedit, quod suos etiã caro satellites habet, qui simi-
 li modo terrenis bonis capiuntur. Oculi enim pulchra videre, aures
 iucunda audire, nares suauia odorari, gustatus dulcia & palato grata
 degustare, corpus mollioribus regi cõcupiscit. Quæ omnia aduersus spi-
 ritum, qui solis spiritualibus rebus pacitur, acriter pugnant. Quo no-
 mine,

15 mine, spiritus idẽ ab ipsa carne & satellitibus eius obsessus, cœlestem
 opẽ aduersus hostẽ tot copijs armatũ postulat his verbis; Misere-
 mei Deus, quoniã cõculcauit me homo tota die, impugnãs tribula-
 uit me. Cõculcauerũt me inimici mei tota die; quĩ multi bellãtes ad
 uerũum me. His igitur rationibus caro germanũ spiritũ impugnat.

Cũ autẽ verum sit quod ab Apostolo dictũ est; Nemo vnquã **Ephes.**
 carnem suã odio habuit, sed nutrit ac fouet eã; quid difficilius quã
 aduersus carnem suam, hoc est, aduersus amicam, & naturã foedere
 sibi coniunctissimam decertare? molestia, quam diligas, afficere? cu-
 piditates eius elidere? rebelles motus comprimere? impetus frangere?
 eiusque lasciuia & insolentiam asperitate vitæ coërcere.

Liquet igitur nõ modò sanctarũ scripturarũ testimonio, sed ap-
 ta etiã ratione per varios labores atq; certamina nobis ad semper-
17 nã felicitatis portũ esse veniendũ. Vnde quisquis omnẽ laborũ mole-
 stiã detrectat, se ipsum in sempiternã miserã atq; mortẽ præcipitat.

Quod si à me queratis, quibus in rebus nobis laborãdũ sit, facit
 quidẽ hoc ex his, quæ hæctenus de virtutis natura (quæ circa diffici-
 lia & ardua opera versatur) dicta sunt, intelligere poteritis. Sed quã
 hoc vnuerse dictũ est, idẽ etiã singillatim explicare tẽtabo. Olim Re-
 becce vterũ gestãti, & Dñm de futuro partu cõsulẽti, dictũ est: Duæ
 gẽtes sunt in vtero tuo, & duo populi ex vtrẽ tuo diuidẽtur. Idẽ igitur
 tibi quisq; fidelitũ quãdã similitudine dictũ putet. Duos em̃ quis **Vis concu-**
 que nostrum variarũ cupiditatũ exercitum in pectore suo gestat, qui **piscebilis.**
 aduersus virtutis & rationis imperium cõtinẽter bellum gerit. Aliæ
 enim opes, honores, & carnis delicias sitienter appetunt; aliæ verò, si **Vis irasci-**
 quis nobis impedimẽto fit, quod minus hæc ipsa, quæ ardẽter cupimur, **bilis.**

18 assequamur, ira, odio, vindictę cupiditate atq; liuore, varijsq; pertur-
 bationibus nos à virtute, & tranquillo mētis statu deicere conãtur. In
 his igitur vtriusq; affectibus, cæterisq; turbidis animi motibus frænã-
 dis, tota vita laborãdũ est: ne videlicet huiusmodi affectiõnũ impet-
 us trãuersos agãt, & à virtutis tramite abducãt. Hoc est igitur sta-
 diũ in quo pietatis cultoribus tota vita decertãdũ est, si cũ triũphali
 palma cœlos penetrare desiderãt. Sũt etiã varia improborũ hominũ
 maledicta, & malefacta, quæ charitatis virtutẽ acriter impugnãt: quæ
 etiã forti & generoso animo superãda sunt, ne ab hac virtute (in qua
 Christianæ iustitiæ summa consistit) excidamur. Ita enim fiet,
 vt virtutis huius tuẽdæ gratia spiritualis martyrij coronã percipere
 mereamur. Alij em̃ propter tuẽdã fidẽ, alij propter charitatẽ cõseruã-
 dam martyres sunt. Quisquis enim persequitiõnẽ patitur propter
 iustitiam,

iustitiam, si non in litera, certe in spiritu martyr est. Habetis igitur in his rebus, fratres, exercendae virtutis propositam materiam.

§. II.

¶ Sed insurget hic fortasse aliquis, Quid, inquit, pater agis? Officij tui est nos ad virtutis studij & amore traducere, ad quod eius magis delicias, quam labores ob oculos ponere debuisses, quod nos hac suauitatis illecebra inesceres; tu contra diuersa ratione eius nobis labores & asperitatem obijcis. Non temere hoc facio fratres; in nece enim est, vt quemadmodum aduersus hostes dimicaturi, eorum vires nosse diligenter student, quod similes copias, & parem animi magnitudinem aduersus illorum impetus compariterita in virtutis stadio certaturi, qui sint ipsi labores exatlandi; quae certamina subeunda prius animo comprehendere debent, ne si languidi & imparati in hoc certamen descenderint, in primo congressu improuii laboris magnitudine deterriti frangantur. ¶ Ne quis tamen hac occasione animum de spu deat, is primum animaduertere debet, plurima esse in vita multis laboribus & sudoribus implicita, quae tamen homines, cum aliqua subest aut necessitatis aut utilitatis ratio, ad eam non refugiu, vt libet etiam amplectantur. Quid enim aliud agunt omnes, qui labore manuum suarum die ac nocte victum sibi suisque comparant? Quid faber terrarius, qui noctem tanquam diem transigit? vt enim Ecclesiastici ait, Vapor ignis exurit carnes eius, & in calore fornacis concertatur. Quid vero prolis auidiae matres? Num haec aut intolerandos partus dolores, aut educationis filiorum diurnos nocturnosque labores & molestias pertimescunt? Non ergo in labores solum; sed in laborum fructum, & alia multa quae laborum acerbitate leniunt, oculos conijcere debemus, ne prima virtutis specie territi ab ea resiliamus.

Et quidem si in seclerata vita minus esset difficultatis ac laboris, non mirum esset ad illam, virtutis & honestatis tramite deficere; sed longè tamen secus euenit. Quid enim improborum hominum vita laboriosius? quid acerbius? An non ipsi in lib. Sapientiae hoc ipsum consistunt. Lassati, inquit, sumus in via iniquitatis & perditionis: ambulamus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Fateor in vtraque vita labores non deesse. At longè improborum quam piorum vita laboriosior est. Seneca audiamus. Sanabilibus, inquit, aegrotamus malis, ipsaque nos in rectum genitos natura, si emendari velimus, iuuat. Nec vt quibusdam visum est, arduum in virtutes & asperum iter est; plano adeuntur. Non vanae vobis auctor rei venio. Facilis est ad

22 est ad beatam vitam via, inite modò bonis auspicijs, ipsisque; Dijs bene iuuantibus. Multò difficilior est facere ista quae facitis. Quid enim quicquid animi otiosius? quid ira laboriosius? quid clementia remissius? quid crudelitate negotiosius? Vacat pudicitia, libido occupatissima est. Omnium denique virtutum tutela faciliior est: vitia magno coluntur. Haec enim ille. Si hoc igitur Philosophus sentiebat, qui gratia virtutem ignorabat, quid nos sentire par est, qui eius praepotentem ac singularem vim confitemur? Sed afferam tamè huius rei locupletissimum testimonium ab ipsa voluptatis officina profectum, quod nulli homines, quamlibet voluptatam amantes, rejicere possint. Epicurus enim voluptatis assertor; in qua humanae vitae felicitatem collocabat; eodem Seneca referente, virtutem ideo sequendam esse dicebat, quod magnam seclatoribus suis voluptatem afferret: vitia verò fugienda, quod innumeras secum molestias ex metu & malorum conscientia, & cupiditatum intemperantia menti ingenerarent. Qua in re non admodum à dogmatibus nostris abhorret etiam Epicurus, cum alibi quidem de viro iusto scriptum sit, Gaudium est iusto facere iustitia; alibi verò de via impiorum Propheta dicat, Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Verissimè enim à D. Augustino dictum est: Iussisti Domine, & verè sic est, vt pena; sibi ipsi sit animus inordinatus.

Sed quibus virtus condimentis, quam habet amaritudinem, vel temperet, vel prorsus adimat, expendamus. Primum certe (vt ita dixerim) condimentum eius est, meriti magnitudo. Laboris enim cumulus, qui ex ipso virtutis opere nascitur (dummodo charitas addit) meriti etiam cumulum ita auget, vt vbi maior fuerit laboris molestia, 24 maius sit etià boni operis meritum. Diligenter quidem illa Raphaelis Angeli verba ad Tobiam annotanda, & imo pectore condenda sunt: Quando, inquit, orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, Tobia; & relinquebas prandium tuum, ego obtuli orationem tuam Domino. Praclarum quidem opus erat, & orare, & mortuos tradere sepulturae: sed lachrymas precibus adiungere, & prandium relinquere, & cum mortis etiam periculo mortuos humare, hoc ita gratum Deo fuit, vt ita noua & insolita ratione afflictis Tobiae rebus Dominus consuluerit, cum Raphaelem Angelum, humanam speciem referentem, & eccle de miserit, qui tot diebus iuniorem Tobiam comitaretur, vna cum illo iter ageret, vna cibum & potum cum illo capere simularet, atque tam multis & patrem & filium beneficijs afficeret. Vnde hoc? Certè ex lachrymis, & vitae periculis, atque laboribus, quos vir sanctus pra-

simil.

Eccle. 38.

Sapient. 5.

Seneca.

psal. 113.
August.

Tobia;

pter Dei gloriam suscipiebat. Vnde Dominus Paulum Apostolum laudaturus, prætermisissis alijs eius virtutibus, singularibusque priuilegijs, hanc in eo laborum tolerantiam præcipue commendat. Sic enim ad Ananiam discipulum ait; Vade Anania: quoniã vas electio nis est mihi iste, vt portet nomen meum &c. Ego enim ostendam ei quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

His etiam adde mirabiles paraclæti Spiritus consolationes, & spiritualia gaudia, quibus pios homines visitare, consolari, atque reficere solet, & occulto illo manna pascere; cuius suauitatem nemo scit, nisi qui accipit. Hinc vates regius; Quam magna, inquit, multitudo dulcedinis tuæ Dñe, quam abscondisti timentibus te! Quæ quidem dulcedo tanta est, vt ipsas etiam cælestes virtutes in admiratione rapiat, quæ in Canti. dicunt: Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens? Quomodo, quæso, in vnum coeuit, è deserto ascendere, & de delicijs affluere; cum in deserto nihil nisi squalor, solitudo, atque sterilitas omnium deliciarum sit? Imo verò hæc inter se maxime coharerent. Eos namque qui in hac terrenarum deliciarum sterilitate tanquam in deserto viuunt, spiritualibus gaudijs atque delicijs oblectare Dominus solet, vt veris gaudijs vana gaudia, solidis bonis inania bona, spiritualibusque delicijs carnales delicias repudiare facile queant. Hæc ergo spiritualis iucunditatis illecebra fidelium mētes miro modo ad se Dominus trahit. Quod quidem Propheta significasse videtur, cū ait: Manducauerunt, & adorauerunt eum omnes pingues terræ, in cōspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram, quem locum in terpres quidam sic explanat. Manducauerunt, & cū gustassent spiritualia Domini dona, supplices facti sunt potentissimi qui que eorum qui terram inhabitant, & in venerationem illius genua flectent. Gustata enim spirituali suauitate, facile est omnia alia mundi oblectamēta fastidire, & Christi crucem amplecti, & supplicem illi fieri.

Adde his etiam mercedem, quæ strenuè laborantibus in cælo reposita est. Hæc enim Apostolus Corinthios ad strenuè laborandum hortatur, cū exposita resurrectionis & immortalitatis gloria tandē ait: Itaque fratres mei stabiles estote, abundantes in omni opere Domini, scientes quòd labor vester nõ est inanis in Domino. Dei enim ineffabilis & immensa bonitas, quæ suauiter omnia disponit, in hoc breuis cui curriculo certamina & labores esse voluit: in altero verò, quod sempiternum est, præmia sunt & coronæ meritorum. Hic militamus, illic coronamur: hic per labores præparamur ad regnum, illic verò defuncti laboribus vocamur ad requiem. Cuius rei imaginem

structura

structura templi Salomonis commodissimam exhibet. In eius namque fabrica (quemadmodum in Regum lib. legimus) malleus, & securis, & omne fermentum non sunt audita, cū ea domus ædificaretur. Aded enim perfectè lapides & ligna in mote Libano dolata erant, vt in suo quodq; loco sine securis aut mallei officio aptissimè colloca- 3. Reg. 6.
retur. Quod igitur in illius terreni templi fabrica contigit, idem etiã in cælestis templi structura eueniet, quæ ab origine mundi cepta, in fine tandem, non ex mortuis, sed ex viujs lapidibus consummanda est. Hic enim lapides viuvi dolantur: illic verò sine vilius ferramenti ministerio in suis sedibus collocantur. Sed quoniam modo dolantur? Ecclesia appositisimè id in hymno declarat his verbis; Tunctionibus, pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis, per manum artificis disponuntur permansuri sacris ædificijs. Hæc ergo spe pe pij
39 homines cōsolantur, cū varijs in vita laboribus premuntur; quòd intelligant, se tunc non premi, sed poliri, non à Deo deferri, sed dolari, nõ lacerrari, sed ornari, quòd in illa cælesti fabrica tantò præstantior locum obtineat, quantò maioribus hæc laboribus pressis & attriti fuerint. Nisi enim hæc bona spe sustentaretur, quomodo inter tot mudi turbines atq; procellas subsistere possent? Hinc pro eo, quod nos legimus; Credo videre bona Domini in terra viuientium; alij ver- Psal. 26.
terunt; Nisi credidissem me visurum bona Domini in terra viuentiũ. Est autem oratio hebrææ linguæ more præcisa, quæ hunc sensum proposito nostro accommodatũ reddit. Cū aduersum me tot ini- quos testes infurrexissent, in eas angustias cõiectus sum, vt nisi firmis- simè credidissem, & veluti persuasum habuissem, visurum me aliquã
30 do insignem Domini benignitatem & clementiã in terra, in qua semper viuunt, qui nunquam sunt morituri, tunc animum despondidissem. Hæc igitur piorum firmissima spes miro modo ipsorum animos ad ferendos labores munit & roborat.

§. III.

¶ Itam verò Sanctorum omnium varijs labores atq; certamina, pro iustitia & pietate suscepta, quantũ nos ad laborũ tolerantiam excitare debent? Facta, inquit D. Greg. præcedentium penemus, & gratia Gregor.
non sunt quæ toleramus. Sed intra hos tamè, sanctorum Martyrum agones singulariter eminet. Hoc enim rabida Tyrannorum feritas, Satanæ furijs exagitata, captabat, vt aliquid morte atrocius inueniret, si quæ fieri posset, vt Dei famulos de gradu virtutis & cõstatiõe pelleret, & inuicta eorũ fidẽ labefactaret. Vñ alij bestijs immanibus laniandi

laniandi obijciebantur, alij per saxa & tribulos ad caudas indomito- 38
rū equorū alligati raptabātur, alij mēbratim dissectabātur; alij frequē-
tibus sagittis cōfigebantur; alij nouo genere supplicij brumali tēpo-
re borealique regione vinctis pedibus frigore enecandi reponeban-
tur. Quid verò illos memorem, qui in sarragine feruenti oleo atque
adipe frigebantur? Quid, qui in craticula prunis suppositis, & iurcūq;
ferreis compressi torrebantur? Quid, qui in equuleo suspensi, ferreis
pectinibus altē imp्रेसis excarnificabātur, atq; ita sulcatis visceribus
super acutas testulas & tribulos lacerandi iactabantur? Quid, qui dia-
uerfis flagellorum generibus, virgis, scorpionibus & plumbatis cēde-
bantur? Quid, qui fame, & squalore, ac tenebris carceris longo suppli-
cij genere conficiebantur? ¶ Quamuis autem mirum sit, tam varia &
immania tormenta, vnum corpus adeò fragile sustinere potuisse, lon-
gè tamen mirabilius est, videre, qua animi constantia & alacritate ad 32
hæc supplicia fideles proficisciebantur: adeò, vt multi etiā non que-
siti vtrò se ad exoptatissimā mortem offerrent, magna voce clamantes.
Christianus sum, Christianus sum. In his igitur qui se ad mortē
vtrò offerebant, martyrij ardor; in alijs, qui deprehensi ad mortem
ducebātur, deuotio, & animi prōptitudo præcipuè commendatur.

Quod cum in alijs, tum in beatissimo Martyre Cypriano animad-
uertere licet: qui cū ad Galerium Præsidiē adductus esset, Galeriusq;
dixisset, Tu es Cyprianus? vir sanctus incunctanter respondit, Ego.
Tum Galerius: Tu es ille quem Christiani Papam suum nominant?
Sanctus Dei respondit: Ego. Proconsul dixit: Iusserūt tibi Principes
adorare Deos: Sanctus Dei respondit: Non faciam. Proconsul dixit:
Melius faceres si salutē tuā consuleres: Sanctus respondit: Salus mea
Christus est. Denique contra illum Deos negantem & blasphemante- 33
m sententia ex tabella recitata est. Statius Cæcilius Cyprianus gladio
feriatur. Sanctus Dei respōdit, Amen. O amen! o dulce verbum!
o felix vitæ clausula! o ingens mortis desiderium hac vna voce decla-
ratum, quo Sanctus Dei vitam conditori suo atque redemptori im-
pendere cupiebat! Atque hac nouissima voce prolata, ceruicem ob-
tulit gladio, proque tanto beneficio carnifici viginti aureos dari ius-
sit; & cum vitam alij redimant auro, iste mortem meratus est auro.

Denique non rarò infideles ipsi, qui tormentis aderant, in supera-
bilem hanc animi magnitudinē & constantiam demirati, aliquid
ibi supra humanæ naturæ conditionem sublimius intelligebāt. Qua-
de re sic idem Cyprianus in epistola ad quosdam sanctos Martyres,
Vidit, inquit, admirata presentium multitudo cæleste certamen, cer-
tamen

tamen Dei, prælium Christi. Stetisse seruos eius voce libera, mente
in corrupta, virtute diuina telis quidem secularibus nudos, sed armis
fidei credētis armatos. Steterunt torti corquentibus fortiores, & pū-
santes ac laniantes vngulas pulfata ac laniata membra vicerūt. Inex-
pugnabilem fidem superare non potuit sauiens plaga diu repetita,
quamuis rupta compage viscerū torqueretur in seruis Dei non iam
membra, sed vulnera. Horum autem exemplorū quanta sit in Ec-
clesia multitudo, declarat Spōsa in Cant. cum ait: Sicut turris Da-
uid, quæ adificata est cum propugnaculis: mille clipei pendent ex
illa, omnis armatura fortium. Inter quæ spiritualis vitæ munimenta
nō postremum locum sanctorum Martyrum exēpla tenēt. ¶ Quid? 4
quod non solum Martyres, sed sancti etiam Confessores tam mul-
tos labores, & perditionum hominum infestationes passi sunt? San-
ctissimo Papæ Gregorio, præter barbarorū incurSIONES, & grauissi-
mos corporis morbos quos in vita pertulit, ne mortuo quidem mū-
do pepercit. Post eius namque mortem quidam eius clarissima scri-
pta à perditis hominibus, eius gloriæ inuidentibus, igni tradita sunt.
Alter verò Gregorius Nazianzenus, Constantinopolitanus Anti-
fles, cathedram suam ob æmulatorum inuidiam deserere coactus est.
D. Basilus grauissimis ab Imperatore Valente Arriano: persecutio-
nes passus est. D. Chrysofostomus innocens & sanctus exilio multata-
tus, atque in eo magnis exantlatis laboribus propter Ecclesiā & mo-
rum correptionem vitam finiuit. D. Hieronymus ob maleuolorum
inuidiam Romam deseruit, & in Palesthinam profectus, adeò gra-
ues canum suorum morsus pertulit, vt nonnulli eum hæreseos in-
mularent. Ambrosius item acerbissimum odium à Iustina Arriana, 5
Valentiniani Imperatoris matre, sustinuit. Quid verò Athanasius
cui vix vllus in toto terrarum orbe tutus locus ad latēdum fuit: qui
(quod penè incredibile esse videtur) sex annos continuos in sicca
cisterna sine Solis aspectu latuit.

Nunc ad vos fratres. Si ea diuinæ gratiæ & charitatis virtus est, vt
non modò diuinæ legis onera, sed immania etiam Tyrannorum tor-
menta alacri & inuictō animo perferre valeat, quam, quæso, nos antē
superni iudicis tribunal excusationem obtendere poterimus, cum
apertè videamus eiusdem naturæ consortes tantò maiora onera diu-
inæ gratiæ ope adiutos pertulisse, quàm quæ à nobis exiguntur? Hæc
igitur à nobis hodie in beato. N. virtutis & constantiæ exempla præ-
ponitur; quæ vt improbis omnem excusationis aniam adimunt, ita
pijs acres ad virtutem & pietatem stimulos addunt. Itaque, fratres,

non solum diuinæ legis asperitatem animaduertere debetis, sed vix
 37 riuus progressi, considerate, perditorum hominum vitam longè mai-
 ribus curis & molestijs esse implicitam: piorum autem, præter quam
 quod minus molesta est, hæc etiam adiumenta, quæ sunt à nobis pro-
 posita, habere. Adiuuat enim nos primùm meriti magnitudo, quod
 strenuè laborantibus propositum est. Adiuuat corona cælestis, quæ
 iustitiæ & integritati in celo proposita est. Adiuuat paracletus Spiritus,
 qui fidelium corda, ne laboribus fracti deficiant in via, miris refi-
 cit gaudijs atq; delicijs. Adiuuat postremò in superabilis diuinæ gra-
 tiæ virtus, quæ ita Apostolorum & Martyrum mentes muniuit, vt
 eorum omnium sit illa vox; Quis nos separabit à charitate Christi?
 Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an perse-
 cutio, an gladius? His igitur adiumentis confirmati fratres, animum
 resumamus, & ad diuinorum præceptorum obedientiam, alacriter
 38 accingamur. Nulla nos mundi aduersitas, nulla carnis voluptas, nulla
 æreæni lucri cupiditas, nulla popularis auræ vanitas, nulla prauorum
 hominum exempla, nulla consilia, nullæ ipsorum siue iniuriæ, siue
 contumeliæ; nihil denique in vita sit quod nos à cõtento pociatis &
 iustitiæ cursu retardare possit; sed his omnibus impedimentis atque
 hostibus superatis, per semitas iustitiæ gradiamur, vt sic tandem sem-
 piternæ iustitiæ coronam cum eisdem Martyribus ab Imperatore
 nostro promissam, percipere mereamur: qui cum Patre, & Spiritu
 sancto viuunt & regnant in secula seculorum. Amen.

IN FESTO SANCTORVM MAR-
 tyrum Concio secunda, de fidei veritate: in qua duo clarissima
 eius testimonia & firmamenta tractantur: alterum, mundi con-
 uersio, quæ sine miraculis esse non potuit: alterum, diuinæ
 gratiæ virtus, quæ internæ pacis & tranquillitatis be-
 neficio miro modo eiusdem fidei verita-
 tem confirmat.

*T H E. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides
 nostra. 1. Ioan. 1.*



Nec ea quæ ad vitam hominum optimis institutis mo-
 derandam adiuuant, tantum rectè viuendi exempla con-
 ferunt, vt sempiterni Patris Filius sub imaginis humanæ
 specie terras lustrare, & inter homines versari dignatus
 fuerit.

3 fuerit: nõ solum vt eos redimeret, sed etiã vt seipsum absolutissimũ
 virtutũ omnium exemplar exhiberet. Vt enim Lactantius ait; Homines
 malunt exempla quàm verba; quia loqui faciliè, præstare difficili.
 Hac igitur de causa Ecclesia de communi semper omnium salute so-
 licita, quæ nullum non mouet lapidem, quod nos ad virtutis & pieta-
 tis studium impellat; tam multa & varia Sanctorum festa singulis pe-
 nè diebus celebranda proponit, non solum vt eorum precibus & in-
 tercessione infirmitas nostra iuuetur, sed etiam vt clarissimis virtutũ
 eorum exemplis languor & tepiditas nostra accendatur. Quamuis
 autem Spiritus ille cælestis (qui totius sanctitatis & iustitiæ archite-
 ctus & magister est) Sanctos omnes, quasi vas auri solidum, cunctis
 virtutum gemmis ornauerit; in alijs tamen alias atque alias virtutum
 laudes magis excolit, & amplificauit. Sic commendamus in sanctis Pa-
 3 trarchis obedientiam, in Prophetis rerum diuinarum scientiam, in
 Apostolis charitatem, in Martyribus fidem, in Confessoribus deuotio-
 nem, in sanctis Monachis & Anachoritis mirabilem abstinentiã,
 & diuinarũ rerum contemplationem, in Virginibus illibatam virgi-
 nei pudoris florem, & in sanctis Viduis sobrietatem & continentiam.
 Cũ his igitur diuinis coloribus summus ille artifex polymitam Ec-
 clesiæ vestem distinxerit, prudētissimè nobiscum eadem agit Eccle-
 sia, quæ tot Sanctorum festis propositis, vestem suam deauratam,
 mira virtutum varietate cõtexam, nobis quotidie spectandam pro-
 ponit: quod inter tot pretiosa virtutum monilia aliquid vitæ nostræ
 instituendæ commodum & salutare inueniamus. Cũ igitur hodiè
 beatissimi. N. Martyris festum diem celebremus; in sanctis autem
 Martyribus incõcussam fidei firmitatem præcipuè commendemus;
 4 de hac hodiè dicturi, cœlestem opem, sacratissimæ Virginis inter-
 cessione, suppliciter imploremus.

AVE MARIA.

¶ Erunt fortasse qui hoc argumenti genus, quo de fidei veritate tra-
 ctare decernimus, minimè necessarium firmiter iam credentibus
 dicant. At cùm multos passim, proh dolor, reperire liceat, qui ita
 credunt, quasi non crederent; qui videlicet ita viuunt, ac si nullam
 proidentiam, nullumque apud Deum bonorum malorumque dis-
 criminem esse arbitrentur; de fidei veritate atque dignitate apud hos
 sæpe dicere necesse est, his præsertim infelicitissimis temporibus,
 in quibus tam multa fidei naufragia lamentamur. Hos igitur, tan-
 quam infirmos in fide, necesse est vt iuxta Apostoli præcep-
 tum assumamus, & non modò ipsius fidei autoritate, sed etiam

Ii 2 apertissi-

apertissimis diuinoꝝ operum argumentis conuincamus: si forte apud quos fidei autoritas minus valet, rationis vis & efficacia valere possit. Nec ad hos modò, sed ad eos etiã, qui piè in Christo viuunt, huius argumèti tractatio perquam vtilis est. Cùm enim fides (vt Apostolus docet) totius spiritualis vitæ radix & fundamentum sit, ea vtiq; nobis assidua cura, & vigilantì studio colenda & roboranda est. Sic enim videmus hortorum cultores omnem operam suam in excolenda arborum radice ponere: hanc enim frequentibus aquis irrigant, sivo iniecto sount, terras, cui innixa est, molliunt, quò ad imas radices peruius sit Solis, pluuia, aeris, & colorũ influxus. Hoc enim diligenter prouiso, beneficium in vnam radicem collatum, in omnes arboris ramos fructusq; redundat. Cùm ergo fides nõ modo iustificationis nostræ, sed totius quoq; spiritualis vitæ, cæterarumq; virtutum radix & fundamentum sit, omnem operã nostram in hac virtute excolenda, soluenda, roboranda, & diuinorum operum miraculis confirmanda collocare debemus, quò radice solidata, maximos in cæteris virtutibus, velut in ramis ab hac radice prodeuntibus, processus faciamus. Hac enim ratione Apostolus Christiani hominis profectum atque iustitiam ex fide in fidem esse testatur: quia videlicet ad profectum vigetis & inflammata fidei, cæteræ quoque virtutes assidua capiunt incrementa.

Quamuis autem fidei nostræ veritas à diuini Spiritus lumine magis quàm ab humanæ rationis argumētis pendeat; sunt tamen aded multa & magna argumēta quæ illam confirmant, vt meritò Propheeta dixerit; Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Non enim solum fidei lumen, sed humanæ quoq; rationis lumen miro modo huic veritati adspulatur. Vnde nõ immeritò illa Richardi sententia commèdatur; Vtinam attendere vellent Iudæi & Gentiles. Verè enim tam multa & magna sunt quæ nos ad credendum impellant, vt dicere Domino possimus; Domine, si decepti sumus, à te decepti sumus.

Sed cùm tam multa sint quæ fidei nostræ veritatem confirmant, duo tamen sunt eius præcipua testimonia; quorum altero exterius, altero interius eius veritatem hominibus Dominus in mundum inuexit. Exterius enim per clarissima miracula; interius verò per magnificentissima diuinæ gratiæ opera, quæ in piorum mentibus operatus est, eius veritatem confirmauit. De his igitur duobus fidei nostræ testimonijs mihi hodiè, aspirante diuina gratia, differendum est.

¶ Et quidem miracula (vt D. Tho. ait) Catholicæ fidei veritatè plènius confirmant; vt pote diuinæ potentiæ opera in testimonium catholicæ veritatis edita, quæ nec fallere quèquam, nec ipsa falli potest. Non defuisse autem miracula in fidei prædicatione, præter sacrum literarum testimonia, ex eo sancti Patres colligunt; quòd nõ modo homines induci potuissent, vt verum hominẽ, humili & paupere matre natum, ignominiososq; cum facinorosis hominibus supplicio crucis affectum, verum Deum esse crederent, nisi clarissimis miraculorum operibus ad hoc credendum impellerentur. Adde nõ solum matris, sed etiam patris, cuius illi filium esse putabant, humilitatem. Ait enim Lucas, ipsum communi hominum iudicio Iosephi, hoc est, fabri filium creditũ vulgò fuisse. Quid enim aliud crederet, qui Dominicæ incarnationis sacramentum, ipsis etiam cælestibus virtutibus admirandum, prorsus ignorabat? Quæ ergo ratione (nisi apertissima miraculorum testimonia intercessissent) fabri filii, qui securi & serra victum sibi parabat, Deum omnipotentem, & rerum omnium cælestium atque terrestrium cõditorem & moderatorem esse homines crederent? Hac enim ratione (vt Nicephorus scribit) Varanes Perfarum Rex atrocissimè Christianos insectabatur, infanre illos asserens, quòd fabri filium omnipotentem Deum esse crederent. Inter alios verò nobilissimum quẽdam virum, Achemenidem nomine, dampnauit; quem opibus atque omni dignitate priuatum, nudum, & subligari tantum præcinctum, atilici comitatus camelos ducere iussit. Perpauci intercessere dies, cùm Rex ex superiore porticu prospectans, præclarum illum virum, æstu Solis adustum, & puluere oblitum vidit; & patris eius gloriam in mentem reuocans, eum rediit, & linea tunica vestiuit. Er cùm labore & ærumna illum cõfectũ, faciliorem iam & propensiorẽ ad gratiam à se in eundam fore putaret; Vel nunc tandem, inquit, errore priore repulso, fabri filium ex animo tuo eijce. Atque ille exardescens, tunicam illam cõcisam abiecit, & voce magna, Si huius, inquit, gratia me religionem longè optimam mutaturum putas, en munus tuum tibi vna cū impietate habet. Quæ cùm ita sint, quid, quæso, mirabilis, quàm verum hominẽ, mortalitatis & naturæ nostræ consortem, fabri creditum filium, & cum facinorosis hominibus ad crucem damnatum, verum Deum, mundi opificem, & rerum omnium Dominum atque gubernatorem esse crederet? Qui ergo fieri potuit, vt rem tantam homines sine miraculorum attestacione crederent? & (quod est mirabilis)

simil.

Richard.

Nicephorus
lib. 14. ca.
pit. 20.

tanta firmitate & constantia crederent, vt non vincula, non carceres, 11
non exilia, non rotæ, non proscriptiones bonorum, non scorpionum
verbera, nõ discerptiones membrorum, non dentes bestiarum, non
vngula fodiens, non ignis vrens, non lebetes adipe atque oleo feruē-
tes, non denique omnia tormētorum genera, quæ vel immanitas ho-
minum, vel furor dæmonum excogitare potuit; postremò non om-
nis aduersus eos orbis dimicans ab hac fidei firmitate & confesio-
ne dimouere potuerint. Afliterunt enim Reges terræ, & principes
conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum
eius. Omnes enim Reges terræ, omnes inundi imperatores, omnia
regna terrarum, omnes omnium ordinum homines, Iudæi & Gen-
tes, Philolophi & seculi potentes, ac postremò vniuersus orbis ad
hanc fidem expugnandam omnibus machinis atque tormentorum
generibus vna mente, vnoque consilio cõuenerunt. Quorũ rabiem 12
atque furorem idem Vates, fremitus nomine, designauit, cum ait;
Quare fremuerunt Gentes, &c. Nihil tamen horum sanctorum Mar-
tyrum fidem vlla in re aut labefactare, aut imminuere potuit.

Addam hîc aliud impugnationis genus, quod sanctos Martyres
multò magis (vt ego quidem sentio) quàm omnia tormentorum ge-
nera (nisi illis diuina virtus affuisset) conturbare potuisset. Quod vt
intelligatis, sciendum est, hunc esse eorum hominum, qui terrenorũ
bonorum spe Deum colunt, sensum atque iudicium, vt successu re-
rum, religionis & fidei veritatem metiãtur. Hoc apertè liquet exem-
plo eorum, qui in lib. Machab. seipfos his verbis cohortati sunt; Ea-
mus, & disponamus testamētum cum Gentibus: quia ex quo recessi-
mus ab eis, inuenerunt nos mala multa. Et bonus visus est sermo in
conspectu eorum, &c. Sic etiam mulieres, Ieremie ipsas ab idolorũ
cultu reuocanti, responderũt; Sermonem quẽ es loquutus ad nos in 13
nomine Domini, non audiemus ex te: sed facientes faciemus omne
verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginẽ cæli,
& libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri; & saturati
sumus panibus, & benè nobis erat, malumq; non vidimus. Ex eo au-
tem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei liba-
mina, indigni sumus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus. Si-
miliq; ratione Gentiles, cum res Romanorum varijs calamitatibus
propter barbarorum incurfiones premerentur, hoc argumento fidei
Christianæ veritatem impugnabant: quòd florentissimum aliàs Ro-
manorum imperium, vbi religio nostrã prædicari cœpta est, tot ma-
lis virgeretur. Aduersus quẽ perfidorũ hominũ errorẽ D. Cyprianus

contra

14 contra Demetrianum, Saluianus contra Gentes, & D. Aug. in lib. de
ciuitate Dei diligentissimè scripserunt.

Vt autem perditii homines ob res aduersas & incòmodas religio-
ni detrahunt: ita cõtrã prosperis successibus eã emplectuntur, & pro-
bant. Quam rem apertè in lib. Esther cernere licet. Gentiles quippe
admirandam illam rerum commutationem animaduertētes, quia Iu-
dæi ad mortem, ob Aman crudelitatem, destinati, ad tantam gloriã
sub Mardochei principatu subitò eucti fuissent, relicto idololorũ cul-
tu, ad Iudæorũ religionem transfibant, præstantiam videlicet ac dig-
nitatem reiigionis hoc tam felici successu metiētes. Qua de re extat
in historia Tripartita memorabile exemplum, dignissimum planè
quod hoc in loco referatur. Ait enim in eo lib. Socrates: Quædã gēs
15 vltra Rhenum fluium est Burgundiorum. Isti vitam quietã agunt,
& penè omnes fabri lignorum sunt; ex qua mercede pacuntur: quo-
rum regionem Hunni crebra inuasiõne vastabant, & plurimos occi-
debãt. At illi, licet anxietate restricti, ad nullum se tantum hominẽ
contulerunt, sed alicui Deo se committere cogitabant. Tamen audien-
tes quòd Romanorum Deus fortiter adiuuaret se timentes, omnes
communi cõsilio ad credulitatem Christi confugiunt. Qui sumpta
fiducia contra Tyrannos alacriter festinabant, & spe sua frustrati nõ
sunt. Hactenus Socrates. Cũ igitur hæc fuerit ferè semper vulgariũ
hominum, ac præcipuè Gètilium sententia, dicere vtiq; illi cõ tẽpo-
re nostris poterant. Si Christus, quem vos cõstitimini, verus Deus, &
cæli ac terrę Dñs est, si in eius manu sunt omnium potestates, & om-
nium iura regnorum; vos autem tanta illum fide, obedientia, & reli-
gione colitis, vt prius omnia tormētorũ genera perpeti, quàm al-
16 lius fide & cultu discedere malitis; quomodo is pro eo ac vestra fi-
des mereat, nõ magnificētissimis vos præmijs afficit: cõtrãq; quomo-
do nõ atrocissimos nominis sui hostes, ac religiois suę euersores ex
quiritis supplicijs mactat & perdit: Tãtũ verò abest vt hoc faciat, vt
iuratisimi eius hostes opibus, imperio, & rerũ omnium abudãtia flo-
reãt: vos verò innumeris laboribus & ærumnis cõfecti, & acerbissimã
vitã in luctu & squalore semper agatis, & omnibus hominibus inuisi,
nullũ fatis tutum ad latendum locum inuenire valeatis; ac postremò,
atrocissimis & inauditis ex hominum memoria supplicijs miserri-
mam vitam finiat: sic vt calamitosa vita morte itũdò acerbiorẽ
re finiat. Quis enim terrenorum Regum homines fidei suæ
commisos, & ob eius fidẽ varijs calamitatibus à finitimis hostibus
oppressos deserat, ac nõ potius arma moueat, & ferro ac flamma ser-

Ii 4

uorum

Li. 12. c. 4.

uorū ciuiumque suorum iniurias vlciscatur? Quo modo igitur Deus 17
 vester neque vobis spem aliquam salutis ostendit, & religionis suae
 euertentes non modo impunitos relinquit, sed omnium rerum abun-
 dantia cumulat? Et quidem si haec Dei vestri obliuio & negligētia per
 decem solum, aut viginti, aut etiam triginta annorum spatium protē
 deretur, nō ad eō mirum esset: vicinā enim salutis spe sustentarem-
 ni: sed cū iam terceti penē anni exacti fuerint, in quibus haec tā di-
 ra clades perseverat, quae & vitas, & fortunas vestras sine vlla inter-
 missione deuastat, quid aliud cōsequētibz annis sperare poteritis,
 quā quōd tam lōgo spatio haētēns experti estis? Haec planē Gen-
 tiles dicere poterant, quibus fidem nostram labefactari posse credebant.
 Quo modo igitur hi duo potentissimi arietes, quibus humanū
 peccātus quatiebatur (cū ex altera parte tam immania tormentorum
 genera Sāctorum vitam peterent, ex altera hęc Gentilium ratiocina-
 tio, & tam lōga tot annorum persecutio eorum fidem atque cōstā-
 tiam lacesserent) quomodo, inquam, haec ipsa Sanctorum fidem non
 euertent, nisi innumera quotidie miracula cernerent; quibus non
 modō aliās, sed in ipsis etiam suis agonibus & certaminibus ab impe-
 ratore suo Christo mirificē confirmarentur? Quoties enim feras ad-
 uersus illos incitatas mansuefecit? quoties ignis vim atq; violentiam
 extinxit? quoties tortorū manus & brachia stupefecit? quoties feruē-
 tem adipem atque oleum in frigidum rorem commutauit? Denique
 pulcherrimum ac verē mirandum certamen inter sanctos Martyres
 & Martyrum Dominū intercessisse. Illi enim, ne Domini sui
 fidem violarent, vitā suā nō parcebant: fidelis autem Dominus miris
 eos auxilijs atq; fauoribus tum internis tum externis in ipsis suis
 agonibus confirmabat. Cuius rei cū innumera penē in Ecclesiasti- 19
 cis historijs exempla extēt, vnum extam multis, quod Eusebius Cae-
 sariensis octauo Ecclesiastica historiae lib. cap. 3. se non ab alijs acce-
 pisse, sed vidisse ait, pius cōcionator referre poterit, in quo apertē &
 Martyrum fidem erga Dominum, & Domini rursus erga illos fidem
 & paternam prouidentiam cernere licebit.

Ex his ergo quae haētēns diximus, cū alia multa, tum illud ani-
 maduertere poteritis fratres, quāta aduersus Dei seruos mundi tem-
 pestas excitata fuerit, quantaque diuinā protectionis gratia erga il-
 los effulserit, qua Ecclesiae fidem stabilidit. Vtrumque autem regius
 propheta in spiritu prauidisse se ostendit, cum ait: Eleuauerunt flu-
 mina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam: eleuauerunt flumi-
 na fluctus suos a vocibus aquarum multarū: mirabiles elationes ma-

ris, mirabilis in altis Dominus. His porō metaphoris vates sanctus
 horribilem mūdi procellam aduersus Ecclesiam concitātam descri-
 bit: de hac enim se loqui ostendit, cum protinus subdit: Testimonia
 tua credibilia facta sunt nimis. Quamuis enim mundus infidelitatis
 spiritu ebrius, omnibus machinis Christi nomen extinguere, & fidē
 in eum funditus euertere conaretur: nihilominus tamen idem mun-
 dus, Dei virtute, & Martyrum cōstantia superatur, sic eius fidem am-
 plexus est, vt qui antea propter idola Christum persequebātur, ido-
 la deinde propter Christum euerterent & consulerent. Ceterū
 quanta fuerit illa quae praecessit tempestas, aquarum & fluctuum ap-
 pellatione designauit. Aquarum enim nomine varias calamitates sig-
 nificari, ex illo eiusdem Prophetae versiculo colligimus: Saluum me
 fac Deus: quoniam intrauerunt aequae vsq; ad animam meam. Cum
 ergo vir sanctus & flumina, & fluctus, & voces aquarum multarum,
 & mirabiles maris elationes commemorat, atrocissimam mundi per-
 sequutionem aduersus Ecclesiam excitatam designat. Sed quamuis
 mirabiles magni maris huius elationes atque fluctus extiterint: mira-
 bilior tamen fuit in altis Dominus, qui statuit procellam eius in au-
 ram, & siluerunt fluctus eius: & ita factum est, vt eius testimonia ni-
 mis credibilia facta fuerint. Ipse enim imperauit ventis & mari, & fa-
 cta est tranquillitas magna.

PARS POSTERIOR. §. II.

Hoc igitur primum argumentum est fratres, quo fidei nostrae veri-
 tas confirmatur. Quōd enim Dominus hanc tantam mundi rabiem
 atque tempestatem sedauerit, quōd mundus paternam aut tamque
 religionem a toto penē terrarum orbe receptam atque defensam re-
 pudiauerit, & pro ea verum hominem, fabri filium existimatam, &
 crucis supplicio affectum, verum atque omnipotentem Deum, caeli
 ac terrae conditorem & moderatorem esse crediderit, hoc planē nul-
 lo modo sine clarissimis miraculorum operibus fieri potuit. Verūm
 non solum hoc firmissimo argumento, sed alio etiam, huic non ad-
 modum dissimili, quod intra se pij homines passim experiuntur, eadē
 veritas confirmatur: nempe alterius intestinae tempestatis mira-
 bili sedatione. Est enim duplex in hoc seculo mare: alterū quidē ex-
 ternum, quod haētēns descripsimus; alterū internū, quod intra nos
 ipsos gestat. In vtroq; autē grauissima sepe tempestates & procellae
 excitantur, quae nisi diuinā virtutis auxilio sedari possunt. Quōd sit, vt
 vtriusq; tempestatis sedatio, clarissima fidei nostrae confirmatio sit. Est
 enim intra nos (vt dixi) aliud quoq; mare: angustius quidē illud; sed

Psal. 57.

nō minus procellosum; vt potè à quo superior illa aduersus Christi fidè tēpestas orta est. Ille nāq; mūdi furor & rabies, quæ & Dñi Saluatoris, & cultorū eius vitā petebat, ab humani cordis procella deriuata est. Vt enim Esaias ait: Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere nō potest. Quod enim mare, quod fretum, quē Eurypū tot motus, tantas, tā varias habere creditis agitationes, quot habēt corda malorū? Tumēt em̄ superbia, furīūt iracūdia, æstuat auaritia, spumāt libidine, fremūt inuidia, agitātur varijs cupiditatibus, mutantur assidue, modò pusillanimitatis spiritu contracti, modò ambitionis fluctibus elati, ac demū tot perturbationū motibus exagitati, quot incōmoda rebus ijs accidūt; quibus per amorē adglutinati sunt. In hoc autē infelici statu degūt, quicūq; Deo, hoc est, utilissimo pacis & tranquillitatis portu relicto, varijs mūdi curis & cupiditatibus implicātur. Vt enim D. Hiero. ait: Quicūq; à Dño recedūt, statim seculi fluctibus quatīūtur. Hinc D. Greg. Qui inquit, relicto Deo, se sibi sufficere credit, nihil in se nisi tumultū perturbationū inuenit; inuētūq; se fugere quærīt, & autore cōtēpto, quo se ipsum fugere valeat, non habet.

Porrò autē fluctus & status quibus hoc mare exagitur, affectus nostri, & varia desideria sunt; quæ cū vehementiora fuerint, trāsuersos homines in varios perturbationū scopulos agūt, & sursum atq; deorsum miscēt. Quot enim mūdi naufragia, quot generis humani clades ac mortes Alexandri Magni, Iulij Casaris, cæterorūq; mundi Principum auaritia, ambitio, & dominandi libido pepererunt? Quot quōtidie in corde auari, libidinosi, cupidi, elati, & irati æstus & procellæ excitantur? Itaq; tēpestates omnes atq; turbinēs mūdi, & omnia deniq; maioris mūdi naufragia ex hoc interno mari deriuātur. Si enim cor nostrum in pace & quiete ageret, totus vtiq; orbis placidā in tranquillitate & otio vitam duceret.

Ceterū si per aditū veræ penitentię, & piarū orationū studium Dñs intret in hoc mare, quibiq; requiescat, & mōtionē faciat; hoc est, nos ipsos in se, qui omnīū bonorū summa est, requiescere atq; dormire faciat, dū eo solo cōtēti, nihil aliud quærimus, tūc mens nostrā sublatis terrenarū rerū cupiditatib; ad eò summo illo bono, satiatur, vt eo resecta, nihil vltra quærat, nihil siriāt, nihil sit cuius cura & sollicitudine nimium tāgatur; atq; ita sit, vt in maxima pace & tranquillitate se felicissimā vitā ducat. Quid em̄ vltra quærat, quæ iā in suo velut cetero requiescit? quid vltra desideret, quæ ad finē suum iam peruenit? quid vltra cupiat, quæ in hoc summo bono, bonorū omnium plenitudinē complexa est. Neque enim falso aut prauo affectu dictum est:

REG.

est:

26 est: Timere Dñm omnes Sancti eius; quoniā nihil deest timentibus cum. Diuites egerunt & esurierunt, inquirētes autē Dñm nō desicient omni bono. Quē locū sic Casiodorus interpretatur. Cum diligimus Deū, omnia in ipso reperimus. Vnus est qui quæritur; sed in quo omnia cōtinentur. O lucrum mirabile! o cōpendium singulare! cur nos per diuersa fatigamus? Ad ipsum vnanimiter festinemus, post quē cūcta bona vltra nō quærimus, sed tenemus. Hactenus ille. Cui non dissimile est illud Aug. qui illa Domini verba explanans; Ego ero illorū Deus, & ipsi erunt populis meus; sic ait: Ego erō vnde satientur; ego erō quæcūq; ab hominibus honestè desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax; & omnia bona. Sic enim & illud rectè intelligitur, quod ait Apostolus: Vt sit Deus omnia in omnibus. Hactenus ille. Si ergo in hac etiam

August.

1. Cor. 15.

27 mortali vita amicis suis Deus omnia est, quid extra illum desiderare queat, qui intra illū est? Vbi autem nihil est quod desideres, nihil est quod vel speres, vel timeas, vel cuius gratia anxius atq; sollicitus esse debeas. Vbi enim noxia cupiditas sopita est, cæteri quoq; affectus, qui velut satellites eius existunt, non habent cur te commouere, aut exagitate possint. Quia enim vis animæ irascibilis læsæ concupiscentiæ vindex esse dicitur, sublata cōcupiscentia, nō habet illa cur fremere & turbari velit. Ad hūc ergo modū vbi prudens mercator pretiosissimā illā Euāgelij margaritā diu & multū quæsitā, per ardentem charitatem inuenit, hoc vno cōtētus, cætera omnia distrahit, atq; diuēdit: hoc est, cætera omnia tanquā ludicra & inania bona contemnit; atq; ita terrenarū rerū amore sublato, nō habet (vt diximus) pars illa animæ irascētis, cur læuire atq; miscere omnia debeat. Hac igitur ratione in hoc interno cordis mari sit ope Dei tranquillitas magna. Qua de re sic D. Greg. Qui quis in solo desiderio eternitatis figitur, nec prosperitate attollitur, nec adueritate quassatur; quia dum nihil habet in mūdo quod appetat, nihil est in mundo quod pertimescat.

Matth. 13.

Gregor.

Hæc autem noua pax atq; tranquillitas magnā & iucundā in corde pij hominis diuinæ virtutis & potestatis admirationē excitat. Cum enim is priora vanitatis & cæcitatē suæ tēpora ad memoriā reuocat, & fluctus atq; procellas cupiditatum irarum, curarum, atq; libidinum; veterum recollit, seque modò in tanta animi pace, & tranquillitate agere videt, non potest non vehementer admirari, & cum Propheta aduersus se stupens clamare: Quid est tibi mare quod fugisti? & tu Iordanis, quia cōuersus es retrorsum? Quod perinde est ac si diceret: O cor meū, quod quasi mare fremebas; o vos affectus & cupiditates

Psal. 113.

1. Cor. 15.

meæ,

mare, quæ ingentes fluctus in hoc mari excitabatis, quò abijtis? quò fugiitis? quomodo me in pace tamdiu esse finicis, qui prorsus viam pacis ignorabam? Verè à facie Domini mota est terra; à facie Dei Iacob; cuius numen & potètiã in hoc opere adoro, veneror, & agnosco: quamuis ne his quidem argumentis ad eius gratiã & amicitia me peruenisse affirmare audeam.

Auguet autem admirationis magnitudinem, breuitas temporis, quo hæc tanta mutatio singulari diuini Spiritus beneficio aliquãdo fit. Aiebat enim Plato, felices eos esse, quibus vel in senectute sapientiam, assequi datum esset; quæ nulli, nisi in quiete, & animi tranquillitate contingit. Anima enim quiescendo sapiens fieri dicitur. Videte quantum temporis humana philosophia exigebat, quo sapientiam, & sapientia comitem, tranquillitatem, homines assequerentur; quam certè ne hoc ipso tam longo spatio (cùm Dei gratia destituti essent) assequi poterant. At frequenter in hoc interno mari vnico Domini verbo fit tranquillitas magna. Aliter enim operatur Deus, aliter homo, aliter gratia, aliter natura, etiam si cura iuuetur. Nò enim frustra Domini Saluatoris nomen esse dicitur; Velociter spolia detrahare, citò prædari; nisi quia velocissimè in quibusdam virtus gratiæ; dū diuini amoris dulcedine illòs præuenit; omnia quæ in mundo dulcia sunt, contemnere facit: atque ita sedata concupiscentia fit protinus in mari cordis tranquillitas magna. Sic D. Augustino contigit, qui vbi primum ad Dominum conuersus in benedictionibus dulcedinis præuentus est, protinus spem omnem quam habebat in seculo dereliquit, & hanc in corde suo pacem & tranquillitatem reperit. Idem multis alijs quotidie in Ecclesia euenit, qui tota animi contentione ad Dominum conuertuntur, quorum ipse corda intra breue temporis spatium mirabiliter immutat.

Simil. Est etiam aliud in hoc opere mirabilis. Sicut enim mare tunc potissimum furit, cùm immitioribus ventis fuerit agitatam: ita etiã hoc internum mare, cùm varijs hominum iniurijs & offensionibus tanquam immitioribus ventis infestatur, tunc rabies irarum & odiorum, & flagrans vindictæ cupiditas acrius sæuiunt, & turbulenta excitant procellas. Cùm autem Sancti ne hac quidem occasione à statu & tranquillitate mentis suæ depellantur (quin potius sapè in ipsa calamitate lenentur, & ipsam maris inundationem quasi lac fugant) dici non potest, quanta hac in re diuinæ virtutis admiratione, quantaque animilæticia afficiantur. Sic enim illis contigit, quos *Hebr. 10.* Apostolus ait, rapinam bonorum suorum cum gaudio suscepisse: &

ijs etiam,

32 Ijs etiam, de quibus ad Corinth. scribit. Notam vobis facio fratres gratiam Dei quæ data est in Ecclesijs Macedoniæ: quoniam in multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit. Hoc est autem quod Propheta iure miratur, cum ait: Et statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius. Et lætati sunt, quia siluerunt; & deduxit eos in portum voluntatis eorum. Non contentus enim Dominus procellam sedasse; quod magnum planè beneficium est; quiddã adhuc maius & mirabilius addidit; quòd procellam ipsorum in secundam auram commutauit. Quod planè facit, cùm ipsam calamitatis amaritudinem in dulcedinem vertit. Quam rem hoc in loco Apostolus significauit, cùm magnam illam Macedonum tribulationem ingentis gaudij materiam illis præstitisse ait. Hoc autè quo nam modo hat, seculi homines ne suspicari quidem possunt. Quis autem non vident, quantum hoc diuinæ virtutis & gratiæ hominis mentem corroborantis argumentum sit. Quam rem Philosophos etiam aliqua ratione præsentasse ostendit Seneca his memorabilibus verbis: Si hominem videris interrumpi periculum, intactum cupiditatibus, inter aduersa felicem, in medijs tēpestatibus placidum, ex superiori loco homines videtem, ex æquo Deos, non subijt tē veneratio eius? non dices, ista res maior est altiorque quàm vt credi similis huic, in quo est corpusculo, possit? Vis isthuc diuina descendit. A nimium ex cellè tem, moderatum, omnia tanquam minora transeuntem; quidquid timemus optamusque ridetè, cœlestis potètia agit. Hactenus illo.

§. III.

34 Hęc igitur quæ intra se pij homines quotidie experiuntur, sic ipsorum fidem confirmant, illuminant, & accendunt, vt illis instar miraculorum, fidem cõfirmantium, imò supra miracula sint. Multi enim plurimis in spectis miraculis in perfidia sua obsecrato animo persisterunt: at quisquis hanc Dei virtutem in se expertus est, miro modo in fidei veritate solidatur. Hæc autè admiranda opera & beneficia Dei non oscitanter & segniter spectari Propheta volebat, cùm mortales omnes ad hoc spectaculum cõuocans diceret: Venite, & videte opera Dei: terribilis in cõsilijs super filios hominum. Qui cõuertit mare in aridam; in flumine pertransibunt pede, ibi lætabimur in ipso. An non ergo meritò lætentur in Deo, quibus in aquis validis tribulationum terra apparuit arida, & in mari rubro via sine impedimento: quando videlicet ipsi eis fluctus tribulationum materiam præbent gaudiorum. Mirabile quidem fuit maris fluctus Deum cõpresisse, sed nò minus mirabile est, humani cordis rabie & impetum sedasse, & inter

& inter calamitatum & perfecutionum turbines placida & trāquilla mente conftitiffe. Quod quidem regius Propheta beneficio Domini fibi contigiffe teftatur his verbis. In terra deferta, in uia, & in agro fa ficut in fancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuā. Quem locum interpres quidam fic explanat. Cum à facie Saul profugus & exul patria domo, in hac vafte & inculta folitudine inopē & vagam vitam perfequor, nihilominus tamē ita te Domine coram intuspor, ac fi in fanctuario tuo effem; atq; præfenti numine tuo hoc in loco teftus & adiutus contemplor admirabilem potentiam, & mi fericordiam tuam, quam quotidie in me, ab independentibus maliferis piēdo, meumq; animum confirmando, quotidie experior. Itaque cum vir fanctus ait, fe perinde quali in templo effet, cōtemplari gloriam Dei, & vim eius falutarem; hoc intelligit in primis; quanquam alongē abfit à folenni cœtu piorum, pulfus ab iniquo rege in defertas & incultas folitudines, non tamē eam rem impedire quominus fua uiffima voluptate potiatur, & pietatem fuam alat in potētia & mifericordia Dei contemplan da. Quæ duæ res in maximis calamitatibus potiffimum elucent, dum vir pius vndiq; premitur, fed non opprimitur: cadens robulfior furgit; in luftu & mœrore, gaudio triumphat; egentiffimus eft, & omnia poffidet; quotidie in media morte verfatur, & tamen viget ac floret. Quæ cum geruntur, ille bonitatem Dei & vim eius præpotentem non cogitatione modò complectitur, fed (vt ita dicam) manibus attrēctat, atque ex ea re admirabilis quædam in animo ipfius exardescit amoris magnitudo erga clementiffimum numen: vt non malè sentire videatur, qui affirmant Deum in rebus aduerfis amabiliorem exiftere, quàm in proferis. Quod ita effe David quocumq; in maximis periculis verfans fuo teftimonio cōprobat, 37 cum fubiungit, mifericordiam Dei vita ipfa optabiliorem effe. Quæ verba ex animo dicere nō potest, nifi expertus: experiendum autem eft potiffimum in ipfa calamitate.

S. IIII.

His igitur multiq; alijs fimilibus argumentis fratres, quibus fidei lumē à Deo profectum, rationis quoq; lumine, quod ab eodē fonte dimittat, Deo cooprate illustratur, & confirmatur, pij homines in fide catholica roborantur: cuius nos dogmata miro modo ad pietatis & iuftitiæ cultū inducūt. Sic enim illi philofophantur. Si fides noftra tantū habet firmitudinis & veritatis, veriffima ergo & firmiffima ea funt, quibus nos ad timorē Dñi, & verā religionē prouocat. Veriffimum eft, Deum rerum humanarum curam gerere, & bonorū atque malorū

malorū habere delectum. Veriffimū est, nihil nos agere, nihil mali, nihil cum animo noftro cogitare quod non fit diuinæ fapientie oculis fubiectum, qui intimos etiam animi recessus penetrat. Veriffimum eft, futurū extremum iudicij diem, in quo totius vitæ noftræ, omniumq; actionū, ad verbum vifq; otiofum, reddenda fit ratio. Veriffimū est, pij inæftimabiles in celo opes atq; delicias effe paratas, horrendaq; & in æternum duratura fupplicia reprobis in gehenna cōftituta. Veriffimum eft, animas nō in terre cū corporibus, fed vbi primū à corpore foluæ fuerint (nifi aliquid purgādū superfit) operum fuorū mercedē à iufto iudice Deo, qui reddet vnicuique iuxta opera fua, effe percepturas. Harū enim rerū fides quò magis viuida & incensa eft, magisq; roborata, eò facūdiora virtutū germina profert. Sicut enim ftomacho refecto (à quo alimentū ad totum corpus 39 deriuatur) cætera quoq; mēbra per illū refecta vigent: ita fide aucta, & nouis fplēdoribus illustrata, cæteræ quoq; virtutes, quarū ipfa fundamētū eft, maiora capiūt incrementa. Ab hoc enim fonte omnia illa virtutū opera, quæ Apoftolus ad Hebr. lōga oratione enumerat, prodierūt. Abraham enim patriā & genitale folū iufus à Deo reliquit, vt iret quò nefciebat. Expectabat enim fundamēta habētē ciuitatē, hoc eft, immobilem, & æternam in cælis, cuius artifex & cōditor eft Deus. Et Moyfes luxum atque opes Pharaonis contempfit, maiores æftimās diuitias, improperium Chrifti, thefauro Ægyptiorum; fidē enim afpiciebat in remunerationem. Fides itaque promiffionū Dei eos ad labores, & ardua quæque virtutū opera vehementer acuebat. Quæ de caufa eandē nos Apoftolus omnibus in rebus tanquā impo 40 netrabile feutū arripere præcipit, in quo poffimus omnia tela nequif- Ephe. 5. firmi ignea extinguere. Cum enim ille flatu fuo (quò prunas ardere facit) cupiditates noftras per fe ad malū accēfas vehementius inflammat, & voluptatis huius ardore ad inconceffa rapere nititur, præfto fit fides, quæ inextinguibiles gehēnæ flammās, fcleratis hominibus paratas, & ineftabiles cœlefti regni delicias, viforibus conftitutas, & rorosa Chrifti vulnera fanguine manantia, cæteraq; eius beneficia ob oculos ponat, quò harum rerum contemplatione voluptatem reptu- diemus momentaneam, ne felicitatem amittamus æternam.

Quæ in re falutare confiliū omnibus piē in Chrifto viuere volentibus in medium afferā, quò oēs diaboli fraudes & machinas superare valeatis. Id vero eft, vt quomadmōdū prudētis iudicis eft, nūquā ali- 41 quid in caufa pronūtiare, nifi vtrūq; litigantē audierit: ita nūquā homo aliquid in cordis fui tribunali definat, nifi vtrūq; deliberationis parte

Simil. parte diligenter examinata. Si quis enim alteram libræ lancem leui etiam pondere oneret, in altera verò nihil apponat, an non certum est, ea quæ onerata sit, deiciendam, alteram verò in sublime tollendam? Vtraque ergo suis ponderibus libranda est, si iustitiæ mensuram retinere velis. Hac porro similitudine aduersus omnes diabolice tentationes vti commodissimè poteris. Subijciamus aliquot huius rei exempla. Si tibi dæmò carnis delicias & voluptates amplificat, tu in altera libræ lance voluptatibus istis constituta supplicia appende. *Apoca. 18.* quæ Dominus in Apocaly. definit, cum ait: Quântum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. & illud itè: Momentaneum est quod delectat, eternum quod cruciat. Adde hietiam celebrem illam Philosphorum non immeritò à multis laudatam sententiam: Si quid feceris honestum cum labore, labor abit, & honestas manet: si quid turpe cum voluptate, voluptas abit, turpitudomane. *Rursum*, si tibi dæmon, terrena lucra exaggerans, ad fraudes & rapinas trahere nititur, illam Apostoli comminationem tibi ante oculos pone. Hoc autem scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentie. Hanc item fraudem D. Greg. in Epistola quadã detegit; in qua nobilem quẽdam virum à direptione alienæ facultatis liberare nititur; prudenter illum admonens, pecuniam quidem se in hoc mudo relicturum, crimen verò alienæ rei ablata secum in alium mundum delatum.

Ad hæc, si te dæmon, virtutis & penitentia laboribus exaggerans, ab eius studio deterrere, & ad voluptates & carnis delicias adducere tentet, tu contra hanc illi eiusdem Salomonis sententiam obijce. Propter frigus piger arare noluit: medicabit ergo ætate, & non dabitur ei. *Rursum*, si te ad perditorum hominum vitam tanquam placidam & iucundam traducere velit, tu eius mendacium illa Ecclesi. sententia coargue: Via peccantium complantata est lapidibus, & post hæc inferi, & tenebræ, & pœna. Considera etiam ingentes eius vitæ curas & molestias; hoc est, iracundiæ furorẽ, inuidiæ rabiẽ, odij acerbissimam, comestationum temulentiam, ambitionis contentionem, cupiditatum inexplebilem sitim, auaritiæ mendicitatem, varioque gula & luxuriæ morbos, infamiam, dedecus, cæterasque improborum hominum curas & cruciatu expede. Verissimè enim à Propheta dictum est: Contritio & infelicitas in vijs eorum. & viam pacis non cognos-

44 cognouerunt. Præterea si te ad fastum & superbiam, & immodicos sumptus inducere velit, tu contra illud Hieremie respondebis: Audi uimus superbiam Moab: superbus est valde: superbia eius, & arrogantia eius plus quàm fortitudo eius. Et illud eiusdem: Quia plus fecit, quàm potuit, idcirco perierit. Quod quidem vitium hac nostra ætate cunctorum serè nobilium commune est; quo non se ipsos modò, sed hæredes etiam suos magno ære alieno oppressos in gehennam præcipitant. His ergo rationibus, fratres, fidei clypeum arripientes, omnia tela inimici ignea illidere poterimus: atque ita demum fidei præsidio muniti, dignos fidei, quã profitemur, fructus proficremus. Qui autem secus faciunt, nequam illum seruum imitantur, qui Domini sui pecuniam in terra defodiens, frustra illam sine villo emolumento retinuit: qui verò fidei dogmatibus, diuinisquẽ oraculis hoc modo vtuntur, hi planè talentum sibi creditum, Domino suo duplicatum referunt, æternam pro illo mercedem percepturi, & à Domino audituri: Euge seruus bone & fidelis, quia super pauca fuit fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.

AD LECTOREM.

46 **H**Oc in loco pium concionatorem admonitum volui, vtramque concionis huius partem, ac præcipuè posteriorem, in eo quoq; Euangelio tractari commodè posse, in quo ascendente Domino in nauicalam, & dormiente, magna illa tempestas excitata est, quam ipse ventis atque mari imperans, diuina virtute sedauit. Maris quippe tempestas, Ecclesiæ persequutionem; tempestatis verò sedatio, mirabilem Christi Domini virtutem atque triumphum designat.

IN DIE FESTO ALCIVIVS S. CONFESSORIS Concio prima; in qua lectio Euangelica explanatur.

T H E. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentés in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum.* Lucæ. 12.



Nter sacra Euangelia, quæ in festis sanctorum Confessorum Ecclesia legi instituit, Euangelium hoc, unde quæ audistis verba desumpsit, præcipuè cōmēdatur; quòd totius penè Christiana: Philosophiæ summam paucis cōprehendat; vt paulò pōst indicabimus. Vt igitur hęc cœlestē doctrinā piè & vtiliter tradere valeamus, diuinā opem; sacratissimæ Virginis interuentu, suppliciter imploremus.

A V B M A R I A.

Principiò sciendum est, moralem philosophiam, atq; ad eò omnes disciplinas quæ ad finem aliquem destinantur, duabus præcipuè partibus cōstare; nempe, expositione finis, & eòrum quæ ad finem consequendum ordinantur; quæ Philosophi media appellare solent. Sic Aristot. in lib. Ethicorum; vbi vitam hominum & mores formare docet; primo lib. de vltimo humanæ vitæ fine, hoc est, de summa hominis perfectione, & optimo atque felicissimo eius statu disserit: dein de de omnis generis virtutibus latè disputat, per quas ad eum finem peruenitur. Hoc autè quòd ille multis libris vix absoluit, breuissimo cōpendio Saluator his pauculis verbis, quæ à me cōmemorata sunt, cōprehēdit. Finem quippè humanæ vitæ longè certius quàm Aristot. constituit, cum de obsequio Domini erga fideles ac vigilantes, seruos loquens ait; [Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere: & transiens ministrabit illis.] Instrumenta autem, siue (vt appellant) media, quibus ad hunc finem peruenitur, tria solum præmissa, ad quæ omnia alia referuntur; nempe, lumbos præcingere; ardentès lucernas in manibus gestare; & vigilanter Domini aduentū præstolari. De his igitur instrumentis in præsentī concione dicere instituita fiet, vt totam penè Christiana: philosophiæ summam vobis ante oculos ponam. Ait igitur Dominus;

[Sint lumbi vestri præcincti.] Quid est lumbos præcingere? Nimirū (vt D. Greg. hoc in loco ait) omnē carnis lasciuia & intēperantiā pudicitia

4 dicitur atque timoris Dñi cingulo stringere. Quæ loquendi figura ex præcipua generis parte vniuersum genus Saluator intelligi vult. Nō enim impudicitia sola, sed omnia lethalia crimina simul profliganda sunt, si aduentum Dñi secura mente expectare volumus. Sed quoniam (vt sancti Patres aiunt) impudicitie crimen maximè acre & importunum est (nutquam enim originalis concupiscentia vehementius quàm in libidinis affectu desæuit) ideo huius potissimum mentionē facit: qui enim hunc potentissimum hostem, corruptæ naturæ viribus arinatū, domuerit, facillè de cæteris vitis victoriam reportabit. Quoniam qui maiora vincit, cōsentaneum est, posse illum quoque minora superare. Si Iacobus Apostolus eū qui linguam frænaret, ceteros quoque rebelles animi sensus & motus coercere posse confirmat; multò certè magis qui ita timore Domini septus atque munitus est, vt hunc intimum & familiarem hostem opprimere possit, cæteros quoque animæ hostes prostrare, & sub iugum mittere poterit.

Verum cupiditatis huius tyrannidem atque potentiam vitinam Salomon tam diligēter cauisset, quàm sapienter explicauit: sic enim ait; Lustraui vniuersa animo meo, & inueni amariorem morte mulierem: quæ laqueus venatorū est, & sagena cor eius: vincula sunt manus illius. Qui placet Deo, effugiet illam; qui autem peccator est, capietur ab illa. Quibus verbis apertè periculi huius magnitudo potuit explicari? Sed hoc in loco tamē perditis hominibus periculum hoc imminere ait. Alibi verò iustissimis etiam viris, qualis tum ipse, tum Dauid pater eius extitere. idem periculum denunciat. De eadem enim muliere loquens, Multos, inquit, vulneratos detexit: 6 & fortissimi quique interfecti sunt ab illa. Possent hoc multis fortissimorum virorum ruinis, quas ætate nostra vidi, facillè comprobare: sed pro his omnibus satis erit mihi D. Augustini testimonium, timoris & admirationis plenissimum, in medium attulisse: sic enim ait; Crede mihi, cedros Libani, & ductores gregis sub hac specie corruisse vidi: de quorum casu non magis dubitabam, quàm Ambrosij, aut Hieronymi. Quid his verbis formidabilius? Quam obrem fidelis quisque D. Hieronymi (cuius modò mentio facta est) consilium sibi ante oculos ponat; qui ad Nepotianum scribens, Omnes, inquit, puellas & virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne sub eodem tecto manites, nec in præterita callitate confidas. Nec sanctior David, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper quòd paradysi colonum de possessio-

Aristot. in lib. Eth.

Gregor.

Iacob. 3;

Eccles. 7;

Prover. 7;

August.

Hieronym. ad Nepot.

Isidor. ne sua mulier eiecerit. Hæc ille. D. verò Isidorus, iuxta serpentem, inquit, positus, non eris diu illæsus; & prope ignem consistens, ferreus licet sis, combureris. Scio esse in quibusdā insignē quoddam castitatis donum, singulari Dei priuilegio concessum, Sit ita sanè. Sed nemi nem tamè, quam diu in hoc corpore militat, securum iudico; nisi qui omnem labendi occasionem fugerit. Itaque magnopere probo cuiusdam ex beati Francisci socijs consilium; qui cum mirabile castitatis donum à Deo percepiisset, adeò tamè sollicitè omnia castitatis pericula vitabat, ac si iuuenili ardore cor eius vreretur. A quo cum confessorius, qui puritatis eius conscius erat, quaereret, cur tanto studio omnia castitatis pericula vitaret, cum tam præclaro castitatis dono præditus esset? Quoniam, inquit, hoc mihi donum à Deo contigit: quia ego maxima cura omnia pudicitiae pericula vitō: quod si non facerem, fortasse non ita mihi Dominus præsentī numine suo adesset.

Hæc ideo à me dicta sunt fratres, quò apertè cupiditatis huiusviri vobis indicarem, planumque facerè, cur huius potissimum vitij Dominus meminisset, cum in præsentī lectione ait; [*Sint lumbi vestri præcincti.*] Quòd videlicet intelligeret, hac hydra superata, facile ad aliarum victoriā viā muniti. Cæterum qui hoc cœleste castitatis donum adeptus est, qui corporis sui vas in honore, non in passione desiderij castum integrumque conseruauit; is ab occultissimo & insidioso huius virtutis hoste (nempè superbia) sibi cauendum curet. Quæ cum omnibus bonis operibus insidietur, vt pereant; tum maximè ex castitatis splendore superbiendi occasionem subministrat. Quo tentandi genere dum ex virtutibus, elationis materiā suggerit, salutis medicamenta in venena conuertit. Hinc D. Fulgentius in epistola quadam ait, Spirituales Dei famulos atque famulas à Demone ita expugnari, vt si eos rebus noxijs mortiferisque nõ vincat, vitalibus remedijs occidat. Et paulò post, Publico, ait, certamine Dæmon carnales deiecit: spirituales verò, si quos cautos inuenierit, occultiore cõsiliõ proster nit. Verum cum nihil sit virginitate illustrius, nihil contrarietate magis admirandū, quippè quæ (vt Athanasius inquit) Angelorum magis quam hominū esse videatur, illius splendore potissimum humani generis hostis vitur, vt mortales, humilitate deserta, sui ipsorum efficiat admiratores.

Petri. 1. Cæterum non satis est lumbos carnis præcingere, nisi mentis etiam lumbos (vt Petrus Apostolus monet) præcingamus. Quod quidem tunc facimus, cum sollicita & vigilantī cura cor nostrum (in quo

10. (in quo sibi diuina sapientia domiciliū collocauit) ab omni impura cogitatione purum integrumque seruumus. Hoc autem præstamus, quando prauam cogitationem, cum primū serpere incipit, tantaceleritate à nobis excutimus, quanta ignem fortè in manus incidentem excuteremus. Quam rem designant septuaginta illi sortes, Salomonis lectulum custodientes, qui omnes ita gladijs armati erāt, vt vniuscuiusque ensis supra femur suū positus esset propter timores nocturnos. Hic autem lectulus; in quo verus Salomon requiescit; iusti viri anima est, quæ quauis impura cogitatione polluitur; & sic à vero Salomone deseritur. Viri autem iusti ne in hoc tantum malum incidant, non contenti gladijs spiritus armari, supra femur etiam gladios gestant, vt nulla mora in illis euaginandis, & prauis cogitationibus abscondendis interueniat. Ille quoque Cherubin, qui aditum & ostia terræ paradysi seruat, gladium flammèum atque versatilem in manu habet ad custodiendam viam ligni vitæ. Paradysus autem deliciarum; anima quoque iusti est, in qua diuina sapientia delicijs suis fruatur cum filijs hominum. Ad hanc autè paradysum custodiendam vir iustus flammèum atque versatilem gladium in manu gestat. Versatilem quidem, vt quàm celerrimè impuros affectus & cogitationes in animo surgentes abscondat; flammèum verò, vt diuini amoris igne eos consumat. Vt enim Climacus ait, Pudicus est, qui amore amorem excludit; ignemque igni spiritus extinguit. Aliter autem hæc paradysus pura & integra conseruari minimè poterit. Quemadmodum enim pudica & fidelis vxor non modò adulterum non admittit, sed ad primum eius conspectum terga vertit (adulteri genus existimans); impudicis verbis aures præbere; ita casta Christi sponsa non modò ab omni impuro opere, sed ab omni etiam praua cogitatione mentem suam diligentissimè custodit. Qui autem negligenter se in hoc officio gerunt, facile hostis antiqui ludibrio patent. Cuius rei imaginem expressit illa puella, quæ triticum purgabat, & Isboseth regis dormientis ostium custodiebat: qua dormiente, duo latrones ingressi, regis caput amputarunt. Hæc enim puella quæ triticum purgabat, discretionis ac prudentiæ imaginem gerit: cuius est, paleas à tritico, hoc est, vanas à sanctis cogitationibus discernere. Hæc igitur dormiente hoc est, officium suum olscitanter exequente; prauæ cogitationes tanquam latrones in mentis nostræ domiciliū irrumpentes, regi, hoc est, spiritui nostro necem inferunt. Quicunque igitur hanc à se negligentiam & dormitantiam excludunt, hi planè mentis suæ lumbos præcinctos habent. Atque hæc prima piorum hominum cu-

ra esse debet: quæ corde diligenter custodito, malis omnibus aditum præcludunt.

§. I.

¶ Verum quia non satis est à malis abstinere, nisi bonum facias, subdit deinde Dominus, ut lucernas ardentem in manibus gestemus. Lucernæ autem nomine, & fidei lumen, & Dei legem significari, omnis scriptura testatur. Mandatum enim (ait Salomon) lucerna est, & lex, lux. Et regius Vates, Lucerna, inquit, pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Cum ergo Dominus ardentem lucernam in manibus gestare præcepit, fidem, & legem suam non solum corde & ore, sed operibus etiam; quæ per manus intelliguntur; nos profiteri atque testari vult. Sunt enim qui fidem, & legem Dei in solo corde gerunt; sunt qui in solo ore, non in manibus gestant; qui vocem quidem habent Iacob, manus autem Esau: de quibus Saluator ait, Ut quid vocatis me Domine, & non facitis quæ dico? Et iterum; Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est. Vult ergo Dominus, ut in manibus magis quam in ore legem circumferamus. Itaque si is pauperes spiritu, lugentes, iustitiam sitientes, misericordes, pacificos, & mundos corde pronuntiat beatos esse, danda nobis opera est, ut tales simus, quod beatitudinis huius participes efficiamur. Rursum cum idem ait; Si vis ad vitam ingredi, serua mandata; demus operam, ut mandata seruemus; quod sempiternam vitam percipere mereamur. Cum verò præcipit ut inimicos diligamus, ut eos beneficijs prosequamur, ut pro persequentibus & calumniantibus nos preces Domino offeramus; hæc eius præcepta non in ore solum, sed in manibus gestanda curemus; opere exhibentes quod verbis profitemur. Sic igitur ardentem lucernam in manibus habemus: atque ita homines videntes opera nostra bona glorificent Patrem nostrum qui in cælis est. Nusquam enim magis cælestis Patris gloria elucet, quam in his qui iustitiæ & sanctitatis cultu, bonitatis eius imaginem referunt.

Sequitur deinde tertio loco quod Dominus ait; [Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs: ut cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.] Venit autem Dominus (ut Gregor. ait) cum ad iudicium properat: pulsat verò, cum per ægritudinis molestiam esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si eum cum amore suscipimus. Aperire autem iudicij pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat: & videre eum, quem contempserit

16 tempserit se meminit, iudicem formidat. ¶ Hæc autem Domini admonitio huc præcipue tendit, ut tota fidelis hominis vita, quæ per tres vigilias designatur, velut expectatio & præparatio quædam sit, qua singulis momentis venientem iudicem expectemus, ut confestim aditum ei liberum præbeamus. Ad hoc autem scire oportet, hominem à Deo in hunc finem conditum esse, ut ad æternæ felicitatis gloriam hoc brevis sui curriculo præpararetur. Hic enim est finis ad quem is à summo illo opifice conditus est. Quod cum ita sit, efficitur sanè, ut is nihil prius curare, nihil moliri, nihil in vita diligentius agere debeat, quam ut ad hanc horam sollicitè se præparet: atque ita demum vita eius (ut sapientes viri docuerunt) continua mortis meditatio, & ad illam præparatio sit. Ut enim fideles serui, qui ad curias Principum alicuius gratis negotij causa mittuntur, id præcipue agunt, id curant, id noctes diesque cogitant, qua videlicet ratione fideliter id expediatur, cuius gratia missi sunt: ita cum fidelis Dei seruus intelligat, se ad hoc in mundum à Deo missum, ut in bonis operibus ad finem usque strenuè persistens, cælestem hæreditatem promereatur, dat operam seculò, ut in hoc pietatis officio mors illum deprehendat. Scit enim extremum hunc diem de tota vita, atque adeò de tota æternitate sententiam ferre: ex eo quippe momento tota æternitas pendet. Hinc sapiens quidam vir pius admonere solitus erat, ut unusquisque coram in edito domus suæ loco hanc sententiam scriberet; MOMENTUM IN Vnde pendet æternitas.

¶ Hæc eandem curam Dominus sub alia non dissimili metaphora commendauit: cum nos in hoc mundo non tanquam ciues & indigenas, sed tanquam aduenas & peregrinos versari voluit; ut omnes propheticum illud dicere possimus; A diuena ego sum in terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Peregrini enim & viatoris est, aliò tedere, nec stabilem in via sedem habere, sed alibi domiciliū, alibi genitale solū & patriam habere, & ad eam properare. Id quod in lege olim Dominus in modo adumbravit, cum inter tam varias ceremonias, quibus paschalem agnum manducare præcepit, hanc etiam adiecit, ut homines illum stantes, & lūbis accinctis, & manibus baculos tenentes, festinater comederent. Quid enim horum non ad viatores pertinet? Nā stare, ac festinater maducare, & accinctis lūbis esse, baculosque manibus tenere, viatorum propria sunt: qui cum aliò tédant, ibique mète defixi sint quod properant, vix sibi sedere, & lentè comedere permittunt, ut quam ocissimè ad optatum locum perueniant. Quid autem hoc solenni ritu Dominus designare voluit, nisi ut quicumque veri agni, immaculati, & incontaminati, hoc

ti, hoc est, Christi participes, & regni eius heredes esse volumus, 19. quādiu in hoc corpore degimus, viatoris & peregrini mentem atque animum assumamus? Viator enim toto animo in terminum viae intentus est, & ad illum in desefso studio & labore contendit. Quod vero ad hospitium declinat, non id agit vt in eo tanquam in domo, sed tanquam in hospicio vires cibo somnoque reficiat, quō celerius ad patriam solum peruenire queat. Sic igitur qui intelligit se in hoc mundo hospitem & peregrinum esse, & ad cœlestem patriam bonorum operum gressibus tendere; in qua se & parentes, & amicos, & opes, & bonorum omnium copiam habiturum sperat; & in qua breui huius vitæ curriculo consummato se perpetuo mansurum credit; eò curas & cogitationes suas, omniāque vitæ studia dirigit, illam cogitat, in sola eius cogitatione acquiescit, de illa dies noctesque differit, cum Propheta clamans; Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni dabo dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non mominero tui. Denique si aliquando ad rem familiarem curandam digreditur, non id agit, vt opes immensas congerat, vt altas in hoc seculo radices iaciat; sed vt itineris necessitati, non in sensu cupiditati provideat. At quantum ab hoc proposito & affectu distat, qui omnes curas & cogitationes suas sic in terra defixas habent, ac si ad hanc vitam solum fruendam, non ad aliam conditi essent! Sic enim terrenis bonis inhiant, sic se totos congerendis opibus in extrema etiam senectute addicunt, quali perpetuo in ea mansuri essent. Quod certe non leue indicium est, nequaquam illos ad eam sortem pertinere, quæ nunquam illis venit in mentem, nec quicquam eius amore inducti faciunt.

§. II.

22

Hæc tria sunt, fratres, quæ à nobis Dominus exigit. Nunc secundo loco videamus, quid hæc ipsa præstantibus vicissim promittat. Hoc autem explicat, cum protinus subdit; [Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcingeret se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.] His pauculis verbis eximium sanctarum animarum gloriam Dominus ostendit. Quæ enim excogitari maior gloria potuit, quam vt rerum omnium conditor & Dominus se in earum obsequium præcingere & ministrare dicatur? Nunquam enim Aman ille ad tam excelsum honoris gradum aspirare ausus fuit, vt ab Assuero Rege hunc sibi honorem exhiberi postularet. Hoc autem orationis genere, fratres, nihil humile aut terrenum

terrenum cogitare debemus. Nec enim in cœlo corporæ mensæ, aut mensarum recubitus, & earum ministeria sunt. Quid igitur hoc loquendi genere indicare Dominus voluit? Certè summum quandam honoris & dignitatis gradum, multoque maiorem quam humana mens concipere possit. Sicut enim summus honor esset, si Rex aliquis maximus seruo suo ad mensam accumbenti seruiret: ita hac loquendi figura summum quandam & ineffabilem honorem, quo vigilantes seruos Dominus in regno suo ornaturus est, voluit designare, de quo quidem honore alibi dixerat; Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. D. verò Gregor. hoc in loco, transitus huius nomine, duplicem illam beatorum gloriam; de qua ipse alibi dixerat; Ingredientur, & egredientur, & pascea inuenient; significari ait. Ingredientur enim cœlesti omnes in vastam illam atque immensam diuinitatis abyssum: ac deinde ad pulcherrimam sacræ humanitatis speciem contemplandam egrediuntur: & utrobique ineffabilis suauitatis pascea, quibus plenissime satiantur, inueniunt. In immensa quippe illa diuinitatis abyssu non vno aliquo bono, sed bonis omnibus fruuntur, & satiantur: quemadmodum Propheta testatur, cum ait; Satiabor cum apparuerit gloria tua. & alibi; Adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem: siue (vt alij vererunt) fatietas lætitarum est cum vultu tuo. Quo verbo non vnā aliquam lætitiæ rationem, sed omnia lætitarum, delectationum, & gaudiorum genera complexus est; quibus fruitor quisquis Dei faciem contuetur. Cuius rei typum gerebat manna, quod saporum omnium suauitatem continebat. Sed in hoc tamen discrimen erat: quod non simul omnes rerum saporos vescenti referere, sed modò hunc, modò illum, pro voto videlicet edentis: at cibus hic cœlestis omnes saporos atque suauitates simul exhibet beatis. Quæ ex re perfectissima animæ tranquillitas, & desideriorum quies manat. Quo quidem argumento lætitiæ huius magnitudo colligi aliqua ratione potest. Tantò enim vnaquæque voluptas maior est, quantò plures ea sensus oblectat. Vt enim si quis ignibus, & lumina luminibus addat, ignem & lucem efficit pleniorē: ita si quis gaudia gaudijs, delicias delicijs cumulet, lætitiā & iucunditatem efficit vehementiorem. Vnde qui solenne aliquod epulum instituit, omnia quæ voluptate aliqua sensus titillare possunt, diligenter quaesita in conuiuio exhibet; nempe cibos lautissimos, qui palatum

Psal. 136.

20

Simil.

Ioan. 12.

Gregor.

Ioan. 10.

Psal. 16.

Psal. 15.

Sapient. 16.

Simil.

Simil.

tum alliciant; frondentium arborum amcinitates, quæ oculos pascant; aromata & vnguenta pretiosa, quæ odore suo nares reficiant; cantus & tibicines, qui aures mulceant; dicaces homines & paratos, qui risum moueant; eloquentes & eruditos homines, qui dictis & sententijs intellectum instruant; & amicos etiam, qui conspectu & conuictu suo animum recreent, & oblectent. Quibus rebus sit, vt nullus pendens sensus, nullaque vis animæ sit, quæ suæ voluptate non fruatur. Hac igitur ratione cœlestis gloriæ magnitudinem vtrunque coniectare licebit. In qua nullus in corpore sensus, nullaque in anima nostra vis erit, quæ non suam, & quidem summam, non ad horam, (vt illa conuiuantium) sed in omni æternitate percipiat voluptatem. Est enim illud vniuersale bonum, quod vniuersas animæ nostræ vires & sensus plene satiat, implet, & miro modo reficit. Vnde ipse Dominus Moyse ait; 26. Ego ostendam tibi omne bonum.

Hac igitur gloria beatorum animæ fruuntur, cum illud immensum & impermeabile diuinitatis pelagus ingrediuntur. Alia verò fruuntur, cum ad pulcherrimam sacræ humanitatis Christi speciem contemplandam prodeunt. Quam ex parte discipuli in transfiguratione Domini videntes, tanta lætitia completi fuere, vt Petrus Apostolus tria tabernacula, nesciens quid diceret, ibidem fabricari postulauerit. Quemadmodum enim nimius vini potus sic in homine dominatur, vt omnem illi mentem eripiat: sic eius lætitiæ magnitudo Petri mentem inebriauerat, vt vix vllus in eo sensus, qui officio suo fungeretur, remaneret; lætitiæ magnitudine totam animæ eius regionem peruadente. Si igitur illa gloria: (vt ita dicam) guttula sic discipulorum animos, adhuc in carne degeneres, affectit; quid faciet abundantissimus ille superne voluptatis torrens, quo fidelis anima ab vberitate domus Dei inebriabitur? Hoc vtrunque dici potest; sed mente tamen comprehendere non potest. In hac autem sacræ humanitate cum multa sint quæ Sanctorum mentes ineffabili iucunditate permulceant; tum illud eos mirabiliter affectit, quod illius meritis sciunt se ad eam gloriæ magnitudinem peruenisse. Tunc enim plene Dominicæ redemptionis beneficium agnoscunt, cum quid per illud consequuti sunt, experiuntur. O quas tu laudes, quas gratiarum actiones pro tanto beneficio agent! que amoris oscula sacris illis stigmatibus, per que tantam salutem adepti sunt, ore cordis affligent! quo affectu voces illas, grati animi indices, ex Apocal. 5. Ioannis intonabunt; Dignus est agnus qui occisus est accipere

perire virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Quamobrem? Pauld ante rationem reddiderant, dicentes, Quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione; & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terram. Hoc igitur modo Sanctorum animæ ingrediuntur, & egrediuntur; & vberissima diuinitatis, & sacræ humanitatis in excelsis montibus Israël pascua inueniunt: quibus tanta plenitudine satiantur, vt nihil amplius quærant, nihil sitiant. Quamuis autem dispar sit gloria singulorum, suatamen quique plene & perfecte beatus est: quemadmodum minora vasa cum liquore aliquo plena sunt, non minus quam maiora plena sunt.

§. III.

29 ¶ Hoc est igitur præmium, fratres, quod vigilantibus seruis Domini. Simil. nus promittit: hic vltimus humanæ vitæ finis, & perfectissimus status: ad quem vota omnia atque desideria nostra aspirant: quod cum venerint, plenissime conquelescent. Ideoque non mirum si beati ab ipsa veritate prædicantur, qui ad hanc tantam felicitatem perueniunt. [Beati, inquit, serui illi, quos cum venerit Dominus, inueniunt vigilantes, et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita inueniunt, beati sunt serui illi.] Diuus Gregorius humanam vitam tribus no. Gregor. tibus vigilijs comparat. Pueritiam enim, primam esse vigiliam ait; iuuentutem, secundam; senectutem, tertiam. Eos verò Dominus pronuntiat beatos, qui sic in his omnibus vigilijs parati sunt, vt in quacunque earum Dominus venerit, vigilantes inueniat. Vigilat autem Idem. (vt idem Gregor. ait) qui ad aspectum veri luminis, mentis oculos apertos tenet. Vigilat, qui seruat operando quod credit. Vigilat, qui se torporis & negligentia tenebras excutit. Ac postremo vigilat, qui in continua Dominici aduentus expectatione est; datque sedulo operam, ne vllam passanti Domino moram faciat, & ne quid intra pectoris sui domum sit, quod oculos intrantis offendat. In quo quidem opere sit intentus est, vt nusquam aliud declinet, & nunquam ita rebus ad huius vitæ vsum pertinentibus prospiciat; vt hanc a se curam abijciat. Quem quidem animum Diuus Hieronymus se habere testabatur; cum diceret; Sine comedam, sine bibam, semper auribus meis vox illa insonare videtur; Surgite mortui, venite ad iudicium. Neque enim quotidiana mors minus quam extremum illud iudicium pertimescenda est: quando quod de vnoquoque nostrum in morte definitum fuerit, stabile & immotum in extremo

mo illo iudicio erit. Ideoque tanta cura Dominus paratos nos ad hunc primum eius aduentum inueniri vult. Quia verò eius hora incerta est (nec enim satis constat, an prima, an secunda, an tertia vigilia venturus sit) ideo qui quis paratus inueniri vult, in omnibus vigilijs expeditus esse debet: alioqui si in aliqua dormierit, periculum est, ne in illa veniens Dominus, dormientem atque imparatum deprehendat: quod periculorum omnium maximum est.

Hoc autem appositissima deinde similitudine Dominus declarat, atque confirmat. [Si enim, ait, sciret pater familias qua hora sur veniret, vigilaret utiq; & non sineret perfodi domum suam.] hoc est, illa quidem hora sollicitè vigilaret, cæteris verò citra periculum dormire & requiescere posset. Quia verò de horâ aduentus eius incertus est, & periculum timetur, tota illi nocte vigilandum est, si domum suâ ab hoc periculo indemnem seruare velit. Hoc est autem quòd in sacra huius lectionis sine Saluator indicat, cum tandem cõcludit; [Ideo & vos estote parati: quia quâ hora non putatis, filius hominis venturus est.] hoc est, quia horam ignoratis, omni hora vigilare debetis. Idcirco autem (vt D. Gregor. hoc in loco ait) horam vitamam voluit nobis esse incognitam, vt eam semper haberemus suspectam; vt dum illam præuidere non possumus, ad illam sine intermissione præparemur. Sic enim mors ipsa, cum venerit, vincetur, si prius quàm veniat, semper timeatur.

Quantum autem nostra intersit perpetuò vigilare, non obscure Saluator ostendit, qui toties nos in Euangelio hortatur, vt attentè vigilemus, & de salute nostra solliciti simus, vt quæ omnem à nobis inertiã atque seignitiã diligenter excutiamus. Hinc apud Mattheum, *Matth. 24.* Vigilate, inquit, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. *Luc. 21.* & apud Lucam; Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia ista quæ ventura sunt, & stare ante filium hominis & apud Marcum adhuc instantius; Videte, vigilate, & orate. & Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Causam autem huius toties repetitæ admonitionis subiungit, cum subdit; Quia nescitis, quando tempus erit: hoc est, (vt alibi explicat) quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Quid igitur deinde? Nimirum quia tota salus vestra in hoc præcipuè posita est, vt hora illa vos expeditos atq; paratos inueniat. Quod aperte illa decem Virginum parabola indicat: quarum quinque paratæ, quinque verò imparatæ erant: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum Sponso ad nuptias, & clausa est ianua: quæ verò cum primùm parari cõperunt, occlusam ianuam inuenientes, foris

34 foris perpetuò remanserunt. Magister ergo cœlestis, qui vt iudex hominum, ita mediator & amator est, huius tanti periculi præcius, oportuè nos huius vigiliæ ad monet: vt qui probè notar, salutis nostræ negotium in hac præcipuè tempellua præparatione situm esse.

Quid igitur, an non satis est, cum iudex ad ianuam pulsauerit, tunc primùm vigilare, ac parari? An non videmus multos, qui improbè vixerunt, cum aliquo morbo grauiter vexantur, magna verè contritionis atq; compunctionis signa edere? & magno gehennæ atque diuini iudicij metu concuti? & mundi gloriam, atq; terrenas opes, vt fragiles & caducas, pro nihilo ducere? & liberaliter eas testamento alijs legare? Omnia autem hæc nõ vulgaria verè pœnitentiæ signa sunt. Videmus hæc planè. Verùm hæc omnia in his, qui tota vita improbè vixerunt, dubium est an à sola morbi angustia, an à diuina gratia proficiantur. Afflictiõ namque vrgentis morbi futurarum pœnarum acerbiterat (quæ ipsa morte sunt acriores) ante oculos ponit. Mortis verò impendentis metus, & anteaactæ vitæ ratio reddenda, timorem diuinæ seueritatis incutit. Terrenas autem opes cõtenuere relicturum, difficile non est. Morbi autem cruciatus, quem solus ille cœlestis medicus curare, & hominem ab illa graui vexatione liberare potest, ipsum Deo subijcit, atq; prosternit: qui solus potest in tantis malis remedio occurrere. Omnes igitur hos affectus, graues & incurabiles morbi (nisi homo mente captus sit) in Christiano pœnitentiæ solè excitare. Sed si cœlestis gratia virtus desit; quæ hos pios affectus conferuet, abeunte morbo, ipsi quoque simul cum morbo abeunt. Sicut enim extincta lucerna, quæ domum illuminabat, lumè

36 etiam cum illa deficit: ita sublata illa causa, quæ hos animi motus excitabat, motus quoque ipsi cum illa euanescent & pereunt. Quâ rem quotidie in huiusmodi pœnitentijs cernimus, & quasi manibus cõtractamus. Recepta enim fanitate illico ad assuetam redeunt: & quæ vel fieri, vel restitui, atque refarciri præceperant, reuocant. Quocirca sapientissimus ille arbiter, cui omne cor patet, & omnis cogitatio loquitur; qui spirituum ponderator, qui discretor est cogitationum & intentionum cordis; huius extremæ pœnitentiæ periculum agnoscens (in quo non res pecuaria, aut pecuniaria, sed æterna vita in discrimen vocatur) nolens nos in re tanti momenti negligenter agere, toties nos ad vigiliam & sollicitudinem, ac animi præparationem inuitat. Hoc igitur agamus fratres, in hoc vnum totis viribus incumbamus, hoc dies noctesque meditemur: hæc sit prima curarum: primùm omnium studiorum atq; negotiorum, cetera omnia seruire de-

Simil.

Prover. 16
Hebræ. 4.

bent. Ad hoc enim à summo illo & sapientissimo opifice Deo cōditi, ad hoc pretioso eius sanguine redempti, ad hoc tot beneficis aucti atque seruari, ad hoc deniq; tamdiu patienter & misericorditer expectati sumus: frustra victuri, si omnia alia agentes, hoc vnum negligamus: felicissimè autem victuri, si ceteris neglectis, vel postremo loco habitis, hoc vnum diligēter curemus, vnde beatitudo atque felicitas nostra, vnde vera salus, & sempiterna vita pender; quæ vigilātibz seruis parata est. Ad quā nos clementer perducere dignetur Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuūt & regnat in secula seculorum, Amen.

IN FESTO ALICUIVS SANCTI
Confessoris Concio secunda; in qua, post Euangelicæ lectionis explanationem, octo simplicitatis christianæ gradus describuntur.

T H E. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Luc. II.



EN sacra huius diei lectione, fratres, duplicem nobis celestis magister lucernæ similitudinem proponit: quarum altera communis ad totius mundi salutem, altera priuata ad cuiusq; nostrum salutem pertinet. Prior illa lucerna, Christus Dominus est, supra Ecclesiæ candelabrum posita, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quamuis enim is in hoc præcipuè de cælis ad terras delapsus fuerit, vt peccata nostra in ara crucis expiaret, nosq; passionis suæ merito Patri suo, à quo disidebamus, reconciliaret; tamen hoc beneficio nō contentus, modis omnibus salutem nostram promouendam curauit. Inter ea verò beneficia, doctoris & magistri officium præcipuè numeratur: de quo Esaias olim vaticinatus est; Erūt, inquit, oculi tui videntes præcepto rem tuam, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis, Hæc est via, ambulate in ea, & nō declinetis ad dexterā aut ad sinistrā. Sic etiam Joel Propheta, Et filij, inquit, Siō lætami in Dño Deo vobro; quia dedit vobis doctorē iustitię. Apostolus item, Multifariā, inquit, multisq; modis olim Deus loquēs patribz in Prophetis; nouissimè diebz istis loquūt est nobis in filio; vt diuina eius autoritate freti, nulla nos mūdi autoritas, nulla terrena prudentiā philosophia, nulla Dæmonum astutiā à veritate semel eius autoritate cōcepta, dimouē

Esai. 30.

Joelis. 2.
Hebræ. 1.

ret. Itaq; cum aduersus pietatis opera, quæ aliquando molimur, terrena prudentia in surgere atque in clamare cœperit, nos fortissimum hunc diuinæ autoritatis murum illi constanter opponamus. Hinc D. Aug. Vt homines, inquit, fidentius ambularent ad veritatē, ipsa veritas in assumpto homine stabiluit atque fundauit fidem. Hac igitur de causa Saluator noster frequentissimè in literis sanctis, luminis & splendoris nomine designatur. Hinc Esai. Populus, inquit, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione vmbra mortis lux orta est eis. Idemque, Propter Sion, inquit, non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur.

Caterum Iudæi sibi tantum hoc celeste lumē præluere debere exultabant; idēq; cum viderent Spiritus sancti gratiam Gentilibz opera Petri cōmunicatam, obstupuerūt (vt Luc. ait) ex circumcissione fideles qui venerant cum Petro; quod in nationes gratia Spiritus sancti effusa esset. Verum tamen Dominus lucernam hanc neutiquam sub modio, hoc est, Iudææ tantum finibus continendam esse prædixit, sed supra Ecclesiæ candelabrum ponendam; vt non Iudæi modò, sed gentes etiam, quæ Ecclesiæ domum ingressuræ erant, lumen viderent, ne cæcæ in tenebris ambularent. Quod quidem celestis Pater de filio suo vaticinatus fuerat his verbis: Parū est vt sis mihi seruus ad fuscitādā tribz Jacob, & fœces Israël cōuertēdas. Dedit te in lucē gentiū, vt sis salus mea vsq; ad extremū terræ. Rectè enim Apostolus: An Iudæorū De⁹ tātūm? nōne & gētiū? imò & gētiū, Nec em̄ clarissima illa toties promissa, tā diuq; expectata salus, Iudææ angulo cōcludenda, sed ad omnes gentiū oras quàm latissimè propaganda erat. Hoc est igitur quod in sacra huius diei lectione Saluator ait: [Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neq; sub modio; sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen vident:] quod videlicet homines intelligant, & à quo conditi, & in quem finem conditi, & quod gressus suos dirigere debeant, hoc lumine collustrati videant.

Quamuis autem hoc lucernæ officium ad Christum Dominum præcipuè spectet, Ecclesia tamen illis etiā accōmodat, qui eius Spiritu ducti, ipsius in Ecclesia officium exercent: de quorū numero sanctus hic extitit. N. cuius hodiè solēnia celebram; qui supra Ecclesiæ candelabrum à Domino positus, lucis suæ radios circūquaq; diffudit: quibus illuminauit eos qui in tenebris & in vmbra mortis sedebant.

Occasione verò lucernæ (cui se Dñs cōparauerat) de alia priuata & singulari lucerna, quæ in vnoquoq; nostrum est, disserere incipit: vnde

Augest.

Esai. 9.

Idem. 61.

Actū. 10.

Esai. 49.

Rom. 3.

vnde ait: *[Lucerna corporis tui, est oculus tuus:]* siue (vt alij verterunt) lucerna corporis est oculus. Sicut enim corporea lucerna degentibus in tenebris lucem præfert, qua videant quid agant, qua via tendant: ita etiam corporeus oculus lucerna quoque est cæterorum eiusdem corporis membrorum. Hac enim luce manus quid agant, & pedes quò gressus dirigant, apertè vident. Hinc fit, vt qui perspicuè vidèt, cæteris quoque membris lucem præferant, totumque corpus huius lucis communiõne lucidum ac penè oculatum sit. Cum autem oculi aut lippitudine laborant, aut planè cæcutiunt, cætera quoque membra in tenebris degunt: atque ita totò corpus redditur tenebrosum. Hac igitur similitudine de corporis oculo constituta, ad mentis oculum (quò præcipuè Dominus tēdebat) transitum facit. Vt enim oculus lucerna corporis est: ita vitæ, operumque nostrorum velut lucerna quædam mens est, fide, doctrina, rerumque gerendarum cognitio-
 7
 ne illuminata. Quæ quidem cognitio si recta & sincera fuerit, omnibus actionibus nostris lucem præbet, qua quid sit agendum, quid vigiandum intelligimus: atque ita demùm cum huius lucis ductum sequimur, totum vitæ nostræ corpus purum, lucidum, & veluti ocularum efficitur. Si verò mēs nostræ prauis vulgi opinionibus, aut terrena prudentia, falsaque rerum æstimatione corrupta atque deprauata fuerit, aut etiam si ea cognitione, quam habet, ad sui ostentationem, ad lucrum, ad laudem, aut aliquam vitæ commoditatem, nõ ad vitæ regimen intemperanter abutatur, tunc deprauata atque obscurata mentis lucerna, totum vitæ corpus redditur obscurum & tenebrosum. Extincta enim lucerna, in tenebris homo degit, atque ita passim labitur, & corrui, & in multiplices peccatorum foueas cadit. Vt enim ex puro fonte puri riuuli deriuantur, ex turbato autem & cœnulento turbidi & cœnulent: ita cum mentis nostræ lumen cunctorum operum nostrorum veluti fons & initium sit, efficitur planè, vt fontis puritas aut impuritas in riuulos ab eo deductos transeat. Quo circa magno studio curandum est, vt hic fons purus, atque hæc lucerna fulgida sit. Quam rem Dominus diligenter vnumquemque nostrum prouidere admonet, cum subdit: *[Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint.]* Quo verbo, inter alia, hoc etiam monemur, vt rectas atque synceras de rebus opiniones ac sententias habeamus, ne ex illorum numero firmus, qui dicunt malum bonum, & bonum malum: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce. Ex hac enim peruersa de rebus opinione, innumera mala oriuntur. Hac enim de causa videmus perditos homines terre-
 8

Simil.

Esa. 5.

9
 na commoda Deo anteferre, cum propterea captanda, eius leges & præcepta nefariè contemnunt. Hac item de causa multi corpus animæ, & corporis commoda animæ commodis atque salutis præferunt: cum tamen immortalis animæ commoda infinitis propè partibus perituri corporis commodis anteferenda sint. Hac item de causa iidem studiosissimè quærent quæ ad hanc vitam (quæ momento temporis effluit) splendidè degendam requiruntur: quæ verò ad illà (quæ felicissima, immortalis, & serapiterna est) pertinent, perinde atque ad illam conditi non essent, proliis negligunt. Hac item de causa summo studio & contentione omnes corporis dolores & cruciatus fugiunt: acerbissima autem gehennæ tormenta, quæ improbis constituta esse fides catholica profitetur, proliis negligunt atque contemnunt. Vnde ergo hæc tanta voluntarum perueritas? Certè ab humanæ mentis ignorantia atque deprauatione, quæ præpollerè de rebus iudicans, cæcam post se voluntatem in has foueas præcipitat. Rectè ergo atque opportunè cælestis magister, *[Vide, inquit, ne lumen quod in te est, tenebræ sint.]* Quid enim ex his mentis tenebris, nisi tenebrosa vita consequi poterit?
 10

Contra verò si mens ab his tenebris libera, rectas de rebus opiniones habeat, earumque iudicium in vita sequatur, erit utique vita principio suo consentanea; & ex recto iudicio recta quoque vita consequetur. Quid deinde? Subdit Saluator, *[Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.]* Videtur hoc in loco idem inferri in se ipso: quare alij verterunt sic, *[Erit lucidum totum, vt cum lucerna fulgore illuminat te.]* Quibus verbis modum infert, quo vitæ atque actionum nostrarum corpus, lucidum effectum, nos illuminet: eo videlicet modo, quo corporea lucerna gressus atque opera nostra fulgore suo illuminat. Harum igitur duarum sententiarum hic ordo est.

Ex puro mentis oculo, pura quoque vita sequitur: eademque vitæ puritas mētis oculum, à quo profectæ est, magis purgat atque illuminat. Causæ enim (vt Philosophi tradunt) sunt sibi inuicem causæ. Itaque mater filiam, & filia matrem perficit & illuminat. Pura enim vita hominem Spiritus sancti templum efficit, in quo ille residens ipsum erudit, dum legis suæ decreta in eius visceribus & corde, iuxta Hieremiæ vaticinium, describit. Pura quoque vita velut purum speculum à sordibus terrenarum cupiditatum defæcatum est; quod solis insulsiat radijs obiectum, tantò efficitur lucidius, quantò fuerit ab omni peccati face purius. Quæ cum ita sint, meritò Dominus fulgo
 Hier. 31.
 Simil.

re ac puritate vitæ, fulgorem mentis perfici, & augeri, & velut quadam spirituali lucerna nos præire, & illuminare in omni vita ait.

Ex hac igitur diuinæ lucis participatione (quam puritate vitæ consequuntur) quanta sit piorum hominum prudentia intelligere licet. Quomodo enim ij affectiones suas regere, & rerum naturæ atque dignitati accommodare possent, nisi earum prius naturam & dignitatem agnoscerent? Quomodo voluntas nostra flagrantissimo Deum amore supra omnia diligeret, nisi tantum de eximia eius bonitate & pulchritudine agnoscat, quantum diligit? Quo modo terrena bona pro nihilo ducet atque contemnet, nisi quia eorum vanitatem, Spiritu docente, cognouit? Proferam etiam tibi duos eodem fidei lumine instructos homines; quorum alter mille passim lethifera crimina sine vlllo pungentis conscientie aculeo committet; alter verò prius omnia tormentorum genera subibit, quam vnum tantum mortiferum crimen admittat. Vnde igitur hoc tantum inter eiusdem fidei & religionis professores discrimen? Certè quia hic puritate vitæ, cœlestisque Spiritus magisterio doctus funestissimam peccati faciem, horribilemque deformitatem agnoscit. Hoc enim tantum odium ex illo diuini Spiritus magisterio profectum est: quo qui carent, in mille passim lethalia crimina sine vlllo doloris sensu miserrimè præcipitantur. Cum ergo recta vitæ institutio in hoc posita sit, vt pij homines expetenda amplectantur, & fugienda omni ratione vitent, efficitur sanè, vt illorum quidem dignitatem, horum autem deformitatem prænoscere debeant, cùm ad illorum amorem, & horum odium atque detestationem excitentur. Quo nomine Ioannes ait, Spiritus vnctionem pios docere de omnibus.

Nemo tamen ob hoc sibi ita hanc scientiam arroget, vt non intelligat, pluribus in rebus nos ministrorum Ecclesiæ magisterio atque doctrina indigere, cùm multa sint à communi hominum intelligentia remota, ab alijs tradenda. Hoc enim modo etiam Spiritus sanctus erudit nos: cuius est gubernare infima per media; hoc est, maiorum doctrina (qui in Ecclesia velut lucernæ supra candelabrum positi sunt) alios instituire, atque dirigere. Hactenus de Euangelica lectione: nunc sententiam, thematis verbis comprehensam, excutere incipiamus.

§. I.

§. I.

15

¶ [Si oculus tuus fuerit simplex &c.] Quamuis hoc in loco simplicitatis virtus ad singularem quandam virtutis rationem contracta sit: ego tamen in præsentī concione de ipsa, quatenus latissimè patet, Domino aspirante, dicere institui: quam rem non ingratus vobis futuram spero. Video enim virtutem hanc in literis sanctis & sæpè & multùm commendari. Dominus enim eximiam beati Iob sanctitatem hoc simplicitatis nomine prædicauit. Cùm enim Satan dixisset, se terram circuisse & perambulasse; respondet Dominus: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo? Sic etiam sanctum illum Patriarcham Iacob hoc nomine commendari legimus; Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Sapient. 25. piens verò eos qui Dominum quærunt, hac virtute instructos esse debere admonet his verbis: Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Intelligat enim quàm libenter Dominus simpliciū mentes inhabitat: de quibus apud Salomonem quoque legimus: Abominatio est Domino omnis illusor, & cum simplicibus fermocinatio eius. Quid verò illud Davidis Regis; Scio Deus meus quòd corda probes, & simplicitatem diligas? Videtis ergo fratres quàm multis modis hæc simplicitatis virtus commendetur? Quæ res impulit me vt paulò diligentius virtutis huius rationem & naturam indagarem, per quam Deum quærere, & inuenire poterimus.

Et quidem vulgus hominum, simplicitatis nomine, ignorantiam intelligit. Eos enim qui parùm prospiciunt, simplices appellare solet. Longè tamen aliter hoc nomen in literis sanctis accipitur. Et quidem aliam esse video simplicitatem erga Deum, aliam erga homines. De illa paulò post, de hac modò differam. Quam non video qua ratione meliùs vobis patefacere valeam, quàm si vitia huic virtuti aduersantia enumerauero. ¶ Sunt autem multa quæ simplicitati opponuntur. Simplicitas enim aduersatur primò quidem malitiæ, secundò versutiæ, tertio duplicitati, quarto curiositati, quinto (vt ita dixerim) multiplicitati. De his igitur suo ordine differam.

Principiò igitur malitia opponitur simplicitati. Quo morbo laborabat Nabal Carmeli; quem literæ sanctæ ferunt fuisse pessimum & malitosum. Malitosus autem est, qui sub omni lapide scorpionem dormire putat: qui ea quæ candidè & rectè

L1 2 sunt,

1. Ioh. 2.

Iob. 1.

Genes. 25.

Sapient. 1.

Prouer. 3.

1. Par. 29.

1. Reg. 25.

fiunt, sinistra interpretatione damnare, de omnibus malè sentire, 18
 ac de se ipso aliorum facta dictaque æstimare solet. Cum enim is fla-
 gitiosus sit, cæteros quoque flagitiosam vitã degere arbitratur. Hinc
 Eccl. 10. illud Salomonis: In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, om-
 nes stultos æstimat. Vnde Neronem Imperatorem dixisse ferunt, mor-
 tales omnes non minora quàm se peccaturos, si simili potestate atq;
 imperio potirentur. Potestatem enim non voluntatem ad facinora
 perpetranda cunctis hominibus deesse aiebat. Hoc autem modo de-
 linquunt, qui homines piè ac religiose viuentes, & sacra loca, & sacra
 menta, ceteraque pietatis opera frequentantes, hypocrisis & inanis
 gloriæ acculare solent; & cum externa opera nequeant, internam tamen
 intentionem damnant. Qua in re Dei officium & sedem impiè
 atque nefariè sibi arrogant; qui solus est cogitationum & intentionu
 Zepherin^o. scrutator atque discretor. Vnde extat illud Zepherini Papæ memo- 19
 rabile decretum: De occultis alieni cordis temerè iudicare peccatum
 est; & eum, cuius non videtur opera nisi bona, iniquum est ex suspi-
 cione velle reprehendere, cum eorum quæ occulta sunt, solus Deus
 arbiter sit. Ab hac igitur nos peste simplicitas liberat; quæ solam ex-
 ternam operum faciem videt; quæ candidè omnia iudicat; quæ colu-
 bina simplicitate omnia metitur; quæ in meliorem partem omnia
 accipit; quæ cum probare opera apertè mala non possit, aut intentio-
 nis rectitudine, aut ignorantia, aut humana infirmitate, aut tentatio-
 nis violentia (vt D. Ber. admonet) eadem excusare nititur. ¶ Nemo ta-
 men ita hanc simplicitatis virtutem colat, vt non meminerit à Domi-
 no Salvatore dictum esse; Estote prudentes sicut serpentes, & simpli-
 ces sicut columbæ. Hæc enim prudentia facit, ne simus humiles in
 sapientia nostra, ne circumferamur omni vento doctrinæ, ne creda-
 mus omni spiritui; sed probemus spiritus qui ex Deo sunt; memine-
 rimusque scriptum esse, eos qui citò credant, leues corde esse. Quæ
 cautio præcipuè tenenda est, vbi cum subdolis hominibus, aut hære-
 ticis versamur. Hinc Saluator, Attendite, inquit, ab his qui veniunt
 ad vos in vestimentis ouium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces: sic
 Matth. 7. Apostolus, Videte, ait, canes, videte malos operarios, videte concu-
 sionem; hoc est, eos qui circuncisionem defendunt, ne perse-
 cutionem crucis Christi patiantur. Extat autem in Ecclesiastica
 Philip. 3. historia locupletissimum huius rei exemplum. Cum enim sanctis-
 simus quidam eremita in Episcopum consecrandus esset, isque
 nequaquam à Lucio Arriano, sed à Catholico Antistite consecra-
 ri peteret, Luciusque blandis & fallacibus verbis se eandem fidem
 profiteri

21 profiteri testaretur: sanctus Anachorita prudenter atque constan-
 ter, Nequaquam, inquit, & Luci, te de verbis tuis, sed de operi-
 bus æstimare debeo; qui tot Christi sacerdotes, & Episcopos affli-
 xisti, & in exilium misisti: ideoque manus me tuæ contingere nullo
 modo debent.

Simplicitati etiam non solum malitia, sed etiam versutia atque
 astutia opponitur. Versutus autem homo est, qui dolis ac fraudibus
 circumuenire nititur innocentes; qui tanquam auceps pedicæ & la-
 queos nectit, quibus alios fallat; qui nihil rectè, nihil simpliciter fa-
 cit, sed miris omnia cuniculis atque meandris persequitur. Quia in
 re, se veluti Protheum quendam exhibet, varios vultus atque facies
 ad fallendum subinde commutans. Quod quidem Phariseorum dis-
 cipuli atque Herodiani fecerunt, qui his verbis Dominum illaqueare
 22 conati sunt: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate
 doces, & non est tibi cura de aliquo, &c. Sciens autem Iesus (vt Mar-
 23 cus ait) versutiam eorum, ait: Quid mententis hypocrisis? &c. Vix
 autem in Euangelica historia tanta Dominum acrimonia respon-
 disse aduersarijs suis legimus. Vnde liquet, quàm sit hoc vitium Deo
 inuisum: nec Deo solum, sed hominibus etiam. Vnde est illud Salo-
 monis: Inpatiens operabitur stultitiam: & vir versutus odiosus est.
 ¶ Illi autem inter cætera antmanta vulpi præcipuè comparantur;
 quæ multiplici astu atque insidijs prædam captat. Hinc Dominus
 Matth. 13. Herodem hac ratione vulpem appellauit: Ite, inquit, & dicitur vulpi
 illi, &c. Nec minus hoc nomen Cælinæ, atrocissimo populi Roma-
 ni hosti, conuenit, qui (vt Sallustius ait) cuiuslibet rei simulator: ac
 Sallustius. dissimulator erat: quod versuti atque doli hominis proprium est.
 23 In quo etiam ordine & crimine iure Davidis filium Absalonem nui-
 merare possumus; qui eisdem artibus ac dolis sanctissimo atque
 pijsimo patri exitum inferre nitentur. Quibus exemplis apparet,
 quàm sit hoc scelus detestabile, quod in homines adeo sceleratos &
 perditos cadit. Quorum discipuli atque sectatores sunt, qui eodem
 morbo laborant. ¶ Huic autem tertio vitio simplicitatis virtus
 contraria est, quæ nihil astu, nihil dolis, nihil fraudibus agit; sed sim-
 pliciter & aperta via graditur: cuius virtutis amulos, apertitos, & verita-
 tis atque recti cultores appellare solemus.
 ¶ Simplicitas etiam duplicitati aduersatur, de qua in Ecclesiastico le-
 gemus: Væ duplici corde, & labijs scelestis, & peccatori terram ingre-
 dienti duabus vijs. Duplices autem corde, bifrõtes Latini appellare
 I I.
 III.
 Tom. ij. l. l. 3 solent.

solent: qui videlicet aliud corde, aliud in fronte gestant. Quod vitium velut species quaedam sub astutia (de qua modo diximus) comprehenditur. Inter alios enim versutia astus, hæc cordis duplicitas numeratur; cum homines fallendi causa aliud corde tegunt, aliud ore profitentur. Quos regius Propheta notauit, cum de illis ait: Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. & iterum: Vana loquuti sunt unusquisque ad proximum suum: Labia dolosa, in corde & corde locuti sunt: aliud videlicet corde, aliud ore gestantes. de quibus idem alibi, Molliti, inquit, sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iaculæ suæ (ut alius vertit) lanceæ. Huius autem criminis malitiam & gravitatem Hieremias declarat his verbis: Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus: aut in gente huiusmodi non visitet anima mea? Super montes assumam fletum ac lamentum; & super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt, quod non sit vir perstantis, & non audierunt vocem dei: & non voluerunt cœli usque ad pecora transmigrauerunt & recesserunt. Et dabo Hierusalem in acervos arenas, & cubilia draconum, & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eod quod non sit habitator. Hactenus verba Prophetæ: cuius terrores ac miæ satis indicat, quantum conditori nostro hoc scelus iniustum sit, qui cum sit natura maximè simplex, vehementer hoc duplicis & malitiæ crimen detestatur. A quo malo nos Ecclesiasticus reuocare nititur, cum ait: Ne accipias faciem aduersus faciem tuam: hoc est, ne aliud corde; aliud verbis & fronte præ te feras. Sub hoc etiam crimine adulatores collocantur, qui blandis verbis venenum incautis propinant, & hac fraude alienas opes sæpè diripiunt. Sic ferunt fabulatores vulpem in corum incidisse, qui caseum gestabat in ore. Cuius vocem subdola vulpes collaudans, ad canendum inuitauit. At coruus amens hac laude delinitus, & canere incipiens, caseum ab ore demisit, quem vulpecula arripiens, delusum cantorem relinquens, cum caseo aufugit. Qua fabella sapientis viri adulatorum venena melle lita significare, & incautis prospicere voluerunt. A quo nos malo columbina simplicitas liberat, quæ, vt ipsum quoque nomen sonat, ab hac duplicitate aliena, simplici & recto corde cum hominibus versatur, nihil tegens, nihil simulans, nihil subdole occultans, nisi quod serpentis prudentia (quæ tacenda dicendaque discernit) tacendum atque dissimulandum esse diiudicat.

Est

27 Est etiam simplicitas, quæ curiositati aduersatur. Quæ quidem curiositas multiplex ac varia est. Est enim curiositas, qua sapientia studiosi præscriptos sibi à sobrietate fines transcendere nitentes, curiosa magis, quam salutaria indagare contendunt. A quo nos malo Apostolus auocare cupit, cum ait: Non plus sapere, quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et Sapiens, Altiora, inquit, te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed illa cogita quæ tibi præcepit Deus: & in pluribus operibus eius, ne fuiseris curiosus. Plurima enim supra sensum hominis monstrata sunt tibi: Solum quoque, Mel, inquit, inuenisti, comède quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Quam sententiam idem alibi declarat his verbis: Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Quibus verbis reuerentia diuinarum inquisitioni mensuram quandam nobis præfinit, vt tarantatis & ignorantia nostræ concij intra fines nobis præscriptos nos ipsos contineamus, neque vltra progredi velimus. Quos sæpè prætergrediuntur, qui curiosè inquirunt, quid diuina mens agebat, antequam mundi fundamenta iaceret; cur alios prædestinauit, alios præseruit; cur hos ad se trahat, illos non trahat; cur tam diu generis humani redemptionem distulit; aut cur tot infidelium nationes in tenebris agere patiatur, atque his familia. Hæc igitur sunt humanis tentibus inaccessa, quæ scrutari non licet, sed suppliciter cum Apostolo clamare: O altitudo diuitiarum, sapientia & scientia Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Fortasse autem prima illa parentis nostræ inobedientia huiusmodi curiositatis affectatione non caruit; quæ vt vidit lignum aspectu pulchrum, & ad vescendum suaue, curiositate facinorea, an id, quod serpens pollicitus illi fuerat, verum esset, experiri voluit.

Est alia item curiositas, qua homo sui negligens, quæ aliena sunt, sollicitè inquirat. Itaque aliorum dicta, facta, mores, ingenij, similitudines, liras, genus, quosatque status sic inquirat, quasi de hominibus vita & moribus istis non tam exorere deberet, qui tamè neque se ipsum, neque mores, neque ingenium, neque rectè an hominis viuat, indagare curat; atque ita demum intra seipsum velut peregrinus in aliena regione vagatur. Quod curiositatis genus latissimè patet, cum videamus palsum homines in aliorum vita perstruenda esse diligentissimos; in sua verò perquirenda, negligentissimos. Quæ in ære apparet, quàm sit præpoterum hominum ingenium; qui id maximè curant, quod

Ll 4

quod

quod negligendum esset; id verò negligunt, quod esset magnopere curandum. Quod perinde est, ac si quis aliorum vulneribus diligenter medicinam adhiberet, sua verò, quæ lethalia essent, minimè curaret.

Est alia etiam curiositas eorum, qui omnia quæ ad vsum vitæ requiruntur; nempe domum, stratum, vestem, cibos, pocula magna arte elaborata, in pretio habenda esse contendunt. In quo crimine diues ille epulo erat, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide; cui apud inferos agenti, & guttam aquæ petenti, Abraham dixit, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua; & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.

Huic autem triplici curiositati, triplex item aduersatur simplicitas. Prima est eorum, qui simplici & recta diuinorum mysteriorum fide contenti, quæ supra inquisitionis & facultatis humanæ caput posita sunt, deserentes, maiorum, & Ecclesiæ traditionibus contenti, intellectum suum pia credulitate in obsequium fidei capti uant. Alia verò simplicitas est eorum, qui ut se ipsos plenius inspiciant, ab omnibus alijs oculis auertunt. Itaque aliena, quæ ad se minimè pertinent, missa facientes, totum studium suum in vita, moribusque suis indagandis, atque ad normam diuinæ legis componendis, impendunt. Tertia verò simplicitas est eorum, qui simplici vitam, cultu, & habitu, hoc est, naturæ diuinitis contenti, quidquid humana ambitio, quidquid fastus, superbia, libido, & curiositas hominum excogitauit, tanquam luxuriæ, gula, auaritiæ, & superbiæ irritamenta, à naturæ simplicitate abhorrentia, procul à se repellunt. Quam vitæ formam multi hominum, ac præcipuè Stoicis, sectati sunt, quibus propositum erat, secundum naturam viuere, necessitati que, non voluptati seruire. Longè tamen perfectius philosophia nostræ hoc docet: quæ tota in terrenarum rerum contemtionem, & celestium amore posita est.

V. Est & alia simplicitas, quæ multiplicati (ut ita dixerim) contraria est. Quæ quidem virtus ad eos maximè spectat, qui se totos celestium rerum contemplationi, studioque sapientiæ addixerunt: qui ab omnibus alijs curis negotijsque seriatim, illud vnum querunt, quod vltimè Dominus Martha significauit, cum dixit: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plura: parò vnum est necessarium. Quæ quidem de re alibi paulò fufius disseruimus. Nunc de ea simplicitate, quæ erga Deum seruanda est, pauca agamus.

§. III.

De hac igitur Saluator in sacra huius dielectione, [*Si oculus*, inquit, tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.] Quo in loco, oculi nomine, non modò fidei atque doctrinæ lumen (ut initio diximus) sed intentionis quoque puritas meritò designatur. Verè enim bonorum operum meritum & rectitudo ab intentionis puritate & rectitudine maximè pendet. Cum enim ad operis bonitatem omnium circumstantiarum rectitudo ita necessaria sit, ut vel vna deficiens, operis quoque rectitudo deficiat: recti tamen finis circumstantia adeò necessaria est, ut ab ipsa opus nostrum & speciem, & nomen, & bonitatem sortiatur. Quocirca sollicitus virtutum amator & cultor totum studium suum erga huius intentionis puritatem conuertere debet. Hinc D. Greg. Sicut domus fabrica columnis, columnæ autè basilibus innituntur: ita bona opera nostra virtutibus, virtutes autem mentis intima intentione innixæ subsistunt.

Ad hoc autem illud præcipuè curandum est, ut in omni opere nostro Dei gloriam & beneplacitum proponamus. Quod etiam in operibus ad vsum vitæ necessarijs facere monet Apostolus cum ait: Siue comedetis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Quò autem purius hanc eius gloriam & beneplacitum spectauerimus, hoc illi gratius obsequium præstabimus, maiusque nobis meritum comparabimus. Licet quidem & penarum metu ad bona opera excitari: quod Diuus Hieronymus faciebat, qui se gehennæ metu ad horridum illum deserti carcerem damnasse testatur. Licet & celestis præmij intuitu ad idem induci: quod se regius Propheta facere testabatur, cum diceret: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem: siue (ut D. Hieron. ex Hebr. veritè) propter æternam retributionem. Nemo tamen in hoc tantum sistere debet, nisi hæc ipsa ad Deum referatur. Rectè enim D. Augustinus, Minus, inquit, te Domine amat, qui tecum aliquod amat, quòd non propter te amat. Caterum ut perfecta charitas, autore Iohanne, penarum timorem admittit: ita eadem à mercedis intuitu oculos auertit, Deumque puro mentis oculo intuetur: quem citra mercedis spem solà immensa bonitatis & pulchritudinis eius causa flagrantissima dilectione amplectitur: & quò magis à mercedis intuitu oculos auertit, hoc maiorem operis sui mercedem resert. Charitas enim (ut D. Bernard. ait) mercenaria non est, & tamen sine mercede non est. Ad hunc autem charitatis gradum nec sanctissimum quidem Iob peruenisse. Dæmon fuit

psal. 118.
Hieron. ad Eustochi.
psal. 118.
August.
1. Ioh. 4.
Bernard.
quidem

L1 5

quidem arbitrabatur: Deo enim illi dicente, Nunquid considerasti ³⁶
seruum me um Iob, quod non sit ei similis in terra; homo simplex &
rectus, & recedens a malo: Da mon respondit, Nunquid Iob frustra
timet Deum? nonne tu vallasti eum; ac domum eius, vniuersamque sub
stantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, &
possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, &
tange cuncta quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Haec tunc
ille. Ex cuius verbis intelligere licet, quanta dignitas in hac intentio-
nis puritate, quam descripsimus, sita sit; quando eam callidissimus il-
le hostis sanctissimus illi viro tribuere volebat. Quod magis enitendum
nobis est fratres, vt huc perueniamus, quod viri huius laudatissimi imi-
tatores simus.

Si quis autem difficile atque arduum putat, vt homio, vtilitatis
suae audissimus, hac intentionis puritatem & simplicitatem adipisca-
tur, audiat Ethnicum hominem nos ad hoc ipsum adhortantem: ³⁷
sic enim Seneca, Propositum est nobis secundum rerum naturam
vivere, & deorum exemplum sequi. Dij autem quodcumque faci-
cunt; in eo nihil praeter ipsam faciendi rationem sequuntur: nisi
forte existimas, illos fructum operum suorum ex fumo extorum;
& thuris odore percipere. Vide quanta quotidie moliantur; quan-
ta distribuunt, quantis terras fructibus implent, quam opportunis,
& in omnes oras ferentibus ventis maria permoueant; quantis im-
bribus repente deiectis solum molliant, venasque fontium aren-
tes redintegrent, & infuso per oeculta nutrimento renouent. Oma-
nia ista sine mercede, sine illo ad ipsas perueniente commodo fa-
ciunt. Haec quoque nostra ratio, si ab exemplari suo non aberrat,
seruet; non ad res honestas conducta veniat. Pudeat vllum vena-
le esse beneficium. Gratuitos habemus Deos: si Deos quidem imi-
tatis, da & in gratis beneficia. Nam & sceleratis sol oritur, & pira-
tis patent maria. Haec tunc Seneca; cuius verba magnum fidelibus
incurere pudorem debent, si fidei luce collustrati non dant eo perue-
niant, quod Philosophus hic vel peruenit, vel perueniendum esse
monstravit.

Si quis autem nondum tantos in charitate processus fecit; vt
ad hanc intentionis puritatem ac simplicitatem peruenit, illud
tamen curare debet, vt si in precibus ac pietatis operibus quae mo-
latur, aliquam terrenam commoditatem intueatur, id sinistro (quod
ajunt) oculo fiat, dextro tamen oculo Deum aspiciat, vt eadem il-
lam commoditatem ad eius gloriam & obsequium referens. Sine
autem

39 autem multi vsque adeo terrenis rebus affixi, vt non raro & preces
& vota faciant, & elemosynas largiantur, & ieiunijs interdum atque
vigilijs corpus affligant, vt terrena bona, quae suueter appetunt, a Do-
mino impetrent, non vt illi obsequantur; sed vt votorum suorum
compotes fiant. Sic enim multi vt prosperè nauigent; alij vt in lite,
quam intendunt, superiores euadant; alij vt optatas nuptias assequa-
tur; alij vt ex sterili vxore sobolem suscipiant; nonnulli vt ad maio-
ra in Repub. vel in Ecclesia muna & dignitates promoventur; &
preces, & vota, & elemosynas faciunt; quae ubi ad eum fuerint, om-
nia illa pietatis opera deserunt; vt potè qui his studijs nequaquam
Domini gloriam, sed suam ipsorum commoditatem captabant. ^{Simil.}
Apparet autem hos omnes sic pietatis operibus vt, quem admodum ta-
bulatis atque fornicibus ligneis carmentarij; quibus, opere iam ab-
30 soluto, amplius non vtuntur. Illos autem hoc in loco indignos
arbitror qui commemorari debeant, quorum tantus furor atque
caecitas est, cum ad furta, flagitia, adulteria, & vindictam de inimicis
iniuste sumendam pergunt, simili modo se precibus & votis Deo
commendant, vt quod nefarie concupiscunt, assequantur. Qui du-
plici nomine accufandi sunt; & quia scelerata opera moliantur; &
quia sanctitatis & iustitiae autorem Deum scelerum suorum partici-
pem atque patronum faciunt.

Hos igitur scopulos omnes, quos haec tunc Christianae simplici-
tati aduersari admonuimus fratres, diligenter vitare studeamus, om-
nemque malitiam, versutiam, duplicitatem, curiositatem, & immo-
dicam terrenarum rerum cupiditatem a moribus nostris studiose
41 repellamus, & columbina simplicitate illius mores imitari studea-
mus, cuius simplicitatem & innocentiam Spiritus sanctus in colum-
bae specie super illum veniens designauit. Quam is virtutem in Ec-
clesia sponsa sua sic adamauit, vt inter egregias eius virtutes hanc
praecipue commédauerit, cum dixit: Ecce tu pulchra es amica mea,
ecce tu pulchra es oculi tui columbarum. Sic enim fiet, vt huius vir-
tutis imitatione Christo Domino similes effecti, & ab eo diligamur,
& per similitudinem gratiae ad eius gloriae communionem & simi-
litudinem perduci mereamur.

¶ IN FESTO SANCTARVM VIR-
ginum Concio prima; in qua lectio Euagelica explanatur: vbi
etiam quid prudentium, quid fatuarum Virginum nomi-
ne significetur, paulo fusius exponitur.

T H E. *Simile est regnum cælorum decem virginibus: que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso & sponsæ. Quinque autem ex his erant fatuæ, & quinque prudentes. Matth. 25.*



N hodierna sancti Euangelij lectione insignis quædã parabola decem virginum; quarum quinque fatuæ, quinque prudentes erant; à Dño proponitur. Vt autè qua occasione illam proposuerit, quid; in ea nobis significare voluerit, intelligatis, quid illà antecesserit, paucis indicabo. Egreffente Dño ex augustissimo illo Hierosolymorum templo, discipuli, insignes lapides & stru-
cturas illi ostèdentes, dixerunt, Magister, vide quales lapides & stru-
cturæ! Quibus ipse respòdit, Videtis hæc omnia? Amè dico vobis, nõ
relinquetur hic lapis super lapidè, qui nõ destruat. Sedente autem
eo super montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli secretè, dicè-
tes, Dñe nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, &
cõsummationis seculi? Dñs ergo discipulis morè gerere, & nos in il-
lis erudiri volès, vtriusq; rei, quæ ab illo exigebatur, signa, longa ora-
tione simul explicuit. Signa autè Hierosolymitanæ vastationis missa
faciès, signa aliqua cõsummationis seculi, extremique iudicij (quæ
multa & varia, maximèq; horribila sunt) exponès, hæc etiã addidit:
Erit tũc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mudi vsq; modò,
nec fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non salua esset omnis caro;
sed propter electos breuiabuntur. Et mox: Statim autè post tribulatio-
nè dierũ illorũ Sol obscurabitur, & Luna nõ dabit lumè suũ, & stelle
cadèt de cælo, & virtutes cælorũ commouebuntur; & tũc parebit signũ
filij hominis in cælo; & tũc plagent omnes tribus terræ, & videbunt
filium hominis venientè in nubibus cæli cum virtute multa & maie-
state. Hæc, & alia his nõ dissimilia Saluator commemorauit, quibus
quàm sit dies illa formidanda exposuit. Quocirca humanæ salutis
amator Dominus varijs similitudinibus nos ad hunc diè (in quo de
tota æternitate sententia ferenda est) paratos esse admonet. Ad hoc
enim parabolam inducit patris familias supra domus suæ custodiam
vigilantè; itemq; fidelis serui Domini sui aduentum præstolantis; &
improbi etiã serui hanc ipsam curam negligentis. Ad hoc item para-
bolã adiecit Dñi peregrè proficiscitũs, & caetera seruis suis, quibus ne
gotiarentur, distribuatis. Quæ omnia ad hũc finè destinata sunt, vt
perpèctã

Matth. 24.

Matth. 24.

4 perpèctã tanti huius periculi magnitudine, nos ad hunc adèd formi-
dabilem diem omni studio & sollicitudine præparemus: cùm salutis
nostræ summa in eo posita sit, ne nos hæc dies imparatos deprehen-
dat. Nec his parabolis contentus, adiecit hæc etiam commendat. Noue-
rat enim is, qui simul & Pater, & iudex noster est, eius diei magnitu-
dinem & periculum; ideoq; paterna charitate ductus tot rationi-
bus nobis id commendare voluit, vnde tota æternitatis nostræ salus
& vita pendeat. Hanc igitur hodiè parabolam (quæ magni mysterij
reserta est) explanaturi, cœlestem opem, sacratissimæ Virginis in-
teruentu, suppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

¶ Celebris D. Dionysij sententia est, diuinæ lucis radios, corporearũ
rerum velaminibus tectos ad nos permanere. Ea enim Dei, rerumq;
diuinarum altitudo atque sublimitas est, eaq; rursus intellectus no-
stri in hoc ergastulo carnis immerfi imbecillitas & obscuritas, vt nec
Deum, nec diuinas res, nisi corporearum rerum velaminibus tectas,
percipere valeat. Hæc enim vt magis familiarè, ita magis notè nobis
sunt: atq; ita nos ad spiritualium rerum cognitionem velut potrecta
manũ ducunt & atollunt. Hac ergo de causa Saluator cœlestis regni
mysteria sub rerum corporearum similitudinibus turbis ad se con-
suetibus proponebat: quod in sacra huius diei lectione facit. Sic
enim ait.

[*Simile est regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades
suas exierunt obviam sponso & sponsæ.*] Regni cælorum nomine cœle-
stis magister non modò regnum ipsum cælorum, in quod omnes tẽ
dimus, sed omnia etiam quæ ad hoc regnum consequendum perti-
nent, designare solet. Hoc autem in loco cœlestis regni nomine id iũ-
telligit, quod ad hoc regnum promerendum atque consequendum
maximè necessarium est. Quid autem illud sit, in huius parabolæ fine
explicat, cum ait: [Vigilate ergo, quia nescitis diem neq; horam.] Hæc em̃
vigilantia, hæc pia cura & sollicitudo ea omnia suggerit atque mini-
strat, quæ ad hoc regnum capeffendum requiruntur. Quàm sit verò
hęc vigilantia necessaria, proposito decem Virginum exemplo com-
modissimè declarat. Et quidem Virginum nomine fideles omnes,
siue probos, siue improbos intelligit. Virgines autem appellatur, pro-
pter incorruptam fidei sinceritatem, quam Christiani omnes profi-
tentur. Infideles enim & hæretici in literis sanctis adulteri & meretrici-
ces appellantur. Ex his autem Virginibus quinque fatuæ, & quinque
pruden-

prudentes esse perhibentur. Quod significatur, inter eiusdem fidei proflores, alios probos, alios improbos; alios lucis, alios tenebrarum filios esse; hoc est, alios qui iuxta fidei suae praescripta, alios qui iuxta carnis & mundi leges vitam instituant: è quibus illos quidem prudentes, hos verò Dominus fatuos appellat. Harum autem virginum prudentiam atque fatuitatem in eo positam esse docet, quòd prudentes quidem Virgines, acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: quòd tamen fatuae facere neglexerunt. Lampadis autem nomine; quæ tenebras discutit, lucemq; hominibus praefert; fides intelligitur, quæ errorum tenebras dispellit, humanisque mentibus lucem praebet, viâ quæ ostendit, qua homines rectè in cælum tendere possint. Vnde est illud ex Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, & Salomon Mandatum, inquit, lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplina. Quæ verò nomine; quòd his lampadibus infunditur; charitatis & misericordiæ, cæterarumque virtutum opera designantur: ad quæ nos fides ipsa dogmatibus suis inducit, quæque fidem ipsam perficiunt, roborant, & illustrant. Hoc est igitur oleum quòd prudentes Virgines sibi opportunè prouiderunt, ne cum spon sus adueniret, imparatæ inuenirentur. Quam quidem curam fatuæ vir gines habere noluerunt, quæ fidei lampade contentæ, fidei opera sibi comparare neglexerunt.

[Moram autem faciente sponso, dormitaerunt omnes virgines, & dormierunt.] Hoc in loco, dormitionis nomine, mors; dormitionis verò nomine, morbus, qui mortem antecedit, intelligitur. Quamuis enim tota hæc parabola, & quæ illam antecesserunt, & consequuntur, ad extremam iudicii diem referantur: tamen extremus cuiusque vitæ dies, iudicii dies illi est. Nec enim in extremo iudicio, quæ in hoc fuerit sententiâ lata, reuocabitur. [¶] Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Quod ait, media nocte, hoc est, in tempesta nocte, significare voluit, hunc diem sæpe in speratum atq; improuifum plerisque hominum contingere. Qui enim nimio huius vitæ amore flagrant, omnem mortis memoriam & cõmentationem ab animo suo repellunt. Nos enim ad mentem id reuocare, volumus, quòd sibi acerbum atq; molestatum futurum intelligunt. Huius autè rei gratia Apostolus diem Domini, futuri comparat, qui eo tempore irrepere in alienas aedes solet, quòd domini vel dormiunt, vel nihil tale suspicantur. Hinc Salomon ait; Nescit homo finem suum, sed sicut pisces hamo, & nives laqueis, ita homines capiuntur tempore malo. Frequentissimè enim eo tempore mors irrepit, quo minus

nus ventura cogitabatur. Pueri enim adolefcentiam, adolefcentes iuuentutem, iuuenes senectutem, senes decrepitam etiam ætatem sibi pollicentur. A qua tamen spe depellere homines natura conditor voluit: ideoque in omnibus ætatibus morti aditum præbuit. Falsim enim videre licet & infantes, & pueros, & adolefcentes, & iuuenes, & senes in omnibus his ætatibus è vita decedere, ne quisquam ætati suæ turò fidere audeat. Ea tamen hominum stultitia est, vt cum pauci admodum sint qui ad canos, extremamque senectutem perueniant, ipsi tamen tacita quadam persuasione se ad illam peruenturos pollicentur: quos tamen longè aliud cogitantes in medio cursu immatura mors abripit. Hinc de improbis in libro Iob scriptum est, quòd subito moriantur: quia videlicet eo tempore moriuntur, quo ij nihil minus quàm mortem cogitabant. Hinc D. Gregor. Nesciunt, inquit, mali mortalia mortaliter cogitare. Vita deficit, & desiderium crescit; res habita corrumpitur, & habendi anxietas non finitur. Hos autem merito D. Augustin. in Sermo. arguit his verbis; Nonne casus nostros nobiscum in hac carne portamus? Nonne fragiliores sumus, quàm si vitrei essemus? Vitrum enim etli fragile est, tamen seruatum, diu durat: quòd tamen homini non contingit. Denique (vt D. Hierony. ait) quotidie morimur, quotidie commutamur: & tamen immortales nos esse credimus. Hæc igitur fallax persuasio facit, vt sapissimè nos improuifa mors adoriatur. Quam rem significare Dominus voluit, cum media, hoc est, in tempesta nocte Sponsum aduentare dicit. Sequitur deinde.

[Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.] hoc est, fideles omnes, siue probi, siue improbi, imminente mortis atque rationis reddendæ periculo preparari incipiunt, vt venienti sponso decenter occurrant. Tunc lampades suas ornare incipiunt; hoc est, fidei, quam habent, bonorum operum olei adiungere. Cum enim fides illos extremi huius periculi admoveat, cum videant se protinus æquissimo iudicio examinados, cum eadè fides doceat, eos qui bona egerit ituros in vitâ aternâ; qui verò mala, in ignem aeternum; hæc firma fides improbos etiâ & profligatos homines eo tempore vehemèter vrget, dum quatuor illa nouissima eis ob oculos ponit; hoc est, mortem, iudicium, gehennam, atque cælestè gloriâ. Quid autem (vt D. Bernar. ait) horribilius mortè quid terribilius iudicio? quid intolerabilius gehenna? quid iucundius gloriâ? Hæc igitur quatuor sese fluctuanti menti offerunt, quorum nouissimum timet ne amittat; illa verò, ne in ea impetens incurrat, ¶ Quæ autem sese

Psal. 118.
Prou. 16.

8

9

1. Theff. 5.

Eccel. 9.

Iob. 21.

Gregor.

August. in
Sermo.

Hierony. in
Epistol.

Ioh. 5.

Bernar.

miseria

Euf. Emiss.
homi. ad
Monachos.

miseris eo tempore offerat, qualesque in eorum animis versentur 13
 gitationes, Eusebius Emiss. declarat his verbis: Cogitemus qui luctus
 erit negligenti animæ ex hoc corpore decedenti; quæ angustia, quæ
 caligo, quæ tenebræ cum ex illo aduersariorum numero prima oc-
 currere cœperit cōscientia, diuersis circumiecta criminibus. Ipsa enim
 remotis omnibus probationibus, ipsa ingerenda est oculis nostris, vt
 nos & conuincat probatio, & confundat agnitio. Non vlli licebit vel
 celare aliquid, vel negare, vbi nō de longè & aliunde, sed de intus pro-
 cessurus est accusator, & testis. Idemq; paulò ante hæc verba, Ecce,
 inquit, rãnerunt illa omnia tanquam vmbra, abierunt oblectamen-
 ta, & sola in perpetuum opprobria & crimina remanserunt. Quid ergo
 erit, cum rebus humanis vale vltimum dicens, mortem ante se ha-
 bens, & vitam post se relinquens, in illud horrendum pertrahetur pro-
 fundum? Quia enim ibi nulla erit iam parandi victus aut vestitus soli-
 tudo, nulla laborandi, militandi, agendi ve occupationis; nulla facultatis,
 aut honoris ambitio, solus mentem omnibus alijs curis vacuam
 intolerandus reddendæ rationis terror implebit: solum atque totum
 iudicij pondus captiuus sensibus imminet. Hactenus Emiss. Hic au-
 tem timor (vt D. Gregor. ait) tantò in morte fit acrior, quãtò retri-
 butio vicinior formidatur. Inueniet enim homo post pusillum, quod
 in æternũ vitare non poterit. Hoc igitur metu correpti homines, præ-
 teritæ vitæ maculas pœnitentiæ diluere, & pristinos mores corrigere
 parant; & à Domino tum commissorum veniam, tum diuturnioris
 vitæ spatia postulant. Vnde in Vitis Sanctõrum legimus, quendam in
 agone mortis cõsulturum, metuq; diuini iudicij perterritum, mag-
 na voce clamare cœpisse: Inducias vsq; mane, inducias vsq; mane.

Deinde etiam ad piorum hominum suffragia se conuertunt, eorũ 15
 se precibus, meritis, & sacrificijs commendantes, vt pro se apud su-
 pernum iudicem intercedant, & has ab illo inducias postulent. Hoc
 est enim quod significat illa fatuarum virginum ad prudentes depre-
 catio: [Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur:] hoc
 est, meritis & precibus vestris inopiæ nostræ consulite, & has nobis à
 Domino inducias longioris vitæ postulare. Hinc legimus monachũ
 quendam iuniorem post admissum crimen acerbè lamentantem, ad
 quosdam monachos, qui ad magnum illum Antonium proficiscebã-
 tur, dixisse: Orate senem, vt saltem decem dierum inducias mihi ad
 pœnitendum impetret. Quis tamen quiro post die vita functus est.

Ceterũ ad hæc prudentes Virgines, [Ne forte, inquit, non suffi-
 ciat nobis, et vobis, ite positis ad vendentes, et emite vobis.] Quæ quidem
 verba

- 16 verba nequaquam singillatim excutienda sunt. Est enim illa D. Hiero-
 nymi regula ad scripturarum intelligentiam diligenter annotan-
 da: Prudẽtem, inquit, semper admonet lectorem, vt non superstitio-
 sis acquirat interpretationibus, & quæ commatice pro fingentium
 dicuntur arbitrio: sed consideret priora, & media, & sequentia, & ne-
 citat sibi vniuersa quæ scripta sunt. Hactenus verba Hiero. His igitur
 verbis, quid prudentes virginis fatuis cõsulant, designatur: nempe
 vt ad vendentes, id est, ad Ecclesiæ ministros cõsugiant: quibus dispe-
 sandi olei diuinæ gratiæ cura commissæ est, quibus cœlestis regni cla-
 ues traditæ sunt, qui sacramentorum medicamenta ministrant, qui
 commissorum veniam verè pœnitentibus tribuunt. Ad hos ergo per-
 gite, & veræ pœnitentiæ atque charitatis (vt ita dixerim) pretio hoc
 vobis oleum comparate. [Dum autem irent emere, venit sponsus: et quæ
 17 parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua.] Clausa ia-
 nua, periculum designat extremæ pœnitentiæ. Vt enim D. Augustini
 ait: Hæc animaduersione percussit peccator, vt moriens obliui-
 scatur sui, qui dum viueret, oblitus est creatoris sui. Cui quidem sen-
 tentiæ illa quoque eiusdem Augustini coheret: Cum vult, inquit, im-
 probus homo, non potest: quia quando potuit, noluit: ideo per ma-
 lum velle, perdidit bonum posse. Hoc ipsum autem cõfirmat quod
 protinus subditur: [Nouissime verò veniunt et reliquæ virgines, dicentes,
 Domine, Domine, aperire nobis.] Quibus tamen responsum est: [Amen dico
 vobis, nescio vos.] Qua quidem responsione nō obscure huius pœ-
 nitentiæ periculum declaratur. Hinc D. Hiero. illa Hieremiæ verba
 explanans; In tempore afflictionis suæ dicent, Surge, & libera nos, Hiero. 2.
 sic ait: Impudens postulatio, tempore necessitatis & angustia ab eo
 18 querere auxilium, quem in prosperitate contempseris. Hinc etiam
 D. Augustini. Rogare morientes; non delicti pœnitentiæ, sed emortui
 virgentis admonitio compellit: nec dignus est in morte accipere so-
 latio, qui se non cogitavit moriturum. Vnde idem, Non facile, in-
 quit, inueniuntur in aduersitate præsidia, quæ non fuerunt in pa-
 ce quæsitæ. Meritò ergo Dominus totius huius parabolæ scopum
 hac vna sententia claudit: [Vigilate ergo, quia nescitis diem neque ho-
 ram.] Quam etiam in huius concionis fine breuiter explana-
 bimus.

§. I.

¶ Diximus, si meministis fratres, Dominum in hac sacra lectione
 prudentium ac fatuarum virginum nomine, probos & improbos
 homines (qui fidem tamen rectam habeant) significare voluisse.

Tom. ij.

M m

Quæren-

Quarendum autem modò est, cur his eos nominibus appellare voluerit. Neque enim summa illa Patris Sapietia frustra his nominibus vsa est. Hoc est igitur quod in reliqua concionis huius parte sollicitè à nobis indagandum est. Cùm autem huius parabole scopum in fine Dominus propofuerit, cum dixit; [*Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam*], Jex hac vel cura, vel negligentia vigilandi, prudentia, & faruitas ista diiudicanda est. Excusamus igitur quæ sint prudentis, quæ fatui hominis officia.

Primum igitur prudentis hominis officium est, in finem sibi propositum oculos conijcere, & ea quæ ad finem consequendum com modissima & aptissima sunt, eligere. Quemadmodum enim nauiga turi primùm quidem quem debeant portum petere, vident; deinde eò nauigationis cursum dirigitur: ita vir prudens in quem finem fuerit à Deo conditus, prudenter attendit; deinde cætera omnia prouidet. Constat autem in hunc finem hominem à Deo conditum esse, vt suæ illum felicitatis & beatitudinis cõfortem efficeret. Quo fine nihil excogitari potest magnificentius, nihil sublimius. Non enim alia Dei, alia conditi hominis, sed eadem felicitas est, quæ in aperta diuina pulchritudinis contemplatione consistit: quamuis se ille plenissimè cõprehendat, nos autem illum apertè quidem videamus, mi nimè tamen comprehendere possimus. Qua sit autem via ad hanc gloriam perueniendum, Saluator exposuit, cùm pio cuidam adolescenti dixit: Si vis ad vitam ingredi, serua madata. Hic igitur finis est fratres ad quem à summo rerum omnium Domino facti & informati sumus, vt nobis quidem hæc amplissima cœli ac terræ palatia, nos verò conditoris nostri mandatis obtemperantes, immortalis vite, atque sempiternæ felicitatis compotes efficeremur. Nò enim ad ludù aut iocum, non ad epulas, & scædas carnis voluptates, nò ad fluxas & intorituras opes congerendas optimus ille ac sapientissimus opifex pulcherrimam hanc mundi fabricam cõdidit. Indignissimum enim tanta illa sapientia & bonitate erat, hanc tantam rerum molitionem ad res ad eò futiles & inanes condidisse, & continua prouidentia tot seculis moderari, nisi aliquid maius atque sublimius animo destinasset. Huius autem rei vel ignoratio, vel obliuio, malorum omnium, quæ in mundo geruntur, causa est: cùm homines finis sui obliti, per deuios saltus, vario sçque anfractus viarum errabundi miserimè vagentur. Sic enim multi viuunt, quasi ad sola huius mundi bona fruenda nati essent; quasi in hoc seculo non vt peregrini, sed vt ciues vitam agerent; quasi hic non vt in exilio, sed velut in patria

& geniali

12 & geniali solo degerent. Hæc igitur malorum omnium, quibus mû dus scætet, causa & origo est. Quam rem sanctus ille Propheta lamen tabatur; cum diceret: Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Quia igitur hæc obliuio tot malorum causa est, meritò quida

Thren. 2.

dam vir sapiens his verbis Dominum precabatur;
*Largire ergo mihi Rex ò dignissime Regum,
 Vt te cognoscam, et placeam tibi: deinde sciam me,
 Quid sim: quia in terris celsa productus, ex vnder
 Huc veni, aut quò tandem vita functus abibo.
 Quid mihi dum viuo sit agendum, sitq; cauendum.*

Hoc ipsum igitur nos assiduè precibus à Domino contendere debemus fratres, vt veram solidamque prudentiã assequamur; & quid nobis dum viuimus factò opus sit, intelligamus. Hoc est enim fidei lampadi oleum infundere, dum ea opera molimur; quæ nos ad eum finè consequendù adiuuant, què nobis fidei lãpas præscribit.

23 Est & aliud viri prudentis officium, magnam videlicet temporum habere rationem, & quid vnumquodque illorum exigat, studiose prouidere. Tres enim prudentiæ partes Philosophi statuunt: memoriã, quæ præteritum tempus recolit: perspicientiam, quæ præfenti se tempori accommodat: & prouidentiam, quæ futura, priusquã eueniant, vel ex causis antecedentibus, vel ex præteritarum rerum collatione prospicit, & anteuertit. Sic enim prudentes duces & imperatores aduersus hostium exercitum dimicaturi, in pace ea sibi præfida atq; arma comparant, quibus in armorum certamine vsuri sunt. Cum ergo inter omnia quæ futuro tempore speramus, nihil morte

Simil.

24 certius, nihil sit periculosius (quandoquidem extremus ille dies de tota æternitate sententiam feret) prudenter viri boni tota se vita ad hunc finem præparant, neque vllum negotium huic anteferendum censent. Vnde quemadmodum prudentes nauitæ tranquillo mari nauis armameta præparant, ne eos exorta subito tempestas imparatos inueniat: ita vir probus atque prudens tranquillo vitæ tempore futuro mortis, reddedatq; rationis periculum cogitatione præuenit, & quibus se ad illud rationibus parare possit, tota mète prouidet. Sera enim ad pericula in ipsis periculis præparatio est. Ad hoc autem nos cœlestis magister in sacra huius diei lectione hortatur, cùm & hac ipsa virginum parabola, & alijs quæ præcedunt atque sequuntur, ad vigilandum excitat. Quid enim aliud vigilare est, quàm somnum atque dormitantiam à mentis nostræ oculis excutere, & semper in prociactu esse, semperque in excubijs aduen-

Simil.

M m 2 tantis

simil.

Matth. 19.

tantis Domini presentiam expectare? His igitur de causis viri probi
atque innocentes prudentium virginum appellatione à Domino de-
signatur. Virginitate enim incorrupta eorum fides; ut antè diximus,
prudentia verò hæc omnia viri prudentis officia significantur.

§. II.

¶ Caterum improbi homines diuersa ratione fatui appellatur: quòd
hæc omnia viri prudentis officia prorsus negligant: ut pote qui non
còsilio, aut ratione, aut fide, aut diuinis oraculis, sed temeritate, cupi-
ditate, affectibus, & cæco multitudinis iudicio vitæ & actiones suas
dirigunt. ¶ Primum enim, nullam prorsus finis, ad quem à Deo còdi-
ti sunt, rationem habent. Quòd fit, ut ignorato, aut perperam consitu-
to fine, neque se ipsos agnoscant, & itineris, per quod tendere debe-
rent, obliuiscantur. Itaque miseri & amentes intra se ipsos quasi pere-
grini in aliena regione errant: alia sciunt, se ipsos nesciunt: aliena in da-
gare cupiunt, sua negligunt: aliorum & genus, & parentes, & fortu-
nas, & felicitatem inquirunt, nunquam autem vnde primum orti, vn-
de in hunc mundum missi, quis eorum parens, quis opifex, quis con-
diderit, in quem finem conderit, ad mentem reuocant. Quòd, quid
esse dementius, quid à rationali creatura magis alienum? Huiusmodi
namque hominem Prophetica voce Dominus corripit, cum ait: Qui
vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies?

Esai. 42.

Cic. 1. Offi.

Venio nunc ad aliam non minus miserandam perditorum homi-
num fatuitatem atque insaniam: in qua nõ modò pueris infantibus,
sed belluis etiã quàm simillimi sunt: ait enim Cicero: Inter hominẽ
& belluam hoc maximè interest, quòd hæc tantum quantum sensu
mouetur, ad id quod adest, quodq; præsens est, se accommodat, pau-
lùm admodum sentiens præteritum & futurum. Homo autem, qui
rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum vi-
det, earumq; progressus & quasi antecessiones non ignorat, simili-
tudinibus comparat, rebusque presentibus adiungit atque annectit
futuras: facillè totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præpa-
rat res necessarias. Hacten? Cicero. Si igitur hac in re homo à belluis
distat, quòd non solum presentia, sed etiam præterita, ac præcipue fu-
tura ex causis antecedentibus prospicit ac prouidet; inter ea autem
quæ futuro tempore seruantur, mors omnium certissima, maximeq;
omnium formidabilis sit; an non belluis similis erit, qui sola præsen-
tia curat, hoc verò certissimum maximeque formidandum pericu-
lum prorsus negligit atque contemnit? Cum enim mors nobis om-
nibus ex æquo impendat, ac penè in foribus cuique & in insidijs
posita

28 posita sit, & in ea decerni diuino iudicio debeat, vtra nobis fors in
tota seculorum æternitate contingere debeat: hoc est, vel in cælo
omnibus delicijs cum Deo & beatis illis mentibus perpetuò fruamur,
vel in gehenna cum principe tenebrarum æternis ignibus tor-
quendi simus; totaque huius tanti negotij summa in eo posita sit, ut
paratos nos hæc hora deprehendat (quemadmodum cælestis
magister nos in sacra huius diei lectione docet) cum hæc ita sint,
quid, quæso, dementius, quàm quòd nos sic vitam nostram in-
stituamus, sic terrenis rebus incumbamus, ut nulla huius tantæ rei
cura, nullo metu & sollicitudine tangamur; sed in maxima pace &
tranquillitate in vtramque aurem dormiamus, perinde atque omnia
quæ hæc de re nobis diuinitus nuntiantur, mera somnia atque fabu-
læ essent?

29 Auet autem stultitiæ & focioriæ huius admirationem, quòd
vbi de terreno aliquo lucro, aut hereditate, quæ post mortem ex-
pectatur, agimus, mors & incertus vitæ exitus sollicitos nos efficit,
& crebrò illius memoriam reficimus: cum verò de præparatio-
ne ad ea (vnde salus & æterna vita pendet) disserimus, non magis
illius recordamur, quàm si immortales & æterni essemus. Itaq;
si quod vel Principis, vel Ecclesiæ beneficium cum vita simul finiatur,
dictu mirum est, qua cura & sollicitudine mortis memores, da-
mus operam ut illud ad hæredes nostros post mortem transferatur.
Tunc enim anxij sumus, tunc de incerta mortis hora solliciti trepi-
damus, ne illa intercepti, beneficium cum vita simul amittamus; qui
tamen an cum ipsa corporis vita æterna mors nobis subeunda sit,
nihil omninò curamus. Nec in his solum rebus, sed in omnibus
30 etiam alijs, in quibus aliqua vtilitatis ratio habetur, incerta mortis
conditio cogitatur. Qua de re sic D. Chrys. Sæpe vir quãdo vxorem
ducere vult, mortis meminit in desponsatione, & scribit in dote.
Nondum introducta est, & mors statim describitur: nondum con-
uixerunt, neque nuptiæ habitæ, & mortem statim desinit. Nondum
nuptam vidit, & mortis aduersus illã calculos proponit: scribit enim
in hunc modum: Si mortuus fuerit vir ante mulierem, si mulier ante
virum, hoc & hoc disponatur. Sic formatae sunt patriæ leges. Vbiq;
omnibus nature sunt monumenta: & non solum eorum qui sunt, &
viuunt, mortis feruntur sententiæ, sed & eorum qui nondum nati.
Quid eni vtrã dicit? Quòd si natus fuerit filius, & mortuus fuerit, & c. nõdum
natus, & sententia lata est. Hactenus ille. Ex cuius verbis colligere
apertè licet, quàm sit lametanda perditorum hominũ fatuitas atq; de-

Chryso. 32
Tom. hom.
de fide &
spiritu. 52

Tom. ij.

M m 3 mentia;

mentia; qui cum tantam incertam mortis rationem habeant, ubi aliqua terrenae utilitatis iactura, aut commoeditas intercedat, nulla prorsus eiusdem memoriam retinent, cum res omnium maxima in discrimen vocatur. Quis igitur hos verè fatuos & amentes non iudicet, qui cum tantam praesentis vitae curam habeant, tamen neque futuri temporis, neque reddendae rationis vlla cura tanguntur?

Hoc est igitur, fratres, quod me tanta admiratione afflicti, ut frequenter etiam in stuporem adducat. Quis enim non stupeat, cum videat homines, qui rerum etiam minimarum, quibus fluxae opes, aut popularis aura perichitantur, tantam curam habeant, rei omnium quae cogitatione fingi possunt maximae, nulla cura moueantur. Si in Academia Salmanticensi primaria iuris ciuili cathedra discipulorum suffragijs alicui candidatorum tribuenda est, ubi schedulis suffragia in vranam conijciuntur, totaque Academia, atque adeo tota ciuitas suspensa huius rei exitu praestolat, qua sollicitudine, quo aestu & angore candidatorum pectora agitantur, quae sibi fors obuentura sit expectantes! Si ergo huius incertae sortis expectatio adeo mentes hominum sollicitas reddit (in qua de rebus castrina die perituris agitur) quo nam modo extremam illius fortis atque sententiae expectatio, qua vel in caelis omnium deliciarum copia frui debemus, vel in gehenna tantae horredis pœnis torquedi sumus, agitur, mentes nostras non stupefacit, & cœcit? Mōstri simile esset, si oculorum acies, pūcta minima aperte cernens, ingentem molē ac montem minime cerneret: at quantum montrosius est, minimarum rerum cura disrumpi, maximarum verò, & rerum naturam omnem superantium, nulla sollicitudine commoueri?

Aristoteles vltimum terribillimum esse mortem asseruit: at longe aliud iudicium habebit, qui Dominum audit in Euāgelio dicentē: Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hoc non habent vltra quid faciant: ostendam vobis quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittere animam in gehennam: ita dico vobis, hunc timeate. Quales sint autem gehennae cruciatus, quot pœnarum genera, quanta eorum acerbitas, etiam Gentiles Philosophi atque Poetae aliquo modo praesenserunt. Sic enim quaedam eorum, post varia eius loci tormenta enumerata, dicentem legimus:

Non mihi si linguae centum sint, oraq; centum,
Ferreæ vox, omnes scelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

Nullus enim sensus, nulla vis animae ibi est, quae non peculiari aliquo cruciati commissorum pœnas luat. Ut hoc aut aliqua salte imagine intel-

34 intelligatis, flagite hominē adeo vehemēter podagræ morbo laboratē, ut nullū sit in toto eius corpore membrū, nullus in manibus pedibusq; articulus, nullae in cruribus, brachijs, humerisq; iūcturae, in qui bus, non acerbissimo dolore crucietur: atq; hoc modo is in lecto decubat, ut veluti spiculis vndiq; fauciat, voces & clamores miserandos in caelum tollēs. Hac igitur imagine (si praesentia mala futuris assimilari licet) pœnarum illarum acerbitate poteritis utcumq; animo cōtēplari. His etiā adiungite atras illas tenebras, & profundā noctem, cui nulla succedit aurora; horrendae Demonū laruas, edacē cōscientiae vermē, scorpiones atq; serpentes; de quibus Ecclesiasticus meminit; & ardētes flammarum globos, inter quos velut pisces in mari infelices animae volutatur: quodq; mala omnia superat, salutis desperationē, eternamque diuinæ pulchritudinis videndae priuationem, (quae à Theologis 35 damni pœna nuncupatur) quam adeo atrocē esse sancti Patres definiunt, ut damnatorum animae, si illis optio daretur, quae vis alia gehēntormenta, quā huius priuationis cruciatu perpeti mallent. Quamuis enim ad pœnam sensus illa referantur, quae Propheta dicit; Ignis, sulfur, & spiritus procellarū, pars calicis eorū; haec tamen posterior pœna omnibus alijs multo est acerbior. Quae cū ita sint, ad non verisimē Saluator ait, non esse timendos qui corpori vitam adimant, sed qui animam detrudere potest in gehennam?

Sed ad institutum redeamus. Cum ergo statim à morte decernēdū sit, an in hūc locū perpetuō deturbādū, an in superis illis beatorū meritū sedibus collocādū simus; quo modo huius tā disparis sortis cōsideratio nō totā post se mētē nostrā ebibit ac rapit? Quomodo aliud animo agitare, alia cura magis sollicitari possumus? Cyrillus post D. 36 Hieronymi mortē Augustino scribit (si verē tñ haec illius Epistola est) duos homines, vitam sanctos, ante sancti viri tumulū fuisse ad vitam reuocatos: qui quādiu in hac vita superflites fuerāt, in cōtinuis lachrymis & gemitibus luctuosissima vitam agebāt: demirariq; se vehementer aiebāt, quī fieri posset, ut qui in sine vite rationē Deo redditori, & de tota cōternitate sententiā audituri essent, ridere aliquādo, ac nō semper lugere possent. At nos qui haec & scimus, & firma fide credimus, nō modō ridemus & otiamur, sed multis etiā sceleribus iudicē nostrum (ante cuius tribunal listēdi sumus) offendimus. An nō igitur fatuitas atq; adeo cœcitas hęc omnem superat admirationem?

Sed quæret aliquis forsitan, quib⁹ se solatijs isti miserī cōsolētur, cū hoc tā ingēs rationis reddēdē periculū fides illis, vel renitētibus etiā, ante oculos frequenter ponat. Multi quidē sanctorū virginū exemplo

Et in 4 ad finem

simil.

Aristo.
Matth. 10.

Psal. 102.

Cyril.

ad finem vitæ pœnitentię propositum differunt. In quanto autem salutis discrimine isti verentur, vix vlla oratione exprimi potest. Certe tota huius Euangelij parabola in hoc præcipuè à Domino destinata est, vt nos huius tanti periculi admoneat. Cum enim doceat, eas virgines, quæ paratæ erant, intrasse cum sponso ad nuptias: eas verò quæ tunc primùm parari, & oleum quærere cœperunt, exclusas fuisse; apertè docet, cuius periculi sit ad extremum vitę tempus pœnitentię propositum differre. Ideo quæ opportunè nos admonet, cum subdit: [Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam.] hoc est: quoniam tota salutis vestrę ratio in hoc posita est, vt vos adueniens Sponsus paratos inueniat (quod prudentium Virginum exemplo liquet) conseqvens est, vt omni tempore vigilare debeatis; hoc est, vt omni tēpore parati, & bonorum operum oleo referti sitis. Si enim quo is tēpore venturus esset, intelligeretur, potuissetis quidem opportuno vos tempore ad illum excipiendum præparare: quia verò hoc profus ignoratur, totius quę salutis vestrę summa in hac præparatione posita est; semper utique vigilare debetis. Quod qui non faciunt, sed ad extremum tempus pœnitentię propositum differunt, quid aliud quàm miserandam fatuarum Virginum sortem expectare possunt? Pœnitentia enim sera, rarò vera, rariùs aut nunquam perfectæ, semper autè incerta. Nemini certè, quamdiu in hac vita degit, spes salutis deneganda est (in via enim adhuc, non in termino viæ sumus) sed hanc tamè nouissimam pœnitentiam, in ijs præcipuè, qui obstinatis animis tota vita in sceleribus perdurarunt, periculosissimam esse, omnes sancti Patres definiunt. In cuius rei fidem Adrianus Pontifex in. 4. Sententia, vbi eam quæstionem tractat; sit ne aliqua certa periodus peccatis hominum constituta; horribilem in hac re D. Hierony. sententiam (si ea tamen D. Hiero. est) citat. sic enim ait; Vix è centum mille hominum, quorum mala fuit vita, in morte diuinam indulgentiam obtinebit vnus. Hanc sententiam insignis ille doctor & Pontifex allegat: de cuius veritate disputare ad me non spectat: quam fortassè exaggerandi causa prolata existimo: ea tamen non minimam timoris causam nobis exhibet.

Quæ cum ita sint fratres, quid aliud superest, nisi vt cœlestis magistri consilium amplectamur, qui maximam nostram curam gerēs (vtpote quos pretioso suo sanguine redemit) opportunè nos his nouissimis verbis admonet: [Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam.] Cuius rei cum multi sint fructus, non postremus ille est, quod mortè nõ trepidi & anxij; sed læti atq; gaudentes excipiemus: intelligentes piorum

rum hominũ mortẽ, non tã mortem esse, quàm natalem diẽ, quàm finem laborũ, & coronarum initium. Constat enim piorum mortem aditũ esse ad immortalitatẽ, vitæ olium, schalam cœli, postem quoad regnũ transeunt, triumphalẽ diẽ, imo & natalem: in quo terrę corpus cõmissum feminatur in corruptione, surget in incorruptione; feminatur in ignobilitate, surget in gloria; feminatur in infirmitate, surget in virtute: feminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ideoq; iusti in morte non morere, sed respicere & leuare capiti iubentur. Hanc igitur tantã lætitiã (eo pœfertim tēpore, quo alij magno metu quatiuntur) quid aliud quàm firma futuræ salutis spes, ex diuina miseratione, & bona conscientia proueniens, parere potest? Quemadmodũ enim qui ex humili casa palatium ingēs extruere volunt, libenter quidem vetera diruunt, quod ea melius iustauranda sperant; ita viri iusti libenter patiuntur huius habitationis domũ dissolui; quod eã in resurrectione perfectissimã reformandã esse fide credunt, & spe quodãmodo attingunt, cum Apostolo dicente: Scimus enim quod si terrestis domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationẽ ex Deo habemus, domum non manu factã æternam in cœlis. Hęc autè domus, fratres, ijs parata est, qui splendide fidei lampadi bonorum operum oleum adiungere stident: hoc est, qui pietate, iustitia, patientia, vera cordis humilitate, fraterna charitate, obedientia, corporis & animi castimonia, ac præcipuè misericordię operibus illam sibi, dum hęc viuere, compararunt: quibus in fine Dominus dicturus est: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.

IN FESTO SANCTARVM VIRGINUM
Concio secunda; in qua lectio Evangelica explanatur.

T H E. Simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Matth. 13.



Aristoteles initio naturalis philosophiæ (de qua scribere instituebat) primo loco declarat, quo ordine & ratione sibi sit in eo opere philosophandũ. Innata est, inquit, via nobis, vt à notioribus ad min⁹ nota pcedamus. Notiora

verò ea eſſe ait, quæ ſenſu percipiuntur, quàm quæ ſolo intellectu. **2**
 Quò fit, vt manifeſtiora ſint nobis quæ videntur, quàm quæ non videntur; & quæ corpore conſtant, quàm quæ ſpiritu ſolum. Illa enim viciniora nobis ſunt; hæc verò procul poſita, & ideo à cognitione noſtra remotiora. ¶ Adde his etiã, quòd omnis noſtra cognitio ſicut ortù habet à ſenſu, vt nihil ſit in intellectu, quin id prius fuerit in ſenſu. Quò fit, vt ſenſibilia quidè per ſe cognoſcamus: intelligibilia verò non per ſe, ſed veluti per manus aliorum. Et hæc quidem inter homines & Angelos nõ minime differentia eſt: quòd hi, cum ſimplicis & ſpiritualis nature ſint, ſimpliciter & immediatè ſpiritualia (quæ illis ſimilia & cognata ſunt) intelligunt: nos verò nõ ita, niſi corporum rerum vtamur miniſterio. ¶ Hoc animaduertens humanæ ſalutis amator Dominus (qui de ſe ipſo ait, Ego Dominus Deus tuus docens te villia) cum homines erudiendos ſuſciperet, ea potiſſimum **3**
 ratione docèdos curauit, quæ ipſis eſſent maximè cõſentanea. Sic enim diuina Sapientia tanquam prouida & pia mater infantie noſtræ ſe accommodat; non quidem ſuo, ſed noſtro nobiſcum more agens. Vnde nõ ſolum in Veteri teſtamento, craſſo illi ac rudi populo per corporearum rerum ſpecies loquebatur; ſed in Nouo etiam per parabolas ad populum ſæpe concionatus eſt: in quibus per notas nobis rerù corporearum naturas, regni cœleſtis detegit ſacramenta. In ſacra autem huius diei lectiõne quatuor nobis vtiliſſimas parabolas proponit; videlicet, theſauri abſconditi in agro; margaritæ pretioſæ; ſage-nę miſſæ in mare; & diuitis patrisfamilias conuiuium inſtruentis: de quibus nobis hodiè, aſpiratè diuina gratia, diſſerendum eſt. Vt autè myſteria, quæ in his parabolis recõdita ſunt, piè & vtiliter enodare, & in lucè proferre valeamus, cœleſtem opem, ſacraſiſſimæ Virginis **4**
 interuentu, ſuppliciter imploremus.

A V E M A R I A.

[Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro.] Scitis iam fratres, regni cœlorum nomine non modò regnum ipſum, ſed omnia etiam quæ ad hoc regnum aliqua ratione ſpectat, ſignificari. Hoc autem in loco; in quo regnum cœlorum theſauro abſcondito comparatur; huius theſauri nomine quidam virginittatis virtutem intelligunt, quæ in humano corpore velut in agro quodam abſcondita eſt; ideoq; hæc ſacra lectiõ in feſto ſanctarum Virginum ab Eccleſia recitari ſolet. Quantur autem hic theſaurus ſig; declarat fanè coronam aureolam, quæ Virginibus in cœlo reſpoſita eſt: & cœleſtis item vitæ eorum, qui verè virgines ſunt: vt pote quæ ab innumeris curis & ſollicitudinibus

tudinibus libera eſt, quibus coniugatorum vita eſt reſerta. Hoc ipſo autem theſauri nomine virtutem hæc D. Bernar. appellauit: qui cum **5**
 adoleſcens noctu ab improba quadam ſcœmina impetitus eſſet, & ipſe magna voce clamaflet, Latrones, latrones; & hoc ipſum ſemel atque iterum contigiſſet, excitatiq; famuli domum colluſtrates nihil inueniſſent, eumq; fruſtra clamafſe dicerent: ſanctus adoleſcens reſpondit; Verè latro affuit, qui irreparabilem caſtittatis theſaurum furari volebat. ¶ Eadem quoque virtus ſimili ratione non modò theſauro, ſed etiam pretioſiſſimæ margaritæ comparatur. Quæ enim margarita pretioſior, quàm pura mens in corpore puro? Pro hac igitur margarita comparanda ſanctæ Virgines omnia vendiderunt: quæ verè dicere poterunt; Regnum mundi, & omnem ornatum ſeculi contempſi propter amorem Domini mei Ieſu Chriſti, quem vidi, **6**
 quem amavi, in quem credidi, quem dilexi.

Quia verò naturã ſic comparatum eſt, vt quæ ſunt valdè pretioſa, ſint etiam ad ſeruandum difficilia: idem etiam in hac virtute locum habet. Hæc enim virtus ſupra humanæ nature conditionem hominem attollens, angelis ſimilem facit, dum eorum puritatem imitatur: niſi quòd mirabilior eſt hominum quàm angelorum puritas: quod enim in angelis facit natura, in hominibus facit gratia: & angeli quidem ſine corpore viuunt; virgines autem in carne triumphant.

Cum ſint autem multæ virtutes, quibus hæc virtus ſepiendã atque muniendã eſt: (eſt enim caro ieiunij & vigilijs, & aſperitate vitæ macerandã: eſt oratio, qua diuinum auxilium imploratur, frequentandã: eſt diligens cuſtodia externis & internis ſenſibus adhibenda) tamen inter hæc ipſa omnis peccandi occaſio, omnia lapſus pericula, omnia ſeu virorum ſeu ſcœminarum ſuſpecta contubernia ſumma cura & ſtudio vitanda ſunt. Huic autem cautioni retinendæ (vt cætera prætermittamus) ſatis eſſe debet vel vnus Salomonis exemplum: qui, quoniam hæc pericula neglexit, in tantum nefas prolapſus eſt, vt idolorum aras & templa alienigenis vxoribus ſuis erexerit, atque dicauerit. Quæ ex re liquidò apparet, virum iuſtum pari propemodum ſtudio peccãdi occaſiones atque ipſa eadem peccata vitare debere; quas videmus tantum ſapientiſſimo Regi periculum peperiffè. Cauerat autem lata lege Dominus, ne filij Iſraël **7**
 alienas vxores ducerent; certiffimum fore aſſerens, earum contubernio atque blãditijs ipſorum animos emolliendos, & ad Deorum alienorum cultum euocandos. Hanc autem cautionem Salomon **Exod. 34**
 (nimum)

(nimum fortasse sapientiæ & religioni suæ fidens) neglexit: atque ita demum in tantum præcipitium miserabiliter corruit. Quocirca rectè Sapiens, Qui, inquit, timet Deum, nihil negligit: quia videlicet imbecillitatis suæ conficius, sibi prorsus diffidit: ideoque nulli se periculo exponere audeat. Atque vti nam idem Salomon consilij sui memor fuisset, cum dixit, Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit, & confidit. Itaque vir sapientissimus immodico scæminarum amore excæcatus, non sapientis timorem & prudentiam, sed stulti confidentiam sectatus, in tantam foueam præcipitatus est. Quisquis igitur hunc ad eò formidabilem casum attentè considerauerit, non poterit altissimam in eò diuinorum iudiciorum abyssum non admirari, & ne quid sibi simile accidat non vereri; cum nemo securitatem sibi in hac vita (quæ tota tentatio esse dicitur) polliceri debeat. Idemque cum Dominicam orationem proferet, flagrantiori affectu extremam petitionem pronuntiabit: Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo. Quocirca prudenter & cautè admodum D. Hierony. amicam Nepotianum, & nos omnes in illo admonet his verbis: Omnes puellas & virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige: nec in præterita castitate confidas. Nec enim sanctior Dauide, neque Salomone potes esse sapientior. Memento semper quod paradisi colonum de possessione sua eiecit mulier. Eadem nos habere cautionem Diuus Augustinus his memorabilibus verbis admonet: Grauem inimicum sortita est castitas, cui non solum resistendum, sed dimisso fræno longius fugiendum. Nec eò minùs illæ fugiendæ sunt, quæ religiosæ videntur: quia quantò religiosiores, tantò citius alliciunt: & sub prætextu pietatis latet viscus libidinis. Experto crede, expertus loquor, coram Deo non mentior. Cedros Libani, duces gregum sub hac peste cecidisse reperi: de quorum casu non magis suspicabar, quam de Ambrosij, vel Hieronymi impudica turpitudine. Hactenus Augult. Quisquis igitur his talium virorum exemplis atque ruinis non commouetur, non metu concutitur, non de casu & ruina sua sollicitus est, aut superbiæ & præsumptionis spiritu vexatur, aut certè de mente deductus est. Hæc paucis de castitatis custodia dicta sint. Quæ omnia. N. sanctissima hæc virgo prudenter attendens, illibatam virginæ castitatis florem perpetuò conseruauit, & in carne non carnis vitam agens, cum Angelis hodiè (quorum amauit puritatem) in cælis coronata triumphat.

Cæterum

11 Cæterum plerique huius Euangelicæ lectionis interpretes, thesauri absconditi, & pretiosæ margaritæ nomine, perfectam charitatem, & clarissimum sapientiæ donum (ad quod cætera Spiritus sancti dona ordinantur) commodissimè intelligunt. Quisquis enim hoc celeste donum percepit, facillè omnia quæcunquè in mundo magna & pretiosa habètur, vt eò plenius fruatur, dilahat, & præ illius amore contemnit.

Ne quis verò erret, sciat tenui admodum limite à se charitatem, & hoc sapientiæ donum distare: vnde neque charitas sine sapientia, neque sapientia sine charitate esse potest. Verum sapientia actionem nominat intellectus, in quo ipsa velut in subiecto est: quam charitas perficit & informat: charitas verò voluntatis opus est, in qua ipsa sibi sedem constituit: quæ tamen charitas sine Dei cognitione atque sapientia non est.

12 Verum hoc in loco grauis insurgit quæstio, eademque dignissima quæ à nobis hodiè tractetur. Apparet enim has Domini parabolas; quarum altera de abscondito thesauro; altera de pretiosa margarita est; nomine tenus differre. Vterq; enim homo, siue is qui thesaurum, siue qui margaritam inuenit, simili cupiditate inductus, omnia sua distraxit, vt thesaurum illum, vel margaritam sibi cõpararet. Nul lum igitur in his discrimen esse videtur; nisi quòd in priori parabola thesauri, in posteriori, margaritæ nomen ponitur. Sed magnum in vtraque similitudine discrimen est, magnumque diuinæ bonitatis argumentum, & magnum item infirmitatis & spei nostræ solatium. Et quidem thesauri, & margaritæ nomine, eandem charitatis perfectionem, idemque sapientiæ donum intelligo: sed discrimen tamen vtriusque parabola inter illa duo, inueniendi, & quærendi, esse puro. In priori enim parabola, is, qui dum agrum foderet, thesaurum inuenit, nihil tum de thesauro inueniendi cogitabat, sed casu illum inuenit: at mercator, qui in posteriori parabola margaritam inuenit, non vti que casu illam, sed magna diligentia quæsitam inuenit. Quæ quidem distinctione duas Dominus parandæ diuinæ gratiæ vias explicare voluit. Alij enim gratiam, quam non quærunt, gratuita Domini misericordia inueniunt: alij verò magna cura & studio quæsitam, eodem Domino aspirante inueniunt. Itaque alij gratiam quærunt: alios verò ipsa quodammodo gratia præuenit, & quærere vel (vt rectius dicam) alios quærere ipse Dominus, alij Dominum quærunt: illi quidem feliciores; isti diligentiores: vtrique tamen Domino debitorum. In illis quidem commendatur gratia, in istis studium ac diligentia:

gentia: sed in vtriusque diuina misericordia. Duæ nobis peccatrices 14
feminae commodissimum huius differentiae exemplum præbent;
Samaritana, & Cananæa. Samaritana enim cum ad puteum venit
vt hauriret aquam, nihil minus quam de inuenta gratia cogitabat.
Hæc igitur Dominum non quærebat, sed à Domino quæsitæ est,
& gratiæ eius beneficio præuenta. At Cananæa, quo ardore & con-
tentione misericordiam Domini petebat? quæ toties ab eo repulsa,
nunquam à flagitando destitit, donec ab ipso audire meruit; O mul-
lier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. In illa igitur euidentius
elucet gratia: in hac verò studium ac diligentia: sed in vtraque tamè
magna Domini misericordia. Magna enim misericordia fuit, non
quærentem quærere: & magna item, mulieris mentem ad studiòse
quærendum excitare. Si enim fides (vt Apostolus ait) Dei donum est;
magna ergo fides erit vti quæ magnum donum Dei. Idem ergo Do- 15
minus qui se obtulit Cananææ quæsitus, eandem quoque magna illa
fide concessa impulit ad quærendum. Si alia prioris gratiæ exem-
pla quæris, Paulum cogita cum in paradysum raptus est; & Mat-
thæum, publicanum, & Petrum atque Andream mittentes rete in
mare; & Iacobum atque Ioannem retia sua rescientes cum à Do-
mino ad Apostolatus dignitatem vocati sunt. Isti igitur, alijque
similes, quibus Dominus ait; Non vos me elegistis, sed ego elegi
vos; aliud planè agebant, cum thesaurum, quem non quærebant,
inuenierunt.

Dixi autem paulò antè, magnum hoc esse infirmitatis & spei no-
stræ firmamentum, atque solatium. Cum enim salus & felicitas no-
stra ex eius præcipuè voluntate pendeat, qui ait; Miserebor cui volue-
ro, & clemens ero in quem mihi placuerit; & Non est volentis, nec cur-
rētis, sed miserentis Dei; angustiaque animum deponere infirmus ho-
mo potuisset, ac dicere; Quis scit an ego ex eorum numero sim, qui-
bus hæc felicissima fors contingere debeat; quos videlicet gratuita
beneficentia sua Dñs præuenire velit? Ne igitur hac cogitatione homo
frangatur, sciat duplicè nobis aditum ad diuinam gratiam consequen-
dam patere: in quorum altero gratia; in altero verò gratia simul cum
humana commendatur industria. Quòd si tu ex eorum numero non
sis, quos sine labore gratia quærit non quærètes; altera tibi salutis via
patet, vt videlicet studiòse quæras, & inuenias. Quòd si hoc diligen-
ter effeceris, magnam ex hoc coniecturam habes, quòd aliqua iam
ex parte inueneris. Neque enim studiòse quæreres, nisi iam rei quam
quæris odorem aliquem percepisses; & nisi te idem ipse, quem quæ-
ris,

ris, ad quærendum incitasset.

Hac igitur duplici ratione Dominus inestimabilis gratiæ suæ
opes mortalibus distribuit, quando alios gratuita beneficentia præ-
uenit, seque illis gratuito offert; alios ipse excitat ad quærendum,
seque illis duplici beneficio offert quæsitus. Hanc porò Dei nostri
magnificentiam commendant duæ eius insignes laudes atque vir-
tutes; misericordia scilicet, & veritas; quæ toties in hymnis Dau-
idicis repetuntur; quas idem Vates ait faciem Domini præcedere: Psal. 88.
Misericordia, inquit, & veritas præcedent faciem tuam. Quo lo-
quendi genere significare voluit, has duas virtutes esse quasi ve-
xilliferos & antesignanos, qui sempiterni Regis faciem præcedunt,
qui illum vbique comitantur, neque ab eo vnquam diuelluntur. Vn-
de alibi idem Vates sanctus, Vniuersæ, inquit, viæ Domini misericor-
dia, & veritas. Et quidem veritate Dominus implet fideliter promif-
sa: misericordia autem præbet benignè gratuita. Veritate soluit debi-
ta: misericordia donat etiam nõ debita. Veritatis suæ iustitia nemini
facit iniuriam; misericordia autem multis non debitam impedit gra-
tiam. Veritate exequitur iustitiam: misericordia donat gratiam. Ver-
ritas ad æquisimum iudicem; misericordia ad benignissimum pa-
trè magis spectat. Nihil est igitur quod amplius in Deo nostro defi-
derare infirmitas atque inopia nostra debeat, quando is hæc duo
nobis ostia ad gratiæ suæ opes comparandas aperuit. Si iustus es, ha-
bes iustissimum operum tuorum præmiatorem: porò si peccator, si
pauper & inops es, habes misericordiarum parentem, ad cuius opem
confugere possis; si tamen ex ea non peccandi ansam, sed impetradi
19 fiduciam sumas.

§. I.

¶ Sed iam quid vterque fecerit; siue is qui thesaurum inuenit, siue
qui margaritam; studiòsius inquiramus. Vterque igitur vendidit
omnia sua, vt margaritam, & agrum illum compararet. Hic enim
[pro gaudio illius abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit agrum
illum;] feliciorum se thesauro illo, quam omnium rerum suarum
possessione futurum ratus. Vt autem huius thesauri dignitatem &
opulentiam intelligatis, paulò altius huius dignitatis causæ à nobis
repetendæ sunt.

Est igitur sciendum, quòd quemadmodum fides (quæ diuinam
seru cognitionem tradit) bonorum omnium inuitum & fundamentum
est: ita contra diuinarum rerum ignorantia, malorum omnium radix
est.

est. Inter omnes autem huiusmodi ignorantias, periculosissima ea est, quæ diuinarum rerum amplitudinem, dignitatem, suauitatem, & pretium ignorat. Cum enim omnia quæ Dei sunt, diuinitatis eius naturam suo quæque modo referant; diuina autem amplitudo & opulentia, immensa & infinita sit; consequens est, ut quæ diuina sunt, immensam quandam dignitatem & amplitudinem præferant. Hinc

Esaï. 64.

Gala. 5.

Cant. 8.

Prou. 8.

Bernar.

Simil.

Esaï. Oculis, inquit, non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Quæ verba non ad bona gloriæ modo, sed ad dona etiã gratiæ referenda esse Apostolus docuit. Per dona autem gratiæ, omnia Spiritus sancti charismata, & fructus spiritus, quos idem Apostolus enumerat, ac præcipuè charitatem, sapientiam, gaudium in Spiritu sancto, & pacem illã quæ exuperat omnem sensum, intelligimus. Quæ dona talia ac tanta sunt, vt quisquís ea plenius degustauerit, facile omnia quæ in mundo magnificentissima existimantur, præ illarum amore contemnat. Quam rem apertè Spõsa de charitatis excellentia testatur, cum ait: Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. De sapientiæ verò dono Salomon ait: Melior est sapientia cunctis pretiosissimis, & omnia quæ desiderantur, ei non valent comparari. Charitas verò & sapientiæ donum, gaudium spiritus pariunt. Sapientia enim saporem quandam & spiritualem suauitatem secum affert: vnde & sapientiæ donum deductum est. Hoc etiam gaudium omnibus mundi gaudijs, cæterisque bonis eius esse antefendum D. Bern. apertè docet, cum ait: Gustata spirituali suauitate, desipit omnis caro. Cuius quanta sit vis, quantaque suauitas, nemo, nisi qui fuerit expertus, cogitatione attingere poterit. Qui quis igitur hanc diuini Spiritus suauitatem & gaudium (quod à charitate, & sapientiæ dono proficitur) degustauerit, facile omnia mundi gaudia, & cætera quæ in mundo pretiosa & magnifica habentur, præ huius margaritæ splendore atque dignitate contemnet, ac pro nihilo ducet. Vt enim clerici tenues Ecclesiæ proventus facile relinquunt, cum pinguiores atque vberiores pro illis recipiunt: ita qui hæc cœlestia dona percipiunt, protinus terrena omnia (quæ sunt his longè inferiora) præ illorum amore parui pendunt. Quamuis autem quanta sit dulcedinis atque suauitatis huius vis & magnitudo, nemo nisi qui eam plenius degustauerit (vt modò diximus) assequi possit, ratio tamen & fides omnes alias mundi voluptates & gaudia ab hac longè superari apertè demonstrant.

Prima ratio.

Primum enim satis liquet, hominem corpore & animo constare: quæ duæ partes tam longo à se intervallo distant, vt altera nobis

21

22

cum

23 cum belluis, altera cum Angelis communis sit. Cum autem sapientissimus ille mundi cõditor sic naturas rerum instituerit, vt vbi maior esset dignitas atque præstãtia, maior esset in operibus suauitas atque iucunditas; consequens est, vt quatum mens nostra corpori præstat, tantum sint eius delicia omnibus corporis delictijs non solum puriores atque diuturniores, sed multò etiam maiores. Quam rem Aristoteles quoque apertè docet, qui in altissimarum rerum vel exigua & obscura cognitione maximam suauitatem inesse testatur. Quod si in hac naturali cognitione tatum esse delectationis Philosophi crediderit, quid erit si huic cogitationi charitatem, & sapientiæ donum adiungamus, quæ mentem nostram artificissimo dilectionis vinculo, Deo, hoc est, summo & infinito bono coniungunt? Quò enim gratia nobilior atque præstãtor est quàm natura, hoc vtiq; delectationes, quæ ab hac cœlesti forma proficiuntur, omnibus alijs mundi oblectamentis nobiliores atque maiores sunt. Quocirca nihil mirum, si qui has delicias plenius degustant, omnes alias mundi delicias tanquam res ludricas & inanes respiciant, atque fastidiant.

Aristot.

Adiciam his aliam quoque rationem: ad cuius intelligentiam sciendum est, sic naturæ conditorum species rerum ordinasse, vt nunquam inferior species, quamlibet perfecta esset, superioris perfectionem attingere posset. Videmus enim sub animalium genere & hominem, & varias animantium species contineri: inter quas elephantem aiunt propius ad rationalem hominis naturam accedere; qui tamen quantumcumque in hac parte excellat, nunquam ad hominis acumen & intelligentiam vllò modo pertingere poterit. Cum ergo gaudium spiritus, & gaudium carnis plus quàm genere inter se differat, 25 (aliud enim cœlestè, aliud terrestre; aliud à Spiritu sancto, aliud verò à carne proficitur) consequens est, vt nullo modo hæc infima carnis gaudia cum altissimis illis diuini spiritus gaudijs vllò modo comparanda sint.

Secunda ratio.

Adiungam his aliam quoque rationem, quæ spiritualis huius gaudij suauitatem maxime declarat. Ad hoc autem commodius intelligendum, meminisse oportet (quod est à nobis alio in loco dictum) nempe omnia quæ vitam habent, cibum quoque habere naturæ suę consentaneum, quo vitam alant. Cum autem omnia quæ viuunt, aut corporea, aut spiritualia sint; corporearum quidem rerum, corporeus cibus; spiritualium verò, spiritualis est. Hinc Raphael Angelus ad Tobiam, Cum essem, inquit, vobiscum, per voluntatem Dei eram. Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere; sed ego

Tobia. 12.

Tom. ij.

N n

cibo

cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest vtor. 26
Hunc autem cibum esse rerum omnium cōditorem Deum, aperis-
simum est. Hic est esca Angelorum panis, hic cibus & potus, quo
beatae illae mentes in illa aeterna patria reficiuntur, pascuntur, oble-
ctantur, & inebriantur; cuius haustu & potu felicissima illa & bea-
tissima vita, quam viuunt, sustentatur, & alitur. Vt enim anima-
tium vita corporeo cibo: ita felicissima illarum mentium vita spiri-
tuall atque diuino illo cibo sustentatur. ¶ Ceterum cum homo, qua
parte spiritus & mentis compos est, supernarum mentium naturam
referat; consequens est, vt eodem quoque ipse spiritali ac diuino
cibo alatur. Quo sanè aluntur, qui purgatum animae palatum habet.

August.

Hinc D. August. Deum appellat purgatae mentis sapientiam. Talis
enim mens ineffabili suauitate atque sapore reficitur, cum immen-
sam diuinæ bonitatis & pulchritudinis speciem contempletur. ¶ Cæ-
terum cum proprium ciborum omnium sit, non solum vitam alere,
sed etiam edentis palatum allicere atque oblectare; & quod cibus pre-
tiosior atque delicatior est, eò dulcius palatum alliciat, atque oblea-
ctet; quid, quaeso, de caelesti illo cibo, hoc est, de illo pane Angelo-
rum iudicandum est? Quid, quaeso, aliud, nisi vt cuius est infinita &
impressa dignitas, sit etiam infinita & immensa suauitas? Cuius vel
minima (vt ita dixerim) mica tantæ dulcedinis & suauitatis est, vt om-
nia mundi regna atque imperia, ac postremò omnia quæ sub caelo
condita sunt, illi comparata, mera amaritudo esse videantur. Quid
enim illis sapiat, quid dulce sit, cui sapit ipse Deus? Quis enim sapor
huic saporì comparari possit? Hinc D. August. Illud, inquit, est verum
gaudium, quod non de creatura, sed de creatore cōcipitur; cui com-
parata omnis suauitas, mæror est; omnis lætitia, tristitia est; omnis

August.

28
Gregor. in
homil.
Greg. Qui, inquit, caelestis vitæ dulcedinem, in quantum possibili-
tas admittit, perfecte cognouerit, ea quæ in terris amauerat, libenter
cuncta derelinquit. In comparatione eius vilescunt omnia, deserit
habita, congregata dissipat, inardescit in caelestibus animus, nihil
in terrenis libet; deforme conspicitur quidquid de terrenæ rei place-
bat specie: quia sola pretiosæ huius margaritæ claritas fulget in men-
te. Hactenus Gregorius.

§. II.

¶ Hæc igitur diuinæ suauitatis dulcedo, quam à charitate, & sapien-
tia

29
30
31
tiae dono proficisci diximus, velut instrumentum quoddam est, quo
Spiritus ille caelestis hæc admiranda virtutum officia operatur. Quod
fit, vt quemadmodum ij qui in auibz coeli ludunt, exigua illis dulci
que esca ostensa, eas & ad sydera penè mittunt, & ad manus iterum
reuolare, eorumque vocibus parere faciunt: ita sanctus ille paracle-
tus hac suauissima diuinæ consolationis esca sic sanctorum mentes affi-
cit & oblectat, vt nihil illis durum, nihil asperum, nihil difficile appa-
reat, dum modo hoc suauissimo pabulo reficiantur: pro cuius amore
omnia mundi gaudia, omniaque terrena bona facillè contemnunt.
Vt enim qui ab infima fortuna ad regie dignitatis solum euecti
fuere (quod Dauidi Regi obtigit) contemnunt illa omnia quæ in ea
fortuna pretiosa & chara ipsis erant (maiorum enim comparatione
illa omnia ipsis viluerunt) ita qui ad has caelestes esus fruedione be-
neficio Domini perducti sunt, facillè præ illarum amore omnia quæ
in mundo pretiosa & magnifica putantur, velut sterora rejiciunt
atque contemnunt. Ad hunc etiam modum, qui ad vtilem etatem
peruenerunt, rident ludicra illa, quæ pueruli magnificiebant, & pro-
quibus etiam cum coactancis digladiabantur: ita qui ad hanc ma-
tutam spiritus ætatem peruenerunt, facillè contemnunt omnia quæ
olim pueri non annis, sed sensu magnificiebant. Tales enim illud
Apostoli dicere possunt: Cum essem paruulus, loquebar vt paru-
lus, sapiebam vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacuaui
quæ erant paruuli.

1. Cor. 13.

Hoc autem studium non vnus aut alterius Sancti, sed innume-
rabilium, ac præcipuè Anachoritarum exemplo confirmare pos-
sumus: quorum multi non solum ingentia patrimonia, & spes maio-
res maiori animo cōtempserunt; sed etiam solitudinè, & crucis Chri-
sti mortificationem, atque asperrimum vitæ genus amplexati sunt, vbi
hæc margarita inuenerit; hoc est, vbi charitatis, & sapientiæ, diuinæque
dulcedinis suauitate degulstarunt. Ex quibus vnum duntaxat Bono-
sum (qui sanctorum Anachoritarum institutum & vitam refert) pro
illis omnibus in mediū proferam: de quo sic D. Hieron. (qui cum eo
bonam ætatis partem egit) in Epist. ad Rufinū scribit. Bonosus tuus,
imo meus, & (vt verius dicam) nosster, scalam praefatā Iacob som-
nante iam scandit, portat crucem suam, nec de crastino cogitat,
nec post tergum respicit. Seminat in lachrymis, vt in gaudio metat;
& sacramento Moyli serpentem in eremo suspendit. Cedant huic
veritati tam Greco quàm Romano stylo mendacis ficta miracula.
Ecce puer honestis seculi nobiscum artibus institutus; cui o pes affa-
tim, digni-

Hieron. ad
Rufin.

tim, dignitas apprimè inter æquales erat; contempta matre, fororibus, & charissimo sibi germano, insulam pelago circumsonante naufragam, cui asperæ cautes, & nuda saxa & solitudo terrori est, quasi quidam nouus paradisi colonus insedit. Nullus ibi agrorum, nullus monachorum, ne paruulus quidem, quem nollit, Onesimus, quo velut fratre fruebatur in tanta vastitate adheret lateri comes. Solus ibi; imo iam Christo comitante non solus; videt gloriam Dei, quam etiam Apostoli, nisi in deserto non viderant. Non quidem conspicit turritas vrbes, sed in nouæ ciuitatis censu dedit nomen suum. Horrent sacco membra deformi, sed sic meliùs obuiam Christo rapietur in nubibus. Nulla Euryporum amœnitate perfruitur, sed de latere Domini aquam vitæ bibit. Proponatur tibi ante oculos amice dulcissime, & in presentiam rei tortus animo ac mente conuertere. Tunc poteris laudare victoriam, cum laborem præliantis agnoueris. Totam circa insulam fremit insanum mare, & sinuos montium illisum scopulis æquor reclamat. Nullo terra gramine viret, nullis vernans campus densatur vmbra culis. Abruptæ rupes, quasi quendam horrore carcerem claudunt. Ille securus, intrepidus, & torus de Apostolo armatus; nunc Deum audit dum diuina relegit: nunc cum Deo loquitur cum Dominum rogat. Hactenus Hiero.

Sed hæc fortasse minus miranda: illa verò maiorem mentibus admirationem incutiunt, quod non solum inferioris fortunæ homines, sed principes etiam viri, sed reges ac regine, vbi gustauerunt bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi, regna ipsa & principatus præmptissimo animo relinquentes, Christi crucem flagrantissimum studio amplexati sunt. Hinc Theodosij iunioris, Principum omnium fortunatissimi atque sanctissimi, sorores, Pulcheria, Arcadia, 34 Archemarina, quæ principibus eiusdem imperij viris, atque aded imperij consortibus in matrimonio collocari, & imperij opibus atque magnificentia frui potuissent, his omnibus spretis atque cõtemptis, communi mente atque consilio virginitatem suam Domino consecrarunt. Quod nequiquam fecissent, nisi cœlestis Sponsi amor atque suauitas maiori eas vi ad se quàm tota huius mundi gloria rapuisset.

Sed hæc vetera sunt. Nostro quoque seculo non defuerunt Principes viri, qui & amplam domum, & dignitatem, qua potiebantur, in ætate iam matura reliquerunt, eamque Christi paupertate, & humilis obedientiæ professione commutarunt. Inter quos nobilis quidam adolefcens, magnificè domus atque dignitatis hæres, cuius patrimonium maiores eius, laboribus plus quàm Herculeis terra marique to-

leratis

35 leratis, pro meriti fuerant, summa animi alacritate propter Christum reliquit, & asperissimum monachorum institutum. (qui nudis pedibus in arctissima paupertate & asperitate vitam agunt) amplexus est. Neque verò hoc iuuenili ardore atque impetu fecit, sed trienniæ ante ordinis ingressum, id mète, cogitatione, & vitæ austeritate sic tractauit, vt pareates huic proposito, paterno amore repugnantes, constantia sua vicerit, eorumque consensum ad illud vitæ genus impetrauerit. Quanta ergo eorum hominum dementia est, qui harum rerum gratia (quas isti tanta alacritate calcant) nullos labores, nulla pericula, nullos bellorum motus, nulla turbulenti maris naufragia formidant, quod sibi posterisque suis amplum patrimonium parent? Iam verò quod patres armauit in filios, quod sibi regni sedem vsurparent? Quæ tamen omnia isti, inuenta illa pretiosa margarita, velut purgamenta quædam & reiectamenta, mira facilitate calcantur. Quæ quidem ex re liquet, quàm miserè seculi homines decipiunt, qui ne voluptatibus suis careant, ab hoc cœlestis vitæ proposito se subducunt: cum in eo tamè tot sint diuini Spiritus solatia, quæ omnes mundi opes atque delicias longissimo interuallo superant: quemadmodum est à nobis tum firmis rationibus, tum etiam clarissimis exemplis comprobatum.

Quod si quis à me requirat, cur tam pauci sint qui hoc cœlestis vitæ institutum amplectantur? Huius tanti mali causam initio esse diximus, rerum diuinarum ignorationem, quæ facit, vt has tantas diuinæ gratiæ opes, quas hactenus exposuimus, non agnoscentes, voluptates quibus in hac vita oblectantur, cœlestibus illis commutare nolint. A quo errore absunt, qui eas diuini Spiritus beneficio degustarunt.

37 Qua in re simile quiddam euenire videtur, quod filijs Israel in secundi templi dedicatione contigit. Iuniores enim, qui prius illud magnificentissimum Salomonis templum non viderant, opere illo absolutè lætabantur: contra verò senes, qui illud in gloria sua viderant, lachrymas continere non poterant. Ad hunc ergo modum qui nulla nisi huius mundi gaudia norunt, nihil his esse suauius atque iocundius arbitrantur: at qui diuina illa spiritus solatia degustarunt, miserandam horum sortem & cæcitatem lamentantur; qui quoniam vera illa, solida, & diuina gaudia nesciunt, sordidis & ludicris mundi gaudijs oblectantur.

Huius autem ignorantie causa partim quidem fœcordiæ nostræ, partim sublimitas & altitudo horum donorum cœlestium existit:

Nn 3 quæ

quæ ab humana cognitione longè remota funt. Hinc de fapientia
 1ob. 28. ipfa in lib. 1ob fcriptum eft: Afcondita eft ab oculis omnium uiuentium: etiam volucres cæli (hoc eft, fapientes mundi) latet. Quam etiã Saluator in fãcra huius diei lectione thefauro abfcondito fimilè effe ait. Verus enim ea thefaurus eft, qui veris opibus hominem ditat: fed ab illis tamen neglectus; quoniam abfconditus eft. De fpirituali verò dulcedine & fuauitate, quam fapientia comitem effe diximus, fic diuinus vates ait: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abfcondifti timentibus te! Magna quidem ea dulcedo eft: quia tamen abfcondita eft, ab amatoribus voluptatum minimè quæritur; quia ignoratur. Idem etiã illa Domini verba ex Apocal. innuunt, quibus fe vincenti fuauiſſimum manna daturum pollicetur; Quod nemo, inquit, ſcit, niſi qui accipit. Non igitur huius theſauri virtas, fed fœcordia & ignorantia noſtra in caufa eft, vt hoc tanto bono homines minimè fruantur. Verùm de his iam fatis.

§. III.

¶ Adiungit deinde Dominus tertiam parabolam, qua regnum cœlorum ſagenæ miſſa in mare comparat; quæ bonos & malos piſces intra ſe recipit: quorum quidem boni in vaſis piſcatorum reconduntur; mali verò in ſterquilinum proijciuntur. [Sic erit, ait Dominus, in conſummatione ſeculi. Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentium.] Ex hac parabola apparet, quanta ſalutis noſtræ cura Saluator teneatur, qui nullum non mouet lapidem, quò nos ad veram ſalutem & pietatem traducat. In ſuperioribus enim parabolis, theſauri, & pretioſa margarita (quæ duo magnopere ab hominibus deſiderantur) nos ad mundi ac terrenarum rerum contemptum inducere voluit, quò his tantis opibus fruere mur. Quia verò multi magis pœnarum metu, quàm vtilitatis amore commouentur, adiungit protinus horrendas gehennæ pœnas, & fletum, & ſtridorem dentium, & caminum ignis, in quo perditii homines perpetuò torquedi funt: vt videlicet pœnæ terreãt, quos præmia nõ inuitant. Nemo enim eſt (vt D. Aug. ait) qui nõ magis laborem fugiat quam aſſectet voluptatem: quandoquidem videmus immaniſſimas beſtias à maximis exterreri voluptatibus dolorum metu.

Cum ſint autè multa ac varia gehennæ tormenta, hoc in loco de camino ignis præcipuè ſit mentum, qui humanæ naturæ maximè formidabilis eſt; quæuis hæc pœnarum maxima non ſit (maior enim eſt diuinæ

41 diuinæ pulchritudinis beatifica viſione perpetuò abdicari) acerbiffima tamen ignis, præcipuè ſempiterni, pœna eſt. Cuius conſideratione Eufeb. Emiſſ. nos ad timorem Domini, & peccati odium adhortatur his verbis; Illud autem quo nam modo trepidus ſermo poterit explicare, cum cœperit inexplabilis caro & infecta peccatis medullæ ſæuis gehennæ æſtibus penetrari, & deſpalcantibus flammis corpora atque animas ex parte cõſumi, ex parte nutriri: vt inter medios ignium globos damnata natura det pabulum, & accipiat incrementum? vt opus atque firmetum corporis noſtri in antiquis ſceleribus mortuum, & ad ſola tormenta rediuuium, ſinem in ipſo interitus conſilio non inueniat. Illa enim non casualis, ſed rationalis, & pœnalis exuſtio, quia culpam iubetur inquirere, ſubſtantiam neſcit abſumere. Hactenus Eufeb. In hunc igitur caminum ignis improbos, à
 42 felici bonorum cœtu diſcretos, eſſe deturbados Saluator ait: in quo æternum fletum, & ſtridorem dentium futurum vaticinatur.

Hæc vbi dixiſſet, ad diſcipulos continuo ait: [Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam. Ait illis; Ideò omnis ſcriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.]
 Cum nullus apex in literis ſanctis ſignificatione vacet, quæri meritò poteſt; quid hac illationis nota; ideò; ſignificare Dominus voluerit. Quomodo enim ſimilitudo conſequens, de ſcriba docto in regno cœlorum, cum ſuperioribus, ac præcipuè cum ea quæ de ſagenâ in mare miſſa ponitur, coharet, vt ex altera conſequatur? Magna certè & grauiffima ratione. Si enim tam magna bona pijs propoſita ſunt (quæ cœleſtis magiſter theſauri, ac margaritæ nomine designauit) contra verò ſi tam ingens improbis ſupplicium conſtitutum eſt; ſi illos caminus ignis manet, ſi flammæ vtrices, ſi mors immortalis, ſi pœna ſempiterna, ſi fletus & ſtridor dentium, ſi ſeparatio à cœtu & conuentu Sanctorum, & relegatio ad tartareas damnatorum regiones; ſi denique hæc res tanta eſt, vt nullus huius vitæ cruciatus adeò magnus ſit, qui cum hoc gehennæ ſupplicio collatus, non leuiſſimus, ac penè ludicrus ſit; ideò ſcriba doctus in regno cœlorum; cuius munus & officium eſt, ſalutaribus monitis atque doctriſis homines ab hoc tanto periculo eripere, & ad regnum cœlorum dirigere; ſimilis vti que diuiti patrifamilias eſſe debet, qui cum penu habeat omni genere eſcarum refertum, vbi ſolemne conuiuium inſtruit, dapes, & pocula omnis generis partim recentia, partim vetera in menſa profert. Ad hunc ergo modum Eccleſiæ doctor pectus habere debet

Matth. 13.

Auguſt.

bet omni sententiarum genere instructum (quas assiduo diuinæ legis studio sibi comparare tenetur) paretque rei magnitudini, quam tractat, spiritus sumens, omnibus rationum machinis hoc negotium vrgeat, nihilque intentatum relinquat, nullum non moueat lapidē, & quidquid in thesauris diuinarum literarum reconditū est, ad hunc usum proferat; modò veteris Testamenti terroribus ac minis homines perterrefaciens; modò noui Testamenti promissis & beneficijs alliciens, atque omni denique ratione illos à scelere ad pietatem, ab interitu ad vitam, à gehennæ incendijs, & camino ignis ad cœlestis regnum traducere contendat.

Hæ igitur partes nostræ sunt fratres, qui ministerium hoc verbi accepimus à Domino Iesu: vestræ verò sunt, vt hæc ipsa, quæ diximus, dies noctesque cū animo vestro cogitætes, ante iudicium paretis iustitiam: illud vnum supra omnia curatæ, vt ante tribunal illud for midandum, non iudicadi, sed à vobis iudicati appareatis. Quod quidem præstabitis, si præteritæ vitæ maculas penitentia lachrymis diluentes, eas tanto studio atque ardore vitare studeatis, vt prius mortem, & extrema omnia pati, quàm mortiferum aliquod crimen admittere parati sitis. Sic enim fiet, vt cū Angeli à iudice missi, malos à bonis secernere incipiant, illos in caminū ignis præcipitantes, hos autem ad cœlestes mansiones deducentes, vos cum felicibus istis ab hoc formidabili ignis camino liberati, ad cœlestis gloriæ felicitatem & requiem perducere mereamini.

Posterioris de præcipuis Sanctorum
Festis Tomi Finis.

*Tam benè qui mores SANCTORVM scribit & acta;
Non hunc SANCTORVM SPIRITVS intus agit?
G. G. G.*

SALMANTICÆ
Apud hæredes Mathiæ Gastij.